




Gösta Häggström

Ed. Tegnér
1876



Gösta Häggström

JOHANNIS PETRI
ERICI

In ejuſdem Principio Philologico promiſſa


ΑΝΘΡΩΠΟΓΛΩΤΤΟΓΟΝΙΑ

Sive

HVMANÆ LINGVÆ GENESIS

Partis Primæ Tomus Primus.

Vbi de particulis quibuſdam, & imprimis de pronominibus tam Græcis, quàm Hebraicis & Latinis; Nec non iis, quæ his accidunt, agitur: Tum diverſorum etiam idiomatum gloſſemata non pauca, quæ indagatorem hactenus deſiderarunt, evidenti etymologiâ reſolvuntur & dilucidantur.



VENETIJS, M.DC.XCVII.

Typis Franciſci Tramontini, ſumtibus Autoris.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

Solent initia portendere meliora, dum à parvis inchoant, quæ in sequentibus magna se admiratione sublimant. Cassiodor. Variar. lib. 2. 3.



ILLUSTRISS.MO ET EXCELLENTISS.MO DOMINO,
DOMINO

FERDINANDO TURRIANO
DE TAXIS, &c.

Sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestati à Cubiculis; nec non in Italia per Sac. Rom. Imperium Postarum Hæreditario Generali Præfecto.

Felicitatis perennitatem precatur AUTOR.



Yntagma hoc, quod Humanæ Linguæ primordia, successus etiam & mutationes in se continet, **TIBI**, Illustrissime & Excellentissime Domine! humili observantia inscribere non tam argumenti persuasit dignitas, quàm laudabilis Tuus in studijs promovendis Ardor, & imprimis erga me, Musasque meas Generosa Liberalitas imperavit. Cui enim potius debebatur Humani Sermonis, qui inter summa DEI beneficia numerari promeretur, historica

evolutio, quam Mecœnati per Sac. Rom. Imperium Literarum Commercium ſtrenuè moderanti; Deque cujus indefeſſa in terris ſphæra, qua ſcriptus eruditorum ſermo circumvolvitur, verè dici poteſt, quod olim de primo Cœli Motore cecinit Græcarum Literarum Anteſignanus Orpheus:

——— *Σὴ μὲν ἐν ἄςροις*
Τάξις ἀναλλάκτοισιν ἐφημοσυνᾶισι τρέχυσα.
——— *Certus Tuus Ordo*
Immutabilibus mandatis currit in Aſtris.

Et jure merito Tibi, Generoſiſſime Heros! convenit Pervetuſtæ Proſapiæ Tuæ axioma

ΤΑΞΙΣ, id eſt, ORDO,

quo ab antiquiſſimis temporibus Glorioſi Progenitores Tui aliis præcelluere, & in perpetuam rei memoriam hoc titulo fuerunt inſigniti; Horum etenim veſtigijs feliciter inſiſtendo inclareſcis indies: Cujus quidem fauſtiſſimi ominis & nominis tanta fuit neceſſitas in terris, ut Divina Oracula ipſa præceperint, omnia in Eccleſia Dei fieri debere κατὰ Τάξιν. Quemadmodum civili multitudini, juxta Politicorum canonem, eſſe bene non poteſt, niſi ei vitam inſpiret *Ordo*. Ἡ γὰρ τάξις, νόμος. Ariſt. 3. Pol. 12.

Ecquis ergò ſub auſpicatiſſimi Nominis hujus munimine non lubens ingenij dotes in medium & publica conferat commoda? Me quidem ſuſceptæ materiæ difficultas à propoſito ferme retraxiſſet, diſſidentibus cognitis & Rationibus, & Autoritatibus. Vtebar ideò libertate philoſophica, quæ rationibus potius, quàm autoritatibus tripudiat, inſtigante ad hoc Famigeratiſſimo Fernelio, qui lib. 4. in præfat. ita: *Decet inveſtigatorem veri non ſolùm quæ legerit, ſed & quæ ſecum ipſe meditando conſiderat & contemplatur, uſuque tenet digniſsima, in communem fructum proferre.*

Quo fundamento nixus præſens opuſculum, qualecumque tandem illud ſit, quodque non niſi id, quod in intricatiſſima

hac

hac materia probabilius videtur, exhibet; de universo eruditorum Orbe bene mereri cupiens ſumma cum animi alacritate conſcripſi. Protrahit hominem maximè talis ſcriptio, non ignoro; judiciis quoque & calumniis nonnunquam eundem exponit. ψέγειν ἅπαντες εἴδοσι, *Reprehendere omnes ſciunt*: quod carpat facile quilibet reperire poteſt; hic ut vanum, ille ut jactabundum, ut abſurdum alius: ſed procul abſit utrumque! Candida mens gratulatur ſibi, quod à vera culpa tantum abeſt, quantum carptores illi à vera laude: Improvidè fortean aliquid dictum emiſſitij illi oculi reperient, at nihil impiè, aut malignè; & multò minus quod famam lædere poſſit eorum, qui diverſa imbuti opinione mecum non ſentiunt.

Iam igitur in apertum prodit campum, Tuiſque perſpicaciſſimis ſiſtitur oculis, quibus ſi labor hic meus probabitur, quęcunque aliorum cenſura fuerit, vel proderit, vel nocebit nihil.

Serena itaque fronte, Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domine! Literarium hoc ſuſcipe munuſculum, perpetuum deuoti TIBI animi teſtimonium, & me, meaque ſtudia, quæ TE promotorem exorant, promovere perge. Ita ſtylum acuentes Muſæ poſt cineres immortali TE afficient gloria. Dabam è Muſæo Veneto VI. Id. Iulij, Anno Æræ Chriſtianæ M.DC.XCVI.



IN CLARISSIMI ET DOCTISSIMI VIRI

IOANNIS PETRI ERICI,

Melampygi, Philologi 'Ανθρωπογλωττογονίαν

EPIGRAMMA.

Humanæ demerſa ſitu primordia vocis,
ERICE, divino detegis ingenio;
Priſcaque multiplicis pandens cunabula linguæ,
A quo fonte doces ſingula verba cadant.
Quis non crediderit Te prima ab origine mundi
Fantis Adam ſacros aure notaſſe ſonos?
Mercurium, & Cadmum ſileant. Natura videtur
Abs Te uno voces tot didiciſſe loqui!

JACOBVS GRANDIVS Phil.
Medicus, Anatomicus, Almi
Collegij Jatro-Chirurgorum Prior.

Ἄλλο.

Ἰρά, Ερῖκε, λέγων ἀρχαίων σπέρματα γλωσσῶν
Ἑρμῆς μοι δοκέεις ῥήματα παντ' ἐνέπων.

Ὁ αὐτὸς Ιάκ. Γράνδιος.

EX PATRIA ET ALIVNDE TRANSMISSA.

Vna fuit quondam terrarum lingua per orbem
Vno ſicque fuit perfacile ore loqui.
Sed cum de cœli confuſæ culmine linguæ
Non gentes labijs conſonuere ſuis.
Eheu! quam graviter preſſit diſcordia mundum:
Nam quis tot linguas noſcere quæſo poteſt?
Divino ſed conſilio labor iſte levatur,
Tempore dum vario ſuſcitat ingenia,
Quæ nulli ſtudio, nulli parcuntque labori, ut
Diſcordes linguas conciliare queant.
Heic quid præſtiterit per multos ERICVS annos
Dicent, qui norunt, ipſaque res loquitur.
Auſu felici fontes monſtrare laborans
Quæſitam multis indicat Ipſe *viam.*
Emicat Authoris ſtudium, atque induſtria ſumma,
Ominor hinc, Ejus *fama perennis erit.*
Mome tuos dentes confringe, & carpere noli,
Quæ dare nec poteris, nec ſatis aſſequeris.
Invento egregio debetur gloria Docti
Authoris *: quid tu rumperis invidia?*

In Nobiliſs. atque Doctiſs. Dn. Authoris
Adfinis ſui honoratiſſimi honorem ſcribebat
SEBASTIANVS SCHRAM,
Iſnaco-Thuringus, Inſpector Aulæ, & Diacon.

PARODIA HORATIANA
Respond. Ode X. Lib. I. Carm.

ERICÆ gentis decus atque splendor,
Qui feras linguas hominum recentum
Voce conformas catus, & decoro
More, modoque.
Te canam magni Iovis & Deorum
Sedulo magnalia proferentem
Candidum, quicquid placuit reperto
Prodere verbo.
Te vagas Graijs quia reddidisti
Nuper amotas, dubiasque voces;
Nec times vultus Erebi minaces,
Laudat Apollo.
Quin & extorres Priami nepotes
Teuto, Iber, Gallus, Ligur, Vmber, Anglus
Ore adunato, duce Te, relinquunt
Barbara castra.
Tu proin solers docilem coerces
Turbam; & infinita vocans ad unum
Nomina, impensè es superis & imis
Gratus amicis.

Ita feliciter accinit
IOH. IACOBVS NEVTHARDVS,
Phil. & Med. Doct. Memmingensis.

LINGVA IGNIS EST. *Iac. 3.*

HÆc tria constituunt ignem: Calor assiduus, Lux
Cuncta superfulgens, Flammaque flexivaga.
Hæc eadem dant esse homini; Nam in Corde fovetur
Ardor, & in Cerebro Lumen abunde micat;
Altivolam solers Flammam signare videtur
Lingua, *ideoque* ignis *sola vocatur &* est.
Hæc loquitur, cerebrum Sapit, & quæque optima Agit cor:
Ex his colligitur SAL sapientis. Et hinc
Nosti Vnum, Verum atque Bonum, quod fare, agis & scis,
In Vero atque Bono tota latet Sophia.
Fandi principium certo dependet ab Vno,
Hoc sis, præsentem volve revolve librum.

Dn. Patruo Honoris & obseruantiæ
ergò gratulatur
PHILIPPVS FRANCISCVS ERICVS.

Huc

Huc collimant Meritissimi

IOANNIS AMOS COMENII
TRIA VERBA AVREA,
Quæ in Eruditionis Atrio continentur

§. 482.

NAtura humana Ager eſt, zizaniis luxurians, niſi cultura domitus ſeminibus conſeratur bonis: (*Neglectis urenda filix innaſcitur agris*) Non negligendi ergò, ſed expoliendi ſumus

Mente, Animo, Lingua
ad efflorescendum
Sapientia, Virtute, Facundia.


§. 483.

O quantum eſt enitere his! Habere inquam intra ſe *Sapientiam*, Mentis lumen, animæ interiora colluſtrantem! imò ipſum repræſentatitium Mundum, ſpeculum imaginum plenum, Solem ſuper horizontem elevatum, oculum vias ante ſe ſuas videntem! Et poſſe *beneficio Sermonis* idem lumen accendere aliorum mentibus, in alieniſque ſpeculis eundem repræſentare rerum Orbem, & ſuper alienum horizontem elevare eundem fulgoris Solem, aperireque alienos ad videndum ſuas quoque vias oculos! Per *Virtutem* denique potentem eſſe actionum ſuarum, paſſionumque. Cui bonorum generi comparabis iſta? Angelicam prorſus hæc attingunt excellentiam, fulgore æſtimato ſuo.

§. 484.

In hujus ſplendoris partem ſi venire vis, *tu mea Iuventus*, adeſdum! hic ut in proprio verſabimus Elemento! hic noſtrę commiſſum cuſtodiæ hortum Eden, Paradiſum animæ, colemus! Modò tibi propoſitum ſit ſerium, aſſequi tria illa verè, non ad fucum & ſpeciem. *Scientiæ* nimirum, *Virtutis*, *Eloquentiæque* rem, non umbram; medullam, non ſuperficiem.





Hoc memorabile 'st, ego tu sum, tu es ego, uni animi sumus.
℞. Scio equidem me te esse nunc, et te esse me. Plaut.

LECTORI BENEUOLO.

χαίρειν ϗ εὖ διάγειν.

PRincipium noſtrum philologicum, L. B. abhinc annos decem Patauij editum, cum in enucleandis *Vocum, Signorum, Punctorum, Numerorum & Literarum elementis* pro ingenij modulo amicis ſat egiſſe compertum ſit, propoſiti ratio efflagitat, ut palam fiat ibi tum promiſſa totius humanæ linguæ evolutio: Humanæ, inquam, non Angelorum (de quâ alij ſeorſim *) neu Divinæ, quâ ſcilicet DEVS Πανομφαῖος piorum mentibus, & cujuſcunque hominis captui intelligibilem ſeſe reddit. *Deus & Sol omnibus idem.*

Cujus quidem rei argumentum à multis hucuſque ventilatum, nondum verò, quod ſciam, eò perventum eſt, ut in tam confuſa tot differentium idiomatum varietate hactenus probari potuiſſet conſtans & perpetua linguarum συνοικείωσις. Res eſt ampliſſimæ ac ponderoſæ indaginis; utinam indagator tandem veniret! clamat ex Harſdorffero Schottelius: Imò tantæ eſt præſtantiæ, ut major vix cogitatione poſſit comprehendi. Vnde Nicolaus Leonicus Tomæi in dialogo, quem Peripatheticum inſcribit, ſeu de Nominum inventione, non mathematicâ neceſſitate ſe aſſerta ſua comprobaturum eſſe teſtatur: neque enim ea, inquit, de qua agendum eſt materia talium capax eſt oſtenſionum; & alioquin propter vocabulorum tum inverſionem, tum etiam confuſionem, magna profecto in ejuſmodi re ſubeſt obſcuritas.

Ideoque cum in eodem circo me incluſum videam, nequaquam mihi vitio vertetur, ſi quatenus & mihi in tam præclaro argumento progredi liceat, periculum faciam, & cum aliis, etiamſi curſus non omnibus unus, καθόσον ἐφικτὸν curram ad palmam. Neq; dum ad ſcribendum me accingo, oſorum detractionem moror, quâ ſolet immunis eſſe nemo, niſi qui nihil ſcripſerit. Mihi

qui-

Principiu Philologicu e mysterio renatum Patavii 1686

quidem (liceat Lipsij de Constantiâ verba mea facere) mens ubique bona, & si alibi humana hęc lingua aut calamus titubavit, ne asperè quæso nimis luam.

Tuam igitur O. L. compello benivolentiam, ut ubi opinionum varietate depressa veritas emergit, veri arbiter esse digneris; hujus enim investigandi gratiâ hoc quicquid est negotij mihi dedi, nullus dubitans, quin in Boni Publici Literarij commodum ætatem sit duraturum, juxta Platonis illud in Timæo: Ὅ, τι γὰρ πρὸς γένεσιν οὐσία, τοῦτο πρὸς πίστιν ἀλήθεια. Quæ Cicero exposuit: *Quantum enim ad id quod ortum est, æternitas valet, tantum ad fidem veritas.*

Proinde quo operis in primo hoc primæ partis tomo tractandi dispositio breviter innotescat, Summam hic ob oculos ponam, quæ talis:

In Prima Sectione Protoplastus Adamus introducitur, crediturque cœli tonantis sonum ῶ ῶ ῶ harmonicâ voce excepisse, eumque dum mundum contemplabatur admirabundus æthera versus reboasse.

Cum verò dormiens vicinitatem conjugis olfactu perciperet, rostri sagacitas, ut factum esse autumo, cohiberi vix poterat, quin vel sternutando, vel eructando ῦ ῦ præsentissimum proderet vivacitatis, hilarisque animi affectum & effectum.

Societatis hujus fructûs erat natorum copia, quorum unus plorando ἒ ἒ, alter ἲ ἲ vitæ exordium indicabat, novarumque vocum proferebat semina: quæ quidem miro naturæ instinctu totius humanæ loquelæ pòst fuere basis & fundamentum.

In primævæ etenim simplicitatis terminis rure & sub dio inertem vitam agentes μέροπες ἄνθρωποι à brutis in eo distinguebantur, quod non solùm animalium, rerumque externarum sonum, sed affectus, internæque mentis conceptus ore, manuque, per signa scilicet, quæ vim vocis habent, studebant effari, & significabiles reddere. Quam rem Horat. Serm. 1. sat. 3. depingit his verbis:

Quum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter
Vnguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus:
Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,
Nominaque invenere: ———

Vnde Aristoteles, plurimæ gratiæ inquit, habendæ sunt antiquis, quia si non perfecerint, invenerunt tamen: Ita ut, cum facile sit inventis addere, quatuor jam dictæ voces, ceu elementa linguæ, ad mœsti, lætique animi motus indicandos variè miscebantur, usquedum in septem differentes tonos, fistulæ beneficio, redactæ vocalium nomine posteritati asservabantur.

Vbi præ cęteris observationem merentur duæ ex harum mixtura natæ particulæ, οὐ nempe & εὐ, quibus *nolle, velle, esse & non esse* manifestabatur, quarumque usum & affectiones in allatis ibi videre licet exemplis.

In secunda operis sectione elementa nostra personalium pronominum naturam induunt, quibus subjunguntur articuli ex vocalibus orti, ubi simul generum, numerorum, & casuum origo indagatur.

His cognitis monstratur, quomodo personalium accusativis articulus affigatur, & aliquando præfigatur. Tum ad qualitatis & quantitatis pronomina

eruen-

eruenda articulus additur articulo, aliiſque particulis, ubi de variâ nominum terminatione aliquid dicitur, nec non de acceſſione ſemivocalium, verbi gratiâ: μ in μόνος, ν in ὧν, & ὄινος, λ in ἴλος, & ὅλος, σ in ἴσος & ὅσος.

Tertia operis ſectio incipit cum tertiæ perſonæ nota ἕ, quæ ceu fœcunda mater, mediante tenuium, mediarumque proſtheſi, longam ex ſe genuit particularum proſapiam.

Ex quarum cum articulo cōpoſitione *temporis* procedunt adverbia; *localia* contra petuntur ex ultimis ejuſdem pronominis caſibus, ceu ſunt: φὶν, φὶ, ψέ.

Similiter procreantur ex genitivo & dativo articuli ὅς & ᾗ particulæ, quibus locum, viam, modum & rationem rei deſcribimus.

Hiſce inſeruntur duo Capita, III. nempe & IV. quorum hoc recenſet adverbia & particulas, quæ verbis originem debent; in illo autem explanatur ᾖ ab ἕυ adhuc originem trahens.

Cap. XII. fit digreſſio ad ὄιος, ὄσος, ἶις, æolicum (unde πᾶς) & ὅλος, cujus compoſitum ἄολος abit in ἄλλος, ex hujus autem compoſito ἄπαλλος provenit πολὺς, unde πάλαι, & hinc λα, λαι.

Ἄλλος iterum duplicatur in ἀλλήλος, ex cujus compoſ. ἐπάλληλος fit ἐπαλληλία, unde παλία, & hinc λίαν. item πάλιν, πάλι, & λι.

Cap. XIV. & ſequ. ὅλος κατ᾽ ἀντιςοιχίαν mutatur in ὄρος. ἄλλα in ἄρα, unde ἄρι, & hinc ἔρι, ex his autem mediante tenuium proſtheſi πὰρ, ταρ, & πὲρ, τερ.

Cap. XVI. Relativus articulus ὅ coaleſcit pronomini τὶ, unde ὅτι, cujus compoſita διότι, καθότι, apocopantur in διὸ, καθὸ & καθά. Id quod factum eſſe præſumitur etiam in παρὸ & παρά.

Πὰρ ὅς ibidem conjungitur in πάρος, quod iterum contrahitur in πρὸς, ſicut παρὸ in πρὸ. Προτὶ & περτὶ autem corrupta fuerūt in ποτὶ & περὶ, quibus ſi præfixeris trium perſonarum notulas ἀ, ὑ, ἐ, patefiet, unde veniant ἀπὸ, ὑπὲρ, ὑπὸ & ἐπί.

Ea demum, quæ Cap. XVIII. inſperſa invenies, obiter dicta ſunto.

Præterea & in univerſum obſervabis, intereunte eruditâ Latiali, ortam eſſe vulgarem linguam Italicam, quam & Hiſpani minus quidem, Galli verò magis diſcrepante dialecto profitentur. Ab idiomate autem Gallico Britannus ſermo, inquit Tacitus in Vit. Agric. haut multum eſt diverſus; Imò eandem fuiſſe Gallorum veterum, & quâ nunc utuntur Britanni, linguam, pluribus comprobat Cambdenus: id quod Doctiſs. Vir Abrahamus Van der Myl in commentarijs Linguæ Belgicæ, & præfatione in Gloſſarium ſuum Teutonicum etiam de Gallorū & Germanorum veterum linguâ clarè nuper oſtendit.

Vnde non mirum ſi Guilhelmus Normannus Angliâ potitus recentiorem tum temporis linguam Gallicam ipſis denuò obtruſit: corruptiorem tamen eandem reddi intelliges à Belgis, ex qua tandem Teutonicam ſeu Germanicam hodie uſitatam, cum cæteris Septentrionalibus ὡς ἐπιτοπολὺ originatam eſſe comprehendes, de quibus uti & de Illyricis, aliiſque linguis, Deo annuente, alia vice tractabimus.

Latinam autem, & antiquam Celticam originem agnoſcere à *Græca*, quam & Hebraicæ, cæterarumque Orientalium parentem eſſe, ponere equidem non ambigo; & Romani olim tanquam Linguam Principem illam habebant præcipuè in Sacris, quique Rempublicam curabant, eandem addiſcere conaban-

nabantur, ut ex Suetonij Augusto colligit Eruditissimus Andreas Cirino de Vrbe Roma, cap. 22. Ideoque cum Varrone apud Cic. 1. Acad. Quæst. *Meos amicos, in quibus est studium, in Græciam mitto: id est; ad Græcos ire jubeo, ut ea è fontibus potius hauriant, quàm rivulos consectentur.* Ejus verò linguæ encomia heic recensere, ne Soli lumen accendere videar, quum teste eodem Tullio in Orat. pro Archia Poeta, *legantur Græca in omnibus ferè gentibus*, lubens supersedeo, & concludo cum Flacco Venusino:

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui. ———


Accinente Alexandro Hegio, Desiderij Erasmi Roterodami quondam præceptore:

——— *Doctis debentur singula Græcis.*

Vale feliciter, & æqui bonique hæc τὰ πρῶτα consule.



Ex



Ex Theologicæ Veritatis Compendio;

CVjus autorem Albertum Magnum quidam faciunt; nonnulli Ægidium Romanum; Alij D. Thomam Aquinatem; quamplures Seraphicum Bonaventuram contendunt. Non desunt qui Petro Tarantasio, inter Sacræ Theologiæ professores non obscuro, id tribuant: à Germanis verò ejusdem Compendij auctor celebratur Frater Bernoldus, Monachus de Cæsarea, Cistercienfis Ordinis, Augustanæ Diœceseos, qui illud compilasse fertur anno Domini 1310. impressumque fuit in regali oppido Vlma per Ioannem Zainer.

Lib. II. Cap. XIX.

De locutione Angelorum.


Verbum triplex est, scilicet mentis, oris, & operis. Verbo mentis loquitur Deus angelo, & econverso: Item Deus animæ & econverso; item Deus diabolo, & econverso, cujus tamen intentio Deum latere non potest. Verbo autem oris loquitur homo homini in corpore unito animæ; angelus verò homini corpore assumto: Sed verbo operis loquitur Deus diabolo, & angelus diabolo. De locutione itaque angelorum nota, quod angelus loquitur Deo, cum ex Visis in motum admirationis exurgit; vel cum affectus suos ei præsentat, quos tamen eum latere minimè dubitat: Angelus verò loquitur angelo verbo mentis suæ, species ostendendo mediante illuminatione quadam spirituali irradiante ab ipso. Item angelus facit aliquid coram angelo, quo facto intelligit quod non intelligebat ante. Et sic loquuntur omnes omnibus, id est superiores inferioribus, & econverso. Item loquitur angelus angelo per communicationem divini luminis ipsum instruendo; Sic non loquuntur omnes omnibus, nec omnia, sed tantum superiores inferioribus de his, quæ per divinas theophanias perceperunt.

Loquitur autem angelus homini dupliciter: Primo modo verbo vocali in assumto corpore, sed tunc sicut non profert sonum in organis materialibus secundum naturam, ita nec circulariter immutat medium, quemadmodum in voce naturali, unde non auditur, nisi ab illo ad quem ordinatur, & est simile in apparitionibus angelorum, quos quidam vident, & alii æquè propinqui

pinqui non vident, ut apparet in Heliſæo & puero ejus. Dicunt tamen aliqui, quod Angelus nunquam apparuit, vel apparet, aut loquitur homini in ſubjecta creatura, ſed intentionem, ſive ſimilitudinem ponit in oculo ejus, vel intentionem vocis ponit in aure ejus, & ibi recipit ſenſus communis ſpecies illas, ac deinde perveniunt ad imaginationem, poſt hæc ad intellectum, & hoc eſt quod Angelus dicitur apparere, aut loqui homini. Secundo modo loquitur Angelus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium, moto inſtrumento imaginis, & ſic loquitur vigilantibus & dormientibus. Item loquitur Angelus diabolo, ſpecies ſui intellectus ei ſine aliqua illuminatione oſtendendo. Item loquitur diabolus homini dupliciter: Primo modo ſenſum immutando, & hoc vel imaginationem alicujus rei imprimendo inſtrumento viſus, vel objiciendo viſui ſimilitudinem alicujus rei. Secundo modo loquitur diabolus homini per impreſſionem rerum ſenſibilium in inſtrumento imaginis, & hoc facit quandoque vigilantibus, quandoque dormientibus, & ſic immittit cogitationem mali. Cogitationem verò malam non poteſt immittere, quæ tantum per conſenſum mala fit. Eſt & locutio animarum, quia anima loquitur Deo per deſiderium, cujus affectiones nudæ ſunt, & apertæ oculis Dei. Anima ſimiliter angelo loquitur, & hoc per voces corporis, quas bene percipit angelus, ſicut & alia ſenſibilia, unde anima exiſtens in corpore alia ſpeciali poteſtate loquendi ad angelos non indiget, ſed hanc habebit exuta à corpore. Item anima loquitur diabolo, quia ſimilitudines affectionum imprimuntur ſenſibus, ubi diabolus legit eas.

χιλὸς ψυχῶν ῥῆμα θεῖον.

Pabulum animarum eſt ſermo divinus.





Flectuntur pecudes NON VI, sed dulce canendo;
Redduntur& avidæ NON VI, sed vera videndo.
J. de Lespier Sc.

SECTIONIS PRIMÆ
CAPVT PRIMVM.
§. I.

NObis, mi Philologe! humani ſermonis, qui olim labij unius, * ortum & originem indagantibus denuò conſiderandus venit Auctor & humani generis, & humanæ vocis

ADAMVS,

qui in Paradiſo erat, quod Propheta ** de Iohanne inquit:

Vox clamantis in deſerto.

Ille etenim ſibi ipſi in ſingulari erat numero, & perſona; ſine generis diſcrimine, abſque caſu, & declinatione: neque modum cognoſcebat, neque motionem; neu comparationem, uno verbo: *ſimplicia & primitiva ipſi omnia.*

* Gen. 11. v. 1. ** Eſa. 40. v. 3.

Tactâ igitur terrâ, cœli faſtigia ſuſpiciens, * & animadvertens, ſe divinæ auræ eſſe particulam, ejuſque qui rerum Autor eſt, imaginem, ** mirâ delectatione repletus, ex intimo pectoris fonte hauſit, oreque protulit optatum humanæ loquelæ Omen & πρωτομφὴν §. 2.

Ω!

Orationem, an Oraculum dixeris, parum intereſt; ſufficiebat autem hoc ipſi tunc fari *** ad exprimendos animi ſui ſenſus, cum in contemplatione hujus Mundi rapiebatur ad ejus admirationem.

 * Virg.

* Virg. 1. Georg. de bucula canit:

——— ——— *Cœlum*
Suspiciens patulis captavit naribus auram.

** Manil. lib. 4.

——— *Quid mirum noscere Mundum*
Si possunt homines, quibus est & Mundus in ipsis;
Exemplumque DEI quisque est in imagine parva?

*** Varro lib. 5. de LL. *Fatur is, qui primum homo significabilem ore emittit vocem.*

§. 3. Imò respondebat tonantis cœli * echo hæc divino illi characteri, ** quo DEUS ipse circumscribitur:



Et jure, si ipsius imago Dei imaginem præ se ferebat; quidni & vox *** vocem?

* D. Hieronymus lib. 2. cap. 2. Populi sacerdoti respondentis vocem describit his verbis: *Ubi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboat.*

Henricus Farnesius in Præfat. de Etymologiis. *Atque id est, cur in sacris literis uno ore fatentur omnes, primum humanæ societatis parentem Adam rerum omnium, quarum cognitionem divinitus acceperat, voces, vocumque characteres non ex scholis & studio, sed de Cœlo summo mortalium beneficio hausisse.*

Addo: quod his nostris temporibus R. P. Figari, Ord. S. Augustini, natione Italus, non minus ingeniosè à *Lunæ* diametro universalis mensuræ modulum in orbem literarium conatur inducere; quam olim Archimedes ille Syracusanus à *Solis* radiis ignem intulit in Romanorum classem.

** In Principio nostro Philologico pag. 101.

*** *Echo*, sonus reciprocus, vox repercussa, quæ ab imitatione vocis humanæ imago etiam dicitur à Val. Flacco. Ἠχὼ νύμφη τὰ λεγόμενα ὁμαραγεῖ. *Echo nympha ea quæ dicuntur, resonat.*

Ita Virg. 4. Georg. —— *ubi concava pulsu*
Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

Sunt enim *verba* typi atque umbræ cogitationum: *Cogitatio* verò est imago rei extra intellectum. Vossius in Etymologico Linguæ latinæ, in Voc. Attubus.

§. 4. Neque alia vocandi formula ipsi frequentior, quando animalia, in quorum medio stabat, humano clamore suo ad Creatoris laudem excitatum ibat, nisi

ὦ ὦ ὤ. *

* Caroli II. Magnæ Britanniæ Regis nummus pro symbolo Solem habet occidentem, hac inscriptione:

Omnia Orta Occidunt.

§. 5. Et quamvis tota animalium cohors, amnium instar in Oceanum, concurreret pro suo cujusvis organo harmoniam hanc incondito suo sono & cantu reddere vocaliorem: tamen non μῦ boum; * nec μῆ caprarum; neque βῆ, βᾶ, βλῆ & βρῆ ovium; nec ἇυ ἇυ, vel βᾶυ βᾶυ canum; ** non βὸμ βὸμ apum; non γρῦ porcorum; neque κοΐ κοΐ porcellorum; neu κικκαβᾶυ noctuarum; *** neve denique strepitosum βρεκεκεκεκὲξ, & κοὰξ κοὰξ, πολυκόλυμβα μέλη τῶν βατράχων *4* impedire poterant, quin ille constanter, ceu totius chori basin, ingeminasset simplicissimum suum vocum & literarum chaos *5*

Ω.

* Ὥσπερ

* Ὥσπερ τὸ λαλεῖν τοῦ ἀνθρώπου ἴδιόν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ μυκᾶν τοῦ βοός. *Quemadmodum loqui proprium hominis est, ita mugire bovis*. in Græc. adag.

** Βαΰζοντος ἑνὸς, αὐτίκα βαΰζει καὶ ἕτερος κύων, *latrante uno cane, latrat statim & alter*.

*** Ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο ἀηδὼν, ἄλλο κορώνη φθέγγεται. *Aliud noctua, aliud luscinia, aliud cornix loquitur*. Suid.

4 De Augusto refert Suetonius: Cùm primùm fari cæpisset, in atrio suburbano obstrepentes forte ranas silere jussit: atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare.

5 *In Etymologiis*, inquit Disertissimus Dilherr in Dial. Philolog. II. *nonnunquam ἕτοιμοι πρὸς λόγους, parati sumus ad nugas & fabulas congerendas, ad omnium linguarum chaos & confusionem plusquam Babylonicam revocandam. Et nullibi magis ludere licet Grammaticorum manipulo, quam in hoc circo, ubi quisque quot egeat pondo, ad perpurgandum cerebrum, hellebori, ostendit*.

Nec minoris id erat ponderis, ac si per omnes *orationis partes*, seu *vocum differentias* progressus fuisset secundum illud Comenij: * §.6.

1.	*Nomen*:	DEUS
2.	*Adnomen*:	ÆTERNUS
3.	*Pronomen*:	IPSE
4.	*Verbum*:	MUNDUM FECIT,
5.	*Participium*:	EUM CREANS
6.	*Adverbium*:	SAPIENTER
7.	*Præpositio*:	SINE ADJUTORE
8.	*Conjunctio*:	ET INSTRUMENTIS
9.	*Interjectio*:	O DEUS!
10.	*Adjectio*:	TUTE FECISTI.

* Rudiment. Grammaticæ Cap.2. de classibus vocum.

CAPUT II.

VErùm consultum videbatur æternæ Providentiæ adjutorium homini facere, quod coram eo sit; ideoque soporem in Adamum fecit illabi, & ex dormientis * costâ formavit §.7.

Mulierem;

Quam *olfactu* ** primùm ab illo perceptam fuisse equidem autumo, cùm ex eo, quod sensus iste, cæteris sopitis vivacior, *** & propter respirationem narium vigilantior *4* est ad quævis odoratus objecta recipienda: tum quod incorruptum ipsius θεῖον *5* talem de se dedit odoris *6* suavitatem, qualem pòst Rex Sapientissimus de Sulamitide sua per omnia Canticorum capita tot & tantis extollere satagit laudibus; ne dicam de ea odoris fragrantia, quam Ecclesiæ D. Paulus, *7* vel quam Theognis *8* Phœbo nascenti attribuit: adeò ut non immeritò prima mulier, tanquam *primus odor* à Paracelso vocata fuerit *Protosma*. *9*

* Neque hominum alij ita evenit; quandoquidem Mitio Terentianus Æschino: *Quid? credebas*, inquit, *dormienti hæc tibi confecturos Deos? Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?*

** *Olfactus*: (ita prælaudatus Comenius in Atrij §.260.) *massâ rei illibatâ subtilissimos ejus halitus naribus extrahit: eoque modo de intima rerum constitutione (salvæne an putrescentes, harmonicene an secus textæ sint) sagaci indicio explorat. Nam quale quid est, talem sui expirat speciem, aut fragrantem suaviter, aut fœtentem putidè*.

*** Thomas Willis, Anglus, primum nervorum par *odoratui* inservire

 facit.

facit. Journal des Scavants d'Amſterdam, 1665. p. 56.

4 *Vigilanti ſtertere naſo*. Iuven.

Ita Syrus apud Ter. Demeæ dicenti: *Annon ſex totis menſibus prius olfeciſſem, quam ille quicquam cœperit*. reſpondet: *Vigilantiam tuam tu mihi narras*.

5 Θεῖον, divinum, it. ſulphur. Ita Hippocrati dicitur principium illud, & primaria cauſa rerum humanarum, vel in hominibus, in ſpecie ſexus fæminini. l. de Nat. Muliebr. lib. 2. 11. Vel ſignificat aliquid ita occultum & incomprehenſibile, cujus cauſam neque ſenſu, neque cogitatione aſſequi poſſis. Plura ſis evolve Amaltheum Caſtello-Brunonianum.

Alexandrum Magnum odores ſpiraſſe, ex hiſtoria notum; & hinc probabile fit, *Bucephalum* ipſius θεῖον à quovis alio diſtinxiſſe. Quod & de *Argo* Vlyſſis cane, qui ſolus dominum vigeſimo demum anno domum redeuntem agnovit, dici poteſt.

Sic apud Plaut. in Mil. Glor. quando hera inquit: *Non eſt intus quem ego volo*. Reſpondet ſerua: *quî ſcis?* cui illa: *ſcio edepol, olfacio: nam odorem naſus ſentiat, ſi intus ſiet*. Et paulò poſt ſubjungit Miles: *Naſo pol hæc quidem videt plus quàm oculis*.

Ad rem quoque facit, quando Virg. Æneid. l. 1. Veneris odorem deſcribit:

Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem ſpiravere:

Medea contra è Colchide cum Iaſone fugiens, referente Otthone Heurnio ex Myrtilo, in Lemnum ubi applicuiſſet, indigenarum mulierum zelotypia tacta, pharmacum magicum quoddam ei injecit, quod quotiens annuus orbis menſibus exactis compleretur, teterrimum fæminis odorem imprimebat, adeò ut viris prorſus inviſæ eſſent.

6 Ita Nominatiſſimus Franciſcus Joſephus Burrhus in Epiſt. ad Thomam Bartholinum Hafniæ: (Journal des Scavants d'Amſterdam, 1669. p. 36.) aſſerit, in cerebro humano certum eſſe liquorem ſubtiliſſimum, & unâ odoris ſuaviſſimi, quem rationalis animę ſedem eſſe perhibet.

7 11. Corinth. 2. v. 14. & ſeqq.

8 In Sentent. Eleg. v. 4. 5.

Πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη Ὀδμῆς ἀμβροσίης. id eſt:

Tota quidem impleta eſt Delus ingens Odore diuino.

9 *Protoſma eſt prima mulier*. Paracelſ. in fragm. anatom. p. 35.

Non omittendum hîc, quod Plautus in Moſtell. nimis huic ſexui derogat, dum *Mulier*, inquit, *rectè olet, ubi nihil olet*. Verùm intelligi hoc vult de meretricibus, quibus anima fœtet, quæque ſi viles, plerunque allium obolent; ſin dites, unguenta exotica: imò, ut apud eund. in Pœn. *Arabius, murrhinuſque odor ibi omnia complet*: unde eſt, quod alicariæ diobolares *ſcorta* audire coguntur; idque à σκόρδον, pro σκόροδον: (contractum ex συϊκόροδον, ideſt roſa ſuilla) allium.

Antiocho Epiphani dicebat popularis quidam in Balneo: *Beatus es, ò Rex, qui adeò bene oles*. Veſpaſianus contra apud Sueton. ne quam occaſionem corrigendi diſciplinam prętermitteret, adoleſcentulum fragrantem unguento, cùm ſibi pro impetrata pręfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam graviſſimâ increpuit; *Maluiſſem allium oboluiſſes*.

Cęterùm *adolere* dicitur de junioribus; & *exolere* de ętate provectis: cujus verò fæminę odor evanuit, illa Gręcis ἄωνς, & hinc Latinis *anus* audit.

§. 8. Prorupit ergò εὐαίσθητος * noſter ſomno experrectus, ſpiritum naribus attrahendo, ** olfacientis pariter & admirantis, primęque ὀσφρισμός *** voculâ

ῦ ῦ *4*

Hanc ſuam ſobolem, *5* coſtam & conjugem ſalutando, atque ἐν τρόπῳ νυμφίου *6* multis, mirificque amplexibus, baſijs quoque ſuaviſſimis εὐώδεος Evę ſuę os exoſculando.

* Ἐναίσθητος, idest sensu valens, sensum acrem habens. Sic dicitur ἄνθρωπος εὐαισθητότατον τῶν ἄλλων ζώων. *Quamobrem* inquit Cic. pro M. Cœlio, *si quem forte inveneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem: huic homini ego fortasse & pauci, Deos propitios, plerique autem iratos putabunt.*

** Ita Iob. 27. cap. *Spiritus Dei in naribus meis.*

*** Ὀαρισὺς, ύος, ἡ, confabulatio, colloquium; & peculiariter quale est maris cum fæmina secretius. Il. ξ, & Il. ζ.

4 Proverbio dicitur: ὗ, ὗ, τινθαλέε ῥινὸς αὐδή ἐςι. id est, *hy, hy, fervidi nasi vox est.* Sic ille apud Aristoph. in Pluto, carnes suillas olfaciens, ait: Ἔνδον ἐςὶν, ὦ μιαρωτάτω, πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὠπτημένον.

ὖὖ. ὖὖ. ὖὖ. ὖὖ. ὖὖ. ὖὖ.

5 Et primæ Natæ conquadrant verba Poëtæ:

Chara Deum soboles, magnum Iovis incrementum.

Nec male derivabitur *soboles* per aphær. à μεσοπαλὴς, id est, quod ex medio vibratur & quassatur.

6 Ita Lucian. ἐν τρόπῳ βοσκήματος, idest more seu instar pecudis.

Quidve aliud postea collocuti * fuerint, rerumve gesserint, sacra te docet pagina. §. 9.

* De primorum parentum Lingua ex recentioribus scripsere inter Italos *Dantes*, & *Ferdinandus di Diano*: apud Belgas autem *Goropius Becanus*, *Scriechkius Rodornius*, & alii, quorum vestigia nos quidem non sectamur.

Ad propositum verò nostrum facies, si non amplius *Hominem* considerabis nudum & investem, * (quippe ab ipso Conditore jam vestitus erat) in *singulari*; sed *Homines*, & quidem in *duali* numero: sexuque & genere, imò & persona differentes. 10.

* *Nudus & investis figulo suo consistit.* Tertull. de pall. cap. 3.

Et sicut ille ad propagandum Genus, * & Verbum Dei, primæ personæ, maris scilicet agentis & imperantis; ita hæc secundæ, videlicet fæminæ obedientis & patientis tum sustinere cœpit officium. 11.

* Comen. in Atrio. Cap. lxxx. *Conjugium est plantarium Dei, ad plantando propagandum genus DEI, quod sumus ipsi nos.* Act. 17. v. 25.

Proinde, quo Divina Benedictio adimpleretur, nata ipsis non una proles; unius ergò ploratus * ponamus tum fuisse 12.

ἕ ἕ ἕ ἕ, **

Alterius verò, ceu junioris, aliquantisper exiliores

ἵ ἵ ἵ ἵ, ***

Quæ notabilis differentia non nisi à supremo linguarum Moderatore observata, Regique & Prophetæ tum inspirata fuit, quando *4* psallens ait:

Ex ore parvulorum & lactentium fundasti DEUS!
fortitudinem propter inimicos tuos.

Sunt autem ἵ & ἕ fundamenta nominis sanctissimi, quod à Salomone *5* arx vocatur, & turris fortissima. *Hic ergo murus nobis aheneus esto.*

* *Recens natus*, inquit Plinius, *conditionis suæ fragilitatem ploratu ominatur.*

** ἕ, *he*, dolentis est particula, quæ geminari solet, interdum & quater repeti. Æschyl. in Prometh. ἰώ μοι μοι, ἕ ἕ ἕ ἕ.

*** Βαμβαίνειν ἔξεστιν, ἕως ἂν λαλεῖν δυνάμεθα. *Balbutire licet, donec loqui possimus.*

4 Psalm. 8. v. 3.

5 Prov. 18. v. 10.

Id quod Protoplastis ansam dedit primam personam ὦ, secundam ὖ, tertiam ἕ, vel ἵ, tum temporis *pronominaliter* appellandi: Accedente autem tertiâ & quartâ personâ, numerus abijt in *pluralem*. 13.

CAPUT III.

14. PRima isthæc vocum semina αὐτοδιδάκτως, & *naturæ instinctu* prolata, ceu postulata mea prima, *ex instituto* postea aliter atque aliter pro re nata enunciari consuevêre, quæque modò læti, modò mœsti animi indicia erant & argumenta.

15. Ω primum in literatura olim obtinuisse locum ex Principio nostro Philologico constat; eundem ergo jure merito sibi vendicat hic, vbi humani sermonis ordimur filum.

Ab ὦ igitur oxytono, admirationis, quæ totius philosophiæ mater audit, aurora, dicendi nobis sunt capienda primordia; Exemplum hujus vocis inchoativæ præbet Iulian. in epist. quadam ad Liban. ὦ λόγος, ὦ φρένες, ὦ σύνεσις, ὦ ἐπιχειρήματα, ὦ ἁρμονία, ὦ συνθήκη! hoc est: *O mentis conceptum, ò prudentiam, ò perspicaciam, ò lætitiam, ò concentum, ò consensum!*

16. O apud Latinos cum variis inserviat affectibus, in eo describendo studium & operam contulêre Calepinus, Tursellinus, & alij; adeò rebus his tanquam *annulus Terentianus*, * initium fuit inveniundis.

* Terent. in Hecyr. Act. 5. sc. 3.

17. Incrementum antiquitus accepit ὦ in ὢέ, quod quidem apud Græcos dolentis est: apud Latinos autem *obe* exclamantis fit interjectio, quæ jubet modum imponere, vt apud Horat. Serm. 1. Sat. 5.

——————— *obe,*
Iam satis est.

Sic Plaut. in Cas. *Obe, jam satis vxor est, comprime te, nimium tinnis.* Item Martial. lib. 4.

Obe jam satis est, obe libelle.

Ex cujus conversione prodit *ebo*, quæ interjectio est ad se vocantis, aliquando & admirantis; ut plurimum autem est particula excitativa, quâ attentionem nobis paramus ejus, cum quo loquimur. Exempla habes passim in lexicis. Itali hinc dicunt: *eh, eh bene*, & *bembene*, corruptè *ombè, bembè*, & *bè*; Hispani *he*, it. *ea, ea pues*; Galli *hè bien*, Angli *Well*; Belgæ *Wel*, & *Wel aen*; Germani *he!* it. *wol*, & *wolan*.

Cæterùm constat ex Plauti Sticho: *Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium.* Et ex Ovidio:

Et bene nos, bene te, patriæ pater optime, Cæsar.

18. Pari modo factum est ὢί, vocantis adverbium; geminabatur etiam nonnunquam ἤ, cujus tum usus erat reprimendo, & desistere aliquem jubendo, vt: ἢ ἤ, σιώπα, *haha sile*, vel *atat tace*, apud Aristoph.

19. Alia vocula interjectiva nata est ex tertiæ personæ ejulatu ἔα, Hebr. HEACH, quem Cl. V. Joh. Cottunius in libello de epigramm. confic. pag. 58. circumscribit his verbis:

Clamabunt E & A quotquot nascuntur ab EVA.
Quia nimirum
Omnis masculus A nascens, E fæmina profert,
A genitor dat Adam; E dedit Eva prius.

20. Ἔα pòst contractum fuit in ἆ, quæ modò hominis succensentis, quiritantis, aut commiserantis erat interjectio; modò perterriti ac perturbati; modò admirantis; modò denique optantis, ut Hebr. HA, Lat. *ah*, pro quo sæpe apud Comicos dicitur: *lassus sum, hei mihi, perij, actum est de me*, & sim. unde Ital. *ah, hai, ahime, ahilasso & aleppe!* Hisp. *ah, ax, ay, agi, hay, hayme, ay de mi, ahi de puta!* Gall. *ah, ai, hei, las, helas, helas moy!* Angl. *ah, alas, o alas*, & *alack!* Belg. *ach, ay my, eylaes, och eylacy!* Germ. *ach, hey mey, ach leider, zeter & mordio!*

Ἔα, ἔα, autem duplicabatur etiamnum in ἆ ἆ, id quod à nonnullis oxytonè efferebatur ἀᾶ, unde Hebr. AHAH, Lat. & Ital. *aha*, Hisp. *ah*, Gall. *han*, quæ sæpius sunt dolen-

dolentis, atque ingemiscentis aut quiritantis adverbia; sicut è contrario ἆ ἆ * ridentis est, ut & apud Latinos *hahahe*, Ital. & Hisp. *a, a, a,* Hisp. iterum & Gallis cum cæteris Septentrionalibus *hahaha*.

* Inter Græcorum adagia refertur: γελῶν λήκει βᾶ καὶ ἆ ἆ ἆ, θαυμάζων ἄπαται καὶ βαβαὶ. Ridens sonat *ha* & *hahahe*; mirabundus *atat* & *papæ*.

I demum lactentium infantulorum vagitus ab Hebræis integrè adhuc conservatur in HI, id est, *heu*; Græci verò eâdem voculâ superioribus præfixâ aut fatum querebantur, aut cum familiaribus commune periculum miserabantur, verbi gratiâ: 21.

1. Ἰώ, dolentis erat & exclamantis, Lat. *io!* ut apud Tibul. *Vror, io, remove sæva puella faces*. Angl. *ough-ho!* & *heigh-ho!* Germ. *juch-ho!*

Eademque vox geminatim nonnunquam reddebatur ἰὼ ἰὼ! vel etiam ἰὼν ἰὼν! eho! proh proh!

2. Ἰού lugentis, heu, eheu! Gall. *of, ouff*, Germ. *usch*. Interdum contra erat exultantis, & tum circumflectebatur, ἰȣ̃, vnde per conversionem factum est Lat. *hui!* Ital. *uh!* Gall. *hu!* Germ. *huy* & *juch!*

3. Ἰαῦ, indignantis fuisse dicitur, & ingemiscentis, sicut & jam dicta ἰȣ & ἰώ. Exinde Latini habent *au! hau!* & *ahu!* Belg. *auwe*. Germ. *au, auweh!* index animi perturbati.

4. Ἰεῦ apud Aristoph. fuisse perhibetur ἐπίρρημα χλευαστικόν, seu illusorium, sicut apud Ter. *hui*.

Ex his ἰώ primum contrahitur in ὦ vocantis, circumflexu notatum, ut: ὦ Σόλων, Σόλων! ὦ Σώκρατες, ὦ Σωκρατίδιον! ὦ Φιλότης! pro *ò amice*, vel *amicissime!* ὦ Φίλη ἀφροδίτη, *ò amica Venus!* Itali huic voci *là* adjungunt, dicendo: *oh là, holà, & olà, voi, amicitia!* Hispani *ao ao* dicunt & *hola!* Galli, *ha, hau, he, hau là, mon amy, hee!* Angli, *hola my frend;* Belgæ, *hou myn vriendt, housic hou!* Germani, *he, woy, gut freund, holla, loss, hoscha, & hollahè!* Interdum & exclamantis cum admiratione, ut: ὦ Ἡράκλεις! ὦ Ζεῦ, ὦ πόποι! ὦ πέπον, ὦ Γέρον! ὦ Μενέλαε! apud Hom. Apuleji autem asinus, cum cuperet inclamare Cæsarem, contractis quantum potuit labris vix O sonuit, Cæsarem nullo pacto potuit exprimere. Ὀγκᾶται πόνος ὁ κάνθων. *Solus asinus rudit*. 22.

Ω istud interdum subauditur; interdum ipsi πρὸς, & nonnunquam πῶς adjungitur, ut: 1. Ζεῦ ἄνα, *ò Iupiter Rex*, apud Hom. it. Ἡράκλεις, *ò Hercules, tuam fidem!* Μορμὼ τȣ̃ θράσȣς! *ò horrendam audaciam!* apud Aristoph. 23.

2. Τῆς τύχης, pro ὦ τῆς τύχης, *ò fortunæ novercantis malignitatem!*

3. ὦ πρὸς τῶν θεῶν, *ò Dij immortales!* Hinc natum Latinorum *pro, proh, & proh dolor*, interjectio nempe exclamantis, admirationi aut indignationi serviens, ut apud Ter. *Proh Deum atque hominum fidem!* & apud Plaut. *Proh Sancte Iupiter: quid video?* it. *Proh Thebani cives! Proh fidem Cæsaris!* aut *Tuam fidem Cæsar! Proh tristia fata!* apud Lucian.

4. ὦ πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τȣ́των ἐνέγκω μνήμην! O quomodo sine lacrymis horum fero memoriam, apud Greg.

Latini hinc suum fecere *oho* admirantis aliquid fieri repente: *oho, amabo, quid illuc properas?* it. aliquando agnoscentis cum gaudio: *oho, Polymachæroplacides purus putus est ipsus*, apud Plaut. Itali hinc dicunt *ohoh, ocò, & hoiò!* Hisp. *ahao*, Gall. *oho, & hoho.* Angli *ho! ho!* Belg. *houw! hey!* Germ. *oh & oho!* apud Schottel. 24.

2. *Oho* Latinorum etiamnum abit in *oh*, eoque vtimur, ubi ex intervallo notos videmus, ut: *Oh, qui vocare?* Est etiam admirantis cum contemtu quodam, ut: *Oh, tibi ego vt credam furcifer?* Aliquando est affirmantis, nonnunquam dolentis & reprehendentis. Duplicatum *oh, oh* exultantis est ob rem bene gestam. Quadruplicatum *oh, oh, oh, oh*, autem ejulantis est more comico: cujus rei exempla suppeditat jam dictus Calepinus.

CAPUT IV.

25. QVemadmodum in antecedenti ἐα in ᾶ, & ἰω in ῶ. ita hic ἰοῦ & ἰεῦ, ἄροιν & θέσιν distinguendi gratiâ, contracta fuêre in οὐ & εὖ, unde factum, quod Prisci Προτερογενεῖς dicendo

οὐ

removebant omnia:

εὖ

verò applausui inserviebat.

26. Ὀυ successu temporis assumsit (1) τι, unde οὔτι. (2) κι, & (3) χι, unde οὐκι, & οὐχι, & ι iterum abjecto, remansêre οὐκ & οὐχ.

Item (4) τε, & (5) δὲ unde οὔτε, & οὐδὲ, à quibus si ε abjeceris, habebis Lat. *haut*, & *haud*.

Item (6) οὔμεν, & (7) οὐμενοῦν, ex quo factum Lat. *nenum*, *nenu*, & *neno*; & (abjiciendo per aphær. οὐμε) *non*. Ab hoc sunt Ital. *non*, & quod in fine periodi solummodo usurpatur, *nò*. Hisp. *no*, Gall. *non*, Angl. *no*; Ab illo verò Gall. *nany*, & *nenny*, Angl. *naie* (tanquam ab Hisp. *nadie*:) & *nay*, Belg. *neen*, & Germ. *nein*.

27. Natæ sunt postmodum & aliæ negandi particulæ, ut: μὴ, Lat. *ne*, de quibus suo loco fusius agetur.

Item οὐλοὸν, id est, exitiale, noxium, (unde Hebr. LO) eo nimirùm sensu, quo apud Lat. *malum*, *turpe*, *nefas*, *nefandum*: Huc accedit Ital. *negotta*, Hisp. *nexo*, & Gall. *luet*, it. Germ. *Wet als ungluck*, verb. gr. quæ (malum) ista dementia est? *Wet als ungluck ist das fur ein unsinnigkeit?* apud Dasypod.

28. Cæterùm dicunt Græci οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ, it. οὐ μόνον, ἀλλ᾽ ὡς καὶ, it. μὴ μόνον, πρὸς δὲ, quæ Latini reddunt: *non solum*, *sed etiam*, it. μὴ μόνον οὐ, sive μονονοῦ, aut μόνον οὐκ, vel μονονοὐκ, tantum non, modo non, it. fere, propemodum; & μόνον οὐχὶ, sive μονονουχὶ, pro eod.

29. Εὖ pariter incrementa accepit, ut videre est in

1. Εὖγε, Lat. *euge*, vel ut apud Plaut. in Mil. *eu probe*, id est rectè, sanè, & est adv. laudantis & approbantis, seu assentientis & gratulantis; interdum etiam insultantis, &

2. Εὖτε, *&* *bene*, fitque adv. similitudinis.

3. Εὖμεν, pòst ἦμεν.

De encliticis hisce γε, τε, μεν, δὲ, it. τι, κι, χι, sicut & de communi Hebræorum affirmandi particula KE suo loco mox tractabimus.

CAPUT V.

30. NEgativam Græcorum particulam

οὐ

longè antequam τὸ ἀστερητικὸν vices ejus occupaverit, in compositione locum habuisse, testantur crebræ ipsius conversiones: mutatur etenim apud Latinos in *u*; item in *vo*, *ve*, *vi*, atque etiamnum in ἰυ, tandem in α, & ω apud Græcos, aliasque patitur κρίσεις & interdum planè abjicitur.

31. Ὀυ in u latinorum transijsse rariora sunt exempla, quàm quod conversum fuerit in *vo*:

1. Ab οὐ enim & λύπη, id est dolor, animi molestia & ægritudo, prisci composuere οὐλύπη (pro quo hodie dicimus ἄλυπος *) unde Aboriginum *volupe*, per apoc. *volup*. Ex οὔλυπος autem & οὐλυπία facta sunt & adjectivum *volupis*, *volupe*, & substantivum *volupia*: Ab οὐλυπότης autem *volupitas*, per sync. *voluptas*, Ital. *voluttà*, Hisp. *voluptad*,

ptad, Gall. volupté, Angl. welthe, apud Kil. it. wealth & weal, it. lust, Belg. weelde, & welde, it. wellust, Germ. wollust, id. Sunt præterea ab οὐλυπος, *Vlpis*, Dianæ epith. it. *Vlpius*, & *Vlpia Trajana*, cujus denominativa sunt *Vlpianus*, Iurisconsultus, natione Tyrius, & alius hujus nominis Historicus, it. *Vlpianum*, & *Vlpiana*, urbium nomina: Ab οὐλιπότης autem *Vlipada*, Insulæ Taprobanæ urbs mediterranea. Ptol.

* Ab ἄλυπος dolorum expers, non solùm est prænomen *Alypius*, cujus nominis Divus quidam apud Græcos claruit: Sed & per aph. *Lupus*, cujus nominis fuere 1. *Lupus*, Consul, collega Maximi. 2. *Lupus*, Forojulianorum dux. 3. *Lupus*, Senonensis Episcopus. Βίος ἄλυπος αἱρετὸς, Arist. in rhet. *Vita læta eligenda præ aliis*.

Sic ἀμυχρὸς, ὗ, ὁ, nullo contaminatus scelere & piaculo, dic. pro ὁ οὐ μυσαρὸς, non abominandus seu detestandus.

2. Ab οὐκώνια ἄπια (veluti dicimus προκώνια ἄλφιτα) sunt Plinij *Voconia pyra*, id est, non fastigiata, quemadmodum conus dicitur de nuce pinea. Et fortean hinc quoque *Voconiæ genti* nomen.

3. Sic *Volema*, idest pyra prægrandia, nobis dicuntur ab οὐλημὸς, pro οὐλαμὸς, condensus, confertus, ex ὅλος, integer, sanus & perfectus.

4. Ab οὐ & εὐ præterea olim apud Græcos verba fuisse facta, equidem nullus dubito; οὐέω nempe & εὔω (pro quo in usu εὔχομαι) ab hoc etenim Latini suum habuere *beo*; ab illo autem est *voveo*, cujus sensus originarius est: diris imprecationibus malum opto. Imò ex hujusce verbali *votum* ortum trahit antiquum *voto*, mutatum pòst in *veto*.

5. Simili modo οὐκ ἀντέχω, expon. cedo, succumbo. In bello etenim dicuntur οὐκ ἀντέχειν, qui cedunt, qui resistere non possunt.

6. Et ab οὐκαλέγω, nihil curo, nullius rei rationem habeo, nominatus fuit Οὐκαλέγων, Ucalegon, unus ex Trojanis proceribus, qui belli tempore, quod annis confectus esset, prælio abstinuisse dicitur apud Hom.

Pro οὐ Græci dixere εὐ in sequentibus: 1. Εὐμενίδες, non mites, non benevolæ, Furiarum infernalium Epith. 32.

2. Εὐκολίνη, pro οὐκολίνη, quo nomine apud Callim. dicitur Hecate.

3. Εὐώνυμος, boni nominis, bonum & faustum nomen habens, celebrandus: positum verò pro οὐώνυμος, signif. sinister & lævus; cujus nominis extat insula parva in Æolijs, it. arbor quædam infelix, in Lesbo potissimum proveniens.

4. Εὔωρος Svidæ idem est quod οὔωρος, (ab ὥρα, idest cura) non custoditus, seu male custoditus, vel οὐδενόσωρος, * nullâ custodiâ dignus.

* Οὐδενόσωρος aliàs compositum ex ὥρα, idest tempus, signif. qui nec vno quidem momento durat.

5. Εὔοργος pro ἄοργος, qui non irascitur, vel qui non succenset rebus quibus oportet: Tum pro eo, qui justè succenset, & cum res postulat.

6. Εὔκολος, facilis, & εὐκολία, facilitas, propriè in capiendo cibo, cum stomachus ea, quæ apponuntur, non respuit fastidiosè; sunt Germ. *eckel* & *hackel*, it. Belg. *ackel*, *eckel*, nec non *ack*, & *eck*, sed in sensu planè contrario. Sic

7. Εὐλογέω, bene dico, bene precor, ironicè abit in Belg. *vloecken*, Germ. *fluchen*, idest maledicere.

Eadem particula mutatur apud Lat. in *ve*, ut: 1. Οὔβρωτος, contr. οὐβρὼς, non aptus esui, non edulis, fit Lat. *vepris*, & hinc *vepres*, Ital. *vepre*, & *vepreto*, Hisp. *brezo*, Gall. *brosse* & *brossaille*. 33.

2. Ab ὠνέω (qs. οὐ ὑενόω, non unio, vel coaduno) est Lat. *veneo*: eorumque *venum* est Græc. ὤνιον. Cujus compos. *venundo* contrahitur in *vendo*, Ital. *vendere*, Hisp. *vender*, Gall. *vendre*.

3. Ab ἐρέω, dico, est Lat. *reor*; ab οὐερέω, idest non dico, dubito, igitur erit eorund. *vereor*.

Par ratio est in *Vejovis*, *Vedius* (ab εὔδιος, sed in sensu contrario) it. *vesanus*, *ve-* 34.

cors,

cors, *vegrandis*, ovibus nempe, fabis & farri adjectum, *vefaba*, & *venux*, cujus dim. est *venucula*, de cujus varia lectione evolve Calep.

35. In *vi* denique mutatur ὀυ nostrum; non enim ab ἔυτοκος, ideſt fœcundus, ſed ab ὄυτοκος, ſterilis, eſt Lat. *viticis*, * & h. *vitex*, Ital. *vitice*, vnde Angl. *a withie*, *withy*, & *a willow*, Belg. *wilge*, Germ. *weide*, ideſt ſalix. Vulgus herbariorum *agnum castum* appellat, eò quod apud Græcos ἄγνος, ideſt caſtus, dicitur. Matronæ etenim caſtitatem ſervantes ex iis foliis cubitum ſibi ſternebant.

* Tria hìc concurrunt ſemel pro ſemper obſervanda: 1. Pleraque hujuſmodi nomina eſſe adjectiva ſubſtantivata. 2. Tertiæ Declinationis nominativos plerunque à genitivis ſuis oriri. 3. Veteres Latinos c ante e & i duriuſculè ut k pronunciaſſe.

36. Apud Græcos aliquando abit in ω, ut: Ab ἡμὸς, noſter, derivatur ἥμερος, manſuetus, cicur, mitis. Compoſitum verò ὀυημὸς (Hebr. AIOM, ideſt formidabilis) contrahitur in ὠμὸς, crudus, it. immitis, durus, rigidus, ſævus, crudelis & inhumanus. Ex cujus cum λύσις compoſitione fit ὠμήλυσις, ideſt farina cruda, dic. & de omni farina, ſed κατ' ἐξοχὴν de hordeacea, quod per metath. corruptum fuit in σεμίδαλις, Lat. *simila*.

Sic ab ὠμόθυμος, crudelis, crudeli animo præditus, per ſync. duco Græc. Μῶμος, Lat. *Momus*, Deus alios reprehendens Deos; ſumitur deinde pro ipſo probro & infamia: quo in ſenſu Hebræis dic. MVM, ideſt vitium.

37. Nonnunquam variatur per metatheſin, ut: 'Ουλαφὶς (apud Screv.) mortuus, forte fit Lat. *flavus*, unde juxta Cl. Ferrar. Ital. *blavo*, *biavo*, Hiſp. *blao*, Gall. *bleu*, Angl. *blew*, & *blevwe*, Belg. *blaeuw*, *blauw*, Ger. *blaw*, *blau*, ideſt cæruleus. Græci autem pro eod. dicere amant ἀλαβὴς, in quo nihil eſt, quod prehendi queat, vel qui prehendi nequit: ab ἀλαβὴ, fuligo, carbo, cinis miſtus carbonibus; quod etiamnum antiquitus erat ὀλαβὴ, hoc rudiores in Italia pronunciant *falliva*: Eruditi autem & Latini *favilla*.

Ab ejus compoſ. ὀυλαβηγενὴς, per ſync. ὀυλαγενὴς, eſt Lat. *fuliginis*, & h. *fuligo*. * Nec non Græc. λιγνὺς, ἡ, quod idem. Imò ipſorum ἄσβολος, & ἀσβόλη non aliunde quam ab ἄλαβος, & ἀλάβη in ore vulgi, prout vocabula ruſtica, corrupta ſunt.

* Simili modo factum eſt Lat. *caligo*, à *caliginis*, quod derivo ab ἁλιγενὴς, è mari ortus, mari genitus; idque Græci iterum corruperunt in ἀχλὺς, ἡ, nebuloſa quædam obſcuritas & caligo.

38. 'Ου penitus abijcitur in ſequentibus, ut: 1. Λύγη, obſcuritas, tenebræ, dictum fuit pro ὀυλύκη, ideſt non lux.

2. Ex ὀυδὲ & εἵλη, pro ἕλη, calor ſolaris, eſt δείλη, ideſt veſpera.

3. Ab ὀυδὲ εἴδω, non video, eſt δείδω, timeo, metuo. Et

4. Ab ὀυδέω, pro ὀυδὲ ἔω, non ſum, eſt δέω, vnde δεῖ, opus eſt, oportet.

5. Ab ὀυκ & ὅλος eſt κόλος, mutilus, truncatus, & hinc κολόω, amputo, decurto.

6. Pari modo ab ὀυκαλέγειν, ex §.31. eſt Hiſp. *callar*, ideſt tacere, & Ital. *calere*, unde Gall. *chaloir*, ideſt curare, rationem alicujus habere.

7. Ab ὀυδεὶς, pro ὀυδὲ εἷς, nullus, eſt poët. ὁ δεὶς, τοῦ δεινὸς, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα. Quo ex caſu iterum formavere veteres δεῖνα, eoque utuntur, præfixo articulo, loco nominis ejus de quo ſermo eſt, it. quidam, neſcio quis, & ſic ſepe cum neminem certum nominare volunt. Chaldęi hinc dicunt *den*, ideſt ille, iſte, & *denah*, ideſt illa, iſta, illud, iſtud.

8. Latinorum *mentiri* non ineptè derivabis ab ὀυμέντοι, ideſt minimè verò.

9. Sic eorundem *nenum* ab ὀυμενοῦν, in §.26.

10. Ab ὀυδαμινὸν, quod nullius eſt pretij, contemtum, quod nullo habetur loco, eſt Lat. *damnum*, Ital. *danno*, Hiſp. *daño*, Gall. (à damnigeratio ſeu damnigerium) *danger*, & (à damniagium) *dommage*, Angl. *danger*, & *dammage*, Belg. *dangier*, id.

11. Ab ὀυδενόσωρος, ex §.32. fortè nomen habet *Nosora*, rubri maris inſula: Et (v quoque abjecto, tanquam ab ὀσοὸρ) *Osochor*, Ægypti rex quidam.

39. Hìc pręterire non poſſum, quin leviter tangam & alia etyma, in quibus ὀυ non

ἀρνη-

ἀρνητικόν, sed radicale similibus subijcitur mutationibus, quarum prima esto in *vo*, exempli gratiâ.

1. Οὖπις, Lat. *Upis*, ideſt Diana, apud Lacedæmonios, Voſſio eſt *Vopis*, & hinc dic. *Vopiſcus*, qui tanquam ejus Divæ favore vitalis permanſerit. Hujus nominis fuit Hiſtoricus quidam, qui de Imperatoribus ſcripſit. Corruptius dictus fuit *Vobiſcus* Iulius Tullus, Conſul Rom.

2. Οὐλὴ, cicatrix, ſeu nota vulneris ſanati, convertitur in *vola*, ob ſimilitudinem.

3. Οὐλόω, ad cicatricem perduco, originem præbet τῷ Lat. *volvo*, Ital. *volvere*, & *volgere*, Hiſp. *bolver*, Angl. *to vvallovv*, Belg. & Germ. *vvallen*, *vvellen*. Ab ejus frequentativo autem *volutare* eſt Ital. *voltare*, & *voltolare*, Hiſp. *bolcar*, Gall. *veaultrer*, hod. *veautrer*, Angl. *to vvelter*, Belg. *vvendtelen*, & *vventelen*, Germ. *vvaltzen*, & *vveltzen*.

Secunda in *va*, ut: Οὐλέω, pro quo in uſu eſt οὔλω, bene valeo, ſanus ſum, Lat. *valeo*, Ital. *valere*, Hiſp. *valer*, Gall. *valoir*. 40.

Tertia in *ve*, ut: Οὐλοφόνον (qſ. ὅλον φονευτικὸν, totum exitiale) chamæleontis herbæ ſpecies, viſcum profundens: Latinis *ulophonum*, unde per metath. obſoletum *velenum*, pòſt *venenum*, Ital. adhuc *veleno*, & *veneno*, Hiſp. *veneno*, & *beleño*, Gall. *venin*, Angl. *venom*, Belg. *fenyn*. 41.

Quarta in *vi*, ut: 1. Οὐτάω, vulnero, abit in Lat. *vitio*, unde *vitium*, Ital. *vizio*, Hiſp. *vicio*, Gall. *vice*: 42.

2. Οὖλος, pro ὀλοὸς, perniciosus, exitialis, noxius, eſt Lat. *vilis*, Ital. *vile*, Hiſp. & Gall. *vil*.

3. Ab οὖλος, criſpus, eſt ἴουλος, prima lanugo ex puberum genis effloreſcens, quæque hinc in avellana nuce dicitur *villus*, à quo quando ſumitur pro lana promiſſa, eſt Angl. *vvooll*, Belg. & Germ. *vvolle*, ideſt lana.

4. Οὐρὸς ſerum lactis & ſanguinis, fit Lat. *virus*. Et

5. Ab οὖρος, cuſtos, inſpector, Lat. *vir*: quemadmodum ab Ital. *Guardiano* fluit Hiſp. *guardo*, Gall. *gardien*, Angl. *vvarden*, & *vvard*, Belg. *vveerd*, Germ. *vvirth*, ideſt caupo. Ab ejus autem compos. οἰκουρὸς, ἡ, eſt Latin. *vxoris* (idque per metath. qſ. οὐκίορος, *vcioris*) & hinc *vxor*, ideſt domus cuſtos, quæ domi manet & res domeſticas curat, ut in epiſt. ad Tit. cap. 2. Pro homine ignavo aliàs ſumitur in adagiis Eraſmi ex Plutarcho.

Quinta in *vu*, & *bu* Latinorum, quando ſcilicet ab

1. Οὐλόπους, integer pedibus, fit Lat. *vulpes*, Ital. *volpe*, & corruptius *golpe*. Conf. *volgere* pro volvere. §. 39. 43.

2. Οὐρὰ, cauda, unde Lat. *bura*. Fuit & *Bura*, vel *Buris*, urbs Achaiæ ad ſinum Corinthium ſita, olim florentiſſima, nunc una cum Halice vicina urbe maris impetu hauſta.

Sexta in ευ Græcorum; & *o*, *au* Latinorum fiet, ſi mutaveris idem ὀρὰ in εὐρὴ, ideſt ferramentum axi in id affixum, ut ne à rota atteratur, unde quoque Lat. *ora*, ideſt cujuſvis rei extremitas, it. Germ. *ohr*, vel *oehr*, ideſt anſa. Ejuſque diminutivum eſt *auris*, Germ. itidem *ohr*, Belg. *oore*, Angl. *an ear*, Gall. *oreille*, Hiſp. *oreja*, Ital. *orecchia*, à Lat. *auricula*. *Aures* à Latinis iterum corruptè dictæ fuerunt *audes*, * unde *audio*, Ital. *odo*, *udire*, Hiſp. *oyr*, Gall. *ouir*, Angl. *to hear*, Belg. *hooren*, Germ. *hören*. 44.

* Sic à Lat. *ferio* Itali dicunt *fiedo*; à quæro, *chiedo*; à raro, *rado*, Hiſp. *raro*, *rado*, & *ralo*.

2. Οὐραγὸς, extremi agminis dux; Lat. *Uragus*, Plutonis ſive Ditis cognomen, quippe qui poſtremum humanæ fabulæ actum excipit, à Celtis efferebatur *Origis*, unde eorund. *Orix*, * de quo compoſita quædam adhuc ſuperſunt, ut:

(1) *Cingetorix*, cujus nominis apud Cæſ. invenies unum Cantij regem; & alium Trevirorum principem, idemque ſignificat, ac ſi dicas equitum, ſeu militum dux: *Cinget* enim eſt à Κυνηγέτης, ** venator, unde Angl. *Knight*, ideſt eques; Belg.

Belg. & Germ. *Knecht*, ideſt miles. Apud Flor. l.2. c.17. *Luſitanos Viriatus erexit, vir calliditatis acerrimæ: qui ex venatore latro, ex latrone ſubito dux atque imperator, & ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniæ Romulus, &c.*

(2) Totius tum temporis Galliæ rex erat Celtilli filius *Ver-Cinget-Orix*, ubi *Ver* originem ducit ex Græco ἱερὸς, ideſt ſacer & ſanctus, unde Lat. *verus*, quod antiquitus triſyllabicè legebatur *uërus*, unde *Vrius* Alemannorum Rex apud Ammian. Marcell. it. *oor* Belgarum, & *ur* Germanorum in *urſach*, *urkund*, de quibus s. l. Epitomator Livij lib. 137. ita claudit: *Sacerdote creato C. Iulio Vercondari dubio Æduo.* Idem hic Tacito Annal. 3. c.40. vocatur *Iulius Sacrovir* *** *Æduus*; ex quibus patet pro *Vercondari* legendum eſſe *Vercontori*, & emendatius *Ver-cynget-orig-Vbio*, vel *Dubio*, quod & aliis nominibus t. t. adjici ſolebat, ut: *Dubius Avitus*, apud eund. it. *Mandubij*, & *Veromandubij*, corruptè *Veromandui* apud Cæſ. vulgò *Vermandois*. Similes enim literarum permutationes crebræ ſunt in nominibus barbaris, animique pendeo; annon rectius legatur *Viridorix*, Unellorum dux, quam *Viridovix* in Cæſ. comment. lib. 3. de Bello Gall.

(3) Idem dignitatis nomen. *Vër-Kinget-Orix* ab Helvetijs contractum fuit in *Orgetorix*, à cujus conjuratione incipiunt Commentarij de Bello Gallico à Cæſare deſcripti. Nec abſimilem contractionem patitur *Conet-Odunus*, Carnutum dux, ibid. in principio lib. 7. pro Κυνηγετ-εὔθυνος (juxta §. 61.) director, corrector. Sic dicebantur magiſtratus, qui aliorum magiſtratuum cenſores erant, & rationem adminiſtrationis ab iis exigebant. Ita ab Hyrcaniæ urbe, vel à Colchidis gente *Sale*, & εὔθυνος, erit *Saladinus*, Turcarum quondam Imperator.

(4) Si à *Dumna*, Britanniæ inſula, ut videtur, nomen habuere *Dumnacus*, Andium dux; & *Dumnorix*, Æduorum princeps: probabile manet, quod & à *Maleos*, ex Ebudibus inſulis una, nomen traxerit *Malcolmus*, Scotiæ rex; & *Malorix*, Friſiorum dux, apud Tac.

(5) Ab *Ambianis*, & *Ambivaritis*, it. *Boijs*, *Eporediſque* populis, de quibus infra, vocabantur *Ambigatus*, Celtarum rex; & *Ambiorix*, Eburonum dux, it. *Bojorix*, apud Flor. Cimbrorum rex: nec non *Eporedorix*, alius Æduorum princeps. Plura hujus terminationis nomina invenies paſſim apud Hiſtoricos.

(6) Sic à *Bitorige*, & *Catorige*, Bitorum & Cattorum ducibus nomen retinuere populi *Caturiges*, hod. *Chorges*: Et *Bituriges*, quorum urbs *Bourges*; regio verò vocatur *Berry*, quam poſtea incoluere *Vbij*, eorumque coloni *Vbiſci*, corruptè *Cubi* dicti & *Vibiſci*, de quibus plura in ſeqq.

* *Orix* quando locum Arcadiæ ad Ladonem fluvium ſignificat, eſt ab ὁρικὸς, ideſt finitivus, & terminalis, unde & *Oricos* & *Oricum* Epiri urbs maritima.

** Vox hæc Κυνηγέτης variè à veteribus depravata eſt; nam pro *Cynegeta* quidam dicebant *Cingeta*, alii *Cingenta*, ut apud Flor. in *Vercingentorix*; alii *Congenta*, unde apud eund. *Congentiatus*, Bituiti Arvernorum regis filius. Germani à Κυνηγέτις, ideſt venatrix, fecere prænomen *Cunegundis*, quo D. Henrici II. Imperatoris conjux claruit. Sic à Κυνηγέτης ἀληθινὸς, ideſt verus germanuſque venator, nil fictitium habens, facile per metath. eruetur *Convict-Olitanes*, alius Æduorum princeps apud Cæſ.

Cyngetorigis tandem oppidum ab Hiſpanis apud Appianum vocatur *Cuniſtorgis*, al. *Anitorgis*.

*** Fit etiam apud Cæſ. lib. 3. de Bello Civ. mentio *Sacrativiri*, equitis Romani.

45. Ὀυ & ἀυ primam vocalem aliquando amittunt, ut: 1. Οὖας, ατος, τὰ, auris, unde Lat. *vas*, *vaſis*, Ital. *vaſo*, *vaſello*, Hiſp. *vaſo*, *vaſija*, Gall. *vaſe*, *vaiſſelle*, Angl. *vat*, *fat* & *veſſel*, Belg. *vat*, Germ. *faſſ*, & *gefaes*.

2. Ita Latinorum *flo* duco ab ἀυλῶ, pro ἀυλέω, tibia cano.

46. Ὀυ, *u*, *vi*, & *va* abjiciuntur in ſequentibus, ut: 1. Ὀυρίαχος, ferrum, quo ima haſtilis pars, crucis in modum præfixa eſt, unde nobis ῥάχος, ὁ, ſpinoſus palus, Germ.

Germ. *rechen*, Cujus derivata sunt:

Ῥάχις, εως, ἡ, spina dorsi, quæ & absolutè spina dicitur; Et

Ῥάχος, εος, τὸ, avulsa quædam pars ex dorso.

2. LIA, Patriarchæ Iacobi conjux, derivari potest ab ὑλία, ἡ, epith. Dianæ, ab ὕλιος, salutifer. Sic quoque appellatus fuit Apollo, ceu genius præstans salubribus causis, i. sanitatis auctor.

3. A Genitivo ὕδατος, cujus origo inferius enucleabitur, est Hebr. DAD, per antistœchon SCHAD, & corruptius SCHOD, id est, uber, mamma, & Græc. ὕθαρ, τὸ, idem.

4. Huc quoque facit Hebr. LO, pro ὑλοόν, ex §.27.

5. A cujus cognato ὕλιμος, perniciosus, exitialis, noxius, sunt quoque Græc. λιμὸς, fames; & λοιμὸς, pestis.

6. Ab ὑλόθριξ, sive à minus corrupto ἀελλόθριξ, densos habens pilos; vel habens capillos variè intortos & crispatos (ρ ejecto, quod sæpe fit) est Lat. *lodix*, Gall. *lodier*, seu *loudier*.

7. *Lupulus* est ab ὀυλόφυλλος, crispa folia habens, Ital. *lupolo*, Hisp. *lupulo*, it. *boblon*, Gall. *houbelon*, & *houblon*, Angl. à *hop*, *hops*, & *hoppes*, Belg. *hoppe*, Germ. *hopfen*.

8. Ab *uvesco*, i. humorem contraho, est Lat. *vescor*, & *vescus*.

9. *Vaspina* Itali dicunt pro *uva spina*.

10. *Vizzo*, & apud Ferr. *guitto*, Italis idem sunt quod Lat. *uvidus*, Angl. *vvet*, Germ. *vvette*, pro aquario, quo jumenta aquatum aguntur: Ita in Matth. Schenckij nomenclatore pag. 187. Sic à Gall. *quitte*, & *faire quitte*, ex Ital. *quieto*, est Angl. *quit*, & Germ. *vvett*, in *vvett machen*, quando signif. par pari referre.

11. Italorum *ranno*, i. lixivium, est ὑράνιον sc. ὕδωρ. Ὀυράνια ὕδατα.

12. *Rilla* apud Duez. iidem dicunt pro *virilia*. Chymicis exinde dicitur *Rillus*, instrumentum, in quod metalla liquefacta infunduntur in formas oblongas.

13. Sic *telum vibrandum* iisdem abiit in *brando*, hodieque pro ense sumitur.

14. Ptolemæi *Valeria* Colonia, Corsicæ insulæ urbs, Plinio dicitur *Aleria*, Pineto *Leria*.

In *va*, *ve*, *vi*, *vo*, & *o* mutantur quoque αυ, αε, & αει, ut hic videre licet: 47.

1. Ab ἀυλὸς est Lat. *vallis*, Ital. & Hisp. *valle*, Gall. *val*.

2. Ab ἀυλὴ eorundem *villa*, & (quod recentius apud Lat. introductum censeo) *aula*.

3. *Visurgis*, Straboni *Bisyrgis*, Germaniæ fluvius, qui accolis *Weser*, nomen hausit ab ἀείσυρος, semper trahens, vel qui sese semper trahit, sc. in incessu.

4. *Vigisonus*, aliis *Vogisonus*, seu *Vogisolus*, & *Togisolus*, lacus est in agro Patavino, sic dictus pro *Ægisonus*.

5. *Venti* etymon est ἄεντος, ab ἀεὶς, ex ἄημι, verbi ἄω, flo, spiro.

6. Sic *olla* factum videmus ab *aula*; &

7. *Orata*, Gall. *orade*, ab *aurata*. Voss. in audio.

8. Nec non ab *aura*, Ital. *orezza*, & *orezzo*, i. ventulus, & per aph. *rezzo*, i. umbra, it. apud Ferr. blandum frigus & opacum.

9. *Oda* ab ἀυδὴ, vox, oratio, sermo.

10. Ignaviæ comes *otium*, ex sententia Comenij, nihil nisi temporis perditor, sanitatis destructor, corporis & animi tabes, vivi hominis sepultura, Satanæque (ut Ambrosius dixit) pulvinar, contractum est ex Lat. *vitium*, quod olim quadrisyllabicè efferebatur: *uitium*. Conf. *vitio* ab ἐτάω ex §. 42.

CAPUT VI.

48. FAcilitatem, felicitatemque denotans particula εὖ.
in compoſitione multò majorem, quam antecedens habet uſum, cujuſque varias mutationes diſce ex ſequentibus.

49. Prima ipſius converſio fit in *ve*, ut: 1. Ab εὔδιος, ſerenus, tranquillus, prænomen habuit *Vedius Pollio*, eques Romanus, ex amicis Auguſti.

2. Ἔυεδρος, cui facile inſidetur, per metaph. abit in Lat. *veredus*: dicitur enim apud Xenoph. ἔυεδρος ἵππος.

3. *Vertagus* per eand. fig. fit ab εὔτροχος, bene currens, celer, velox, agilis. A *vertago* eſt Ital. *veltro*, Gall. *vaultre*.

4. *Vermis* pari modo eſt ab εὔδρομος, qui bene currit, celer; & exinde Ital. *vermo*, & *verme*, Hiſp. *verme*, Gall. *ver*, Angl. & Belg. *vvorm*, Germ. *vvurm*, id.

5. Ab εὔπρηςος, facilis accenſu, uſtuque, it. inflatu facilis, eſt Lat. *verbuſtus*, unde *caro verbuſta*, apud Plaut. & *ſubverbuſtus*, ex Tertulliano apud Dom. Magri in Notit. Voc. Eccl.

6. Ab εὔπρακτον, factu facile, eſt Lat. *vervactum*, & hinc Ital. *vegro*, i. ager incultus.

7. Ab εὔτριχος, pro quo conciſius dicitur ἔυθριξ, ὁ, ἡ, bonos pilos habens, bene capillatus, eſt Lat. *verticis*, unde *vertex*, & ἰδικῶς de flexu capillorum in ſumma capitis parte dicitur; Italis hinc *vertice*, *verta*, & (r ejecto) Hiſp. *veta*, Belg. *vvette*, ſeu *vvaete*, i. acies cultri, unde *vvetten*, Angl. *to vvhet*, Germ. *vvetzen*, i. acuere. Eſt præterea à *vertice* Angl. à *vvedge*, i. cuneus, unde Belg. *vveggbe*, *vviggbe*, & Germ. *vvecke*, *vveck*, panis in cunei formam factus; & *zvveck*, i. ſcopus.

8. Ab εὐτρεπὴς, bene verſatus ad opus aliquod, paratus, &c. eſt tanquam ab εὐτροπὴ, Lat. *vertebra*, unde Ital. *bertovello*.

9. Ab εὔτρητος, bene & eleganter perforatus, eſt Lat. *veretrum*.

10. *Velox* eſt à *velocis*, hoc autem ab ἔυλευκοι, ſumto vocab. pro ἀργὸς, albus, it. celer. Eodem nempe modo, quo & ξανθὸς, flavus & rufus exponitur, atque etiamnum celer.

11. *Vegeo* (ſi diverſum à *vigeo*, quod proximè ſequitur) erit ab εὐγηθέω, vel εὐγαίω, unde εὐγήθητος, delectabilis, jucundus, Lat. *vegetus*, & h. apud Rom. prænomen *Vegetius*, nec non *vegeto*, verbum; & *Vegeti*, Aſiæ populi.

12. Ab εὔνοια, benevolentia, eſt Lat. *venia*; ab εὐνοέω autem, ideſt ſum benevolus, benevolentiâ proſequor, Lat. *venio*, Ital. *venire*, Hiſp. & Gall. *venir*.

13. Ab εὐνέτης, ου, ὁ, concubitor, ſeu maritus, provenerunt in Paphlagonia populi Heneti, qui in Italia dicti *Veneti*, Sarmatis & Illyriis pòſt *Venedi*, corruptius *Vendi*, & *Vindi* (Vindi ad Oceanum abiere in *Vindocinum*, vulgò *Vendoſme*: Vindi verò ad Lycum dicti fuere *Vindelici*) Hiſp. *Vandali*, Celtis *Veneli*, * & apud Cæſ. *Vnelli*, Gallis *Vennes*, & *Vannes*, Germanis & cæteris Septentrionalibus W*enden*, & *Vandalen*.

* *Veneli* cum *Hunnis*, & *Cattis*, ſive *Caſſis*, de quibus paulò inferius, conjuncti, contrahuntur in *Vellauni*, ſeu *Velauni*, vulgò *Velay*. it. *Vellocaſſi*, ſeu *Bellocaſſi*, vulgò *Bayeux*, pro quibus alii *Velocaſſes*, ſeu *Verocaſſes* habent.

14. Ab εὐσεβὴς, pius, religioſus, qui probè colit & veneratur Deum, non ſolùm eſt *Euſebius*, quô nomine in utraque hiſtoria magni viri claruêre; & *Euſebia*, Cappadociæ civitas: Sed & *Veſebius* (quod lego in C. Plinij vita ex Suetonij libro de viris illuſtr.) vulgò *Veſevus*, & *Veſuvius*, corruptius *Vesbius*, *Bosbius*, *Lesbius* & *Veſuſius*, Campaniæ mons ignivomus.

50. Quomodo εὖ græcis; ita *ve* latinis olim adjici conſvevit vocibus, ut:

Vepal-

Vepallidus, pro valde pallidus. *Vegrandis*, pro valde grandis. Idem vid. & §.34.

Eandem mutationem subit quoque ἐυ in vocibus nostrâ particulâ non compositis, ut: *Vecelus*, seu *Vecelius* (Nobilis in Italia familiæ cognomen, cujus splendorem valde auxit *Titianus Vecelius*, pictor insignis) est Græc. ἔυκηλος, quod Æol. dicitur pro ἕκηλος, * quietus, mitis, lenis, pacificus. 51.

* Sic *Hesychio* nomen est ab ἡσύχιος, i. quietus, quiete fruens; Item sedatus, placidus, interdum & tranquillus, it. tacitus.

Secunda mutatio fit in *va*, & *vo*, ut: 1. Ἐυκεραία, antenna, sicut κέρας, κέραια, & ἰσοκεραία rectius autem eo indigitatur Lat. & Ital. *vacerra*. 52.

2. *Vomer*, & *vomis* sunt à *vomeris*, hoc autem ab ἐυμαρὴς, manibus facile tractabilis.

3. *Voberta* (corruptius *Voberga*, seu *Voberca*, hod. *Bobierca*) villa est juxta Bilbilim, Hispaniæ urbem, & Salonem amnem, umbris arborum & frigiditate scaturientium fontium amœnissima, nomenque habet ab *vbertate*; * *Vber* autem est ab ἔυφορος, de quo in seqq.

* Sic à *paupertate* Itali quoque dicunt *povertà*, Hisp. *pobreza*, Gall. *pauvretè*, Angl. *poverty*.

Tertia in *vi*, ut: 1. Ab ἐυθὺς, rectus, i. non obliquus, nec tortuosus, est Plinij *Vitis*, Flaminiæ fluvius juxta Ravennam, qui idcirco ab Italis etiam *aquedotto* dicitur. 53.

2. Ab ἔυθηλος, mammosus, vel bene distentas mammas habens, non solùm est Lat. *vitulus*, Ital. *vitello*, Gall. *veau*; sed & ex eo corruptum *vidulus*, Belg. *buydel*, Germ. *beutel*. Ἐυθηλοι βόες, apud Eurip. Et de vitula Maro eclog. 3. canit.

—— *Binos alit ubere fœtus*.

3. *Vitelliorum* verò nomen ducam ab ἐυτελὴς, felix in functione sua, it. frugalis, parcus; sæpe etiam expon. vilis, it. gracilis.

4. Ab obsol. ἐυέχω, vel ἐυχέω, unde adhuc ἔυεξος, &c. corpore sum bene habito, bona corporis habitudine sum præditus, est Lat. *vigeo*: quemadmodum ab ἀχέω, pro ἀέχω (vnde adhuc ἄχην, vel ἀχὴν, pauper, nihil habens) doleo, ægrè fero, est Lat. *egeo*.

5. Ab ἐυροέω, bene fluo, facilem cursum habeo, & metaph. feliciter ago, prospera utor fortuna, est Lat. *vireo*.

6. Ab ἔυτερπος, pro quo usitatius dicitur ἐυτερπὴς, aptus ad delectandum, vi delectandi præditus, est ἐυτέρπη, Lat. *Euterpe*, una Musarum, quæ tibias invenit: atque etiam *Viterbum*, hod. *Viterbo*, Thusciæ oppidum amœnissimum.

7. Ab ἔυτροφος, qui bene altus & nutritus est, ideoque pinguis, plenus, it. activè, bene nutriens, copiosum subministrans alimentum, erit Lat. *Vitruvius*, celebris Veronensium olim architectus.

8. Ab ἐυφραδὴς, clarus, manifestus, est apud Belgas usitatum prænomen *Vibrandus*, in Lipsij Epist. p. m. 874. Cui simile est Germ. *vigandus* à *vegetus*, ex §. 49. nisi malis ex Belg. *vvyghant*, seu *vviegant*, quod Kilianus reddit Lat. *gigas*, à *gigantis* ex Græc. γηγενέτης, è terra ortus, seu natus, unde Ital. *gigante*, Hisp. *gigante*, & corruptius *jayan*, Gall. *geant*, Angl. *giant*. Ab ejus cognato γηγενὴς est *Ganges*, Indorum rex, unde post Regiæ nomen *Gange*, *ges*; fluvio autem *Ganges*, *gis* & *gangetis*. Gigantum * arvum tandem dixerim coaluisse in *Gandavum*, Flandriæ &, ut volunt, totius pene orbis metropolim, inter urbes miraculum, Ital. *i Ganti*, Gall. *Gand*, Angl. *Gandt*, Belg. *Ghendt*, Germ. *Gent*: Sicut *Arva Sauromatum* apud Ausonium quidam interpretatur *Hundsruck* (qs. dicas Hunnorum refugium) circa Mosellam tractus.

* *Albion* scil. & *Belgion* Neptuni filij ab Hercule interfecti, quos ante Troum adventum Britanniam ferunt tenuisse.

9. Ab ἐυπάθεια, sive ἐυπαθία, felicitas, est Lat. *Vilidia*, nec non *Vibidius* ab ἐυπαθὴς apud Tac.

10. Ab

10. Ab εὔβουλος, unde consuetum apud Veteres nomen *Eubulus*, cujus bonum est consilium, seu felix, it. consultus, prudens, cognominatus est Romanorum *Vibullius* Prætor: Apud Germanos autem *Vibilius*, Hermundurorum dux.

11. Sic Ἔυβιος, bene & commodè vivens (cujus nominis fuit *Eubius*, scriptor quidam, apud Ovid.) fit Rom. prænomen *Vibius*, & per epenth. *Virbius*, quod nominis sibi assumsit Hippolytus apud Ovid. 15. Metamorph.

——————— *Quique fuisti*
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.

12. Ita εὔδιος, serenus, tranquillus, non solùm abijt in *Vidius*, unde *Vuidius Quadratus*, & hinc *Ovidius Naso* apud Rom. Sed & *Virdius*, cujus fit mentio apud Tac.

13. Per eand. fig. ab εὐθύτης, ἡ, q. d. rectitudo, it. æquitas, justitia, patefiet genitivus Lat. *virtutis*, unde *virtus*, * Ital. *virtù*, Hisp. *virtud*, Gall. *vertu*, Angl. *virtue*, & *vertue*; quæ apud Romanos pro Dea colebatur. Cujus quidem epentheseως causam autumo fuisse, quod alij confuderint εὐθύτης cum ὀρθότης, quod etiamnum rectitudinem significat.

* Similem epenth. agnoscunt Græci, Latini, Itali & alij in

(1) *Ordior* ab ὁδόω, duco, præeo. Nî magis arrideat ὀροθύω, pro quo in usu ὀροθύνω, excitor, surgo, me erigo, it. concito, incito, commoveo. Vel ab ὀρθόω, rectum facio, it. dirigo, erigo.

(2) *Mordeor* ex αἱμωδέω, i. dolorem sentio ex dentibus sanguinolentis: vel si mavis à κωμωδέω, *mordeo*, seu mordacibus dictis incesso.

(3) A τίτυρος, avis ea, quæ & ὁ τιτύρας vocatur, est Hebr. TVR, Lat. *turturis*, & exinde *turtur*, Ital. *tortore*, *tortola*, & *tortorella*, Hisp. *tortola*, & *tortorilla*, Gall. *tourterelle*, Angl. *a turtle-dove*, Belg. *een tortel-duyve*, Germ. *eine turtel-taube*.

(4) Ἵππος & animal quadrupes notat, & oculorum affectum, unde Lat. *hirpus*, & *irpus*, i. lupus, unde *Irpini*, seu *Hirpini* populi ad Soracten montem. it. *hirquus*, & *hircus*; ab hoc est Ital. *hirco*, i. caper, Angl. *à hart*, Belg. *hert*, Germ. *hirsch*, i. cervus: ab illo autem Ital. *bircio*, & *quercio*, Hisp. *visco*.

(5) Σπαρνὸς Græci dicunt pro σπανὸς, rarus, infrequens, paucus; Et

(6) Ἀφόρδιον pro ἀφόδιον, excrementum, stercus.

(7) Πέρδω dicitur pro obsol. πέδω, quod per metath. formatur ex βδέω, vnde Lat. *pedo*, & h. *peditum*, Ital. *petto*, apud Polit. in voce, loffa & correggia. Hisp. *pedo*, Gall. *pet*. A πέρδω autem Græc. πορδὴ, Angl. *fart*, Belg. *vort*, & *vert*, Germ. *fortz*, & *furtz*, apud Dasypod.

(8) *Proserpina* fit à περσεφόνη, quæ cædibus omnia vastat.

(9) *Curvus* factum est à κυφὸς, incurvus, gibbosus. Nisi malis ab Æol. ῥυφὸς, incurvus, unde Lat. *urvum*, i. aratri curvatura.

(10) *Aplustrum* est Græc. ἄφλαστον, summa puppis pars, it. συνίδιον κατὰ τὴν πρῶραν, quod Latini *aplustre* vocant.

(11) Pro *regestum*, quod videsis apud Dominicum Magri, recentiores dicunt *registrum*, Itali & Hisp. *registro*, Gall. *registre*, Angl. Belg. & Germ. *register*. Conf. *veretrum*, & *vertebra* ex §. 49.

Item pro *culcita* dic. *culcitra*, unde Ital. *coltrice*, *coltre*, Hisp. *colcedra*, *colcha*, *colchon*, Gall. *coutre*, *coutis*, & *coutil*, Angl. *a quilt*, Belg. *culet*, & *Kulckt*, Germ. *golter*, & *Kotz* apud Schottel.

Sic *antrorsum* Latini dicunt pro *anteversum*.

(12) Itali *scheletro* dicunt à σκελετὸν sc. σῶμα, i. cadaver hominis aridum, & exsiccatum.

Brembola à βομβύλη, poculi genus, it. vas angustioris colli.

Sic *genista* Latinorum abit in Ital. *ginestra*, Hisp. *ginesta*, & *hiniesta*, Gall. *geneste*,

geneste , & *genest* , Belg. *ghenst* , Germ. *ginst* , & *ginster* .

Item *Ginevra* pro *Geneva* , urbis nomen , Gall. *Geneve* , Germ. *Genff* .

Mandorla pro *mandola* à Lat. *amygdalum* , *amygdala* , Hisp. *almendra* , Gall. *amande* , Angl. *an almond* , Belg. *amandele* , Germ. *mandel* , & *mandelkern* .

Sic *mentre* , & *valentre* , pro *mediante* , & *valente* .

Item *parpaglio* pro *papilio* : unde fortean monetæ species antiqua apud Venetos & Insubres *Parpaiuola* fuit dicta ; cujus etymon Rob. Cenalis in lib. de rat. mensurar. ac pond. p. 66. ponit , quasi dixeris ad solvendum , hoc est , *pour pagar* .

Arlichino , sive *Arlecchino* (Franciosini in Vocabol. Hispan. in voce Pantomimo) vulgatum scenici Sannionis nomen dic. pro *Alichino* , i. ad luxuriam incitans dæmon , apud Duez.

(13) *Forteresse* , & *tresor* dicunt Galli ab Ital. *fortezza* & *tesoro* .

Item *Langrouste* pro *langouste* ab Hisp. *langosta* , ex Ital. *locusta* , qui & *locustra* dicunt apud Duez. à Lat. *locusta* . Sic

Liard , i. teruncius , à *liliato* sc. nummo cui lilia impressa , apud Ferrar.

Quarta in *iu* , ut : 1. Ἔυδικος , probus & justus , unde ἐυδικία , bonum jus , seu judicium sincerum ; verum est etymon Lat. *judicis* , quod postea contractum fuit in *judex* , Ital. *giudice* , Hisp. *juez* , Gall. *juge* , Angl. *judge* , (sicut *wedge* à *vertice* §. 49.) Belg. *schoud* , i. prætor . Conf. quæ ad §. 35. 54.

2. Ab ἔυδοκος pro ἔυδοξος , celeber , clarus , illustris , est *Iudocus* , Britonum regis filius , apud Volat.

3. Ab ἔυβȣλος , quod vid. §. anteced. nomen habuit Hermundurorum rex *Iubillius* apud Tac. Nec non Hebr. IVBAL : quomodo & frater ejus TVBAL à βαθύβȣλος , profundi consilij , prudentissimus ; unde per eand. fig. Latinorum poëta *Tibullus* : imò *Tubal* ille Tibarenorum conditor , à quo Hispani suæ gentis originem arcessunt .

4. A modò in §. anteced. dicto ἐυθύτης , ἡ , i. recta forma , habemus etiamnum Hebr. IVDITH .

5. Ἐυθύῤῥινος , pro quo usitatius dic. ἐυθύῤῥιν , & ἐυθύῤῥις , qui recto est naso , * habens nasum justæ proportionis , facit in fæm. ἐυθυῤῥίνη , unde nuncupata fuit Lat. *Iuturna* , quæ Dauni filia , & Turni Rutulorum regis erat soror .

* *Nasus est faciei* (ex Galeni sententia) *maximum ornamentum* , *& ipsius carentia faciem maximè dehonestat* . Lepidus extat hac de re libellus Ludovici Gandini , ubi rationes adducuntur , cur Petrarca amatissimam suam Lauram ob ipsius nasi elegantiam expressè non laudaverit .

6. *Vegrandis* , quæ vox basilicis olim adjiciebatur nucibus , denuò mutata , scriptaque fuit *juglandis* , * unde nobis *juglans* , & per aph. *glans* , Ital. *ghianda* , Hisp. *lande* , & *landre* , Gall. *gland* & *glan* : quæ quod Iovis cibus fuerit , equidem negare non ausim , sed ideò candentibus juglandium putaminibus , quæ veterum falsâ etymologiâ deceptorum fuit dementia , neque barbam mihi aduram , neque capillum .

* R in L mutatur etiam in *arbore* , unde Ital. *albero* , it. in horum *barbiere* , unde Germ. *balbierer* .

Eâdem figurâ laborant & aliæ voces , ut : 1. *Iuverna* , quo nomine Hybernia olim vocabatur , corruptum fuit ex *Hyberna* * sc. castra . 55.

* Sic *Vetera* sc. castra Germani corruperunt in *Pfettern* . Castra autem *Batava* abiere in *Patavia* , pòst *Passavia* , hod. *Passaw* .

2. *Iupanus* (in Princ. Phil. n. p. 107.) ab ὁ πάνυ , id est , κράτιςος , insignis , in ordine suo excellentissimus ; quod dignitatis nomen , referente Dominico Magri in Not. V. E. olim conferebatur in regno Serviæ Principi secundo-genito filio regis . Unde est , quod hodie in Hungaria & Croatia *Banni* , i. e. οἱ πάνυ , vocentur ejusdem regni magnates . Ex Rhod. lib. 5. c. 17. refert Car. Steph. *Banna* apud Italiotas regem dici aut maximum magistratum ; apud Bœotios autem mulierem .

3. *Iucata*, sive *Iucatan*, Novæ Hispaniæ provincia, corruptè nobis sic vocatur ab οἰκητὴ, i. habitata, seu habitabilis sc. γῆ, i. terra, regio, patria. Videsis Horn. Orb. Pol. p. m. 88. Exinde quoque videtur esse Hebr. IUCADAM, civitas in tribu Iuda, Ios. 15. Nec non eorund. IOCKTAN, ab οἰκητὴς, i. habitator, incola.

4. *Iuvenatium*, & corruptius *Nazzo*, vocatur hodie Apuliæ oppidum, quod olim *Egnatia*.

56. Quinta in *io*, ut: 1. Ἔυσοος, qui tutò servatur, & incolumis evadit, facit ἔυσοια, i. robur, virium potentia, unde Hebr. IOSUA. Quorum

2. IOSEPH eodem modo fit ab ευσεβὴς, pius; (§. 49. 14.) vel ab ejus cognato ἐυσεπτος, i. venerabilis, it. venerandus, augustus: unde fortean Iudaicarum antiquitatum scriptor maluit audire & scribere Ἰώσηπος, quam Ἰώσηφος, referente Vossio in Tract. de Lit. Permut. p. 15.

3. *Iocchus* rex apud Tac. nobis est ab ἴακχος, ex ἔυηχος, bonam vocem habens.

4. *Iodocus* idem est cum *Iudocus*, quod vid. §. 54.

57. Sexta in *ia*, ut: 1. Ἔυπυγος, cui bonæ & pulchræ nates sunt, contrahitur in ἴαπυξ, υγος, ὁ, Lat. *Iapyx*, Dædali filius, it. ventus ab occasu spirans; unde per aph. Gall. *bise*, Germ. *der Beiswind*, apud Dasypod. it. *der Byser*, in Calep. in voc. aquilo.

2. Ἔυοσμος, bene olens, fragrans, convertitur in ἴασμος, unde ἰάσμη, Lat. *jasme*, *jasminum*, Ital. *gelsomino*, Hisp. *jazmin*, Gall. *jasmin* & *jessemin*, Angl. *jesmin*, Germ. *schasminblumen*.

3. Ab ἔυψιας, bella roris gutta, stilla minuta & exilis, est ἴασπις, Hebr. IASCHPHÆH, Lat. *jaspis*, Ital. *jaspide*, Hisp. & Gall. *jaspe*, Angl. *jasper-stone*. Eandem Itali quoque appellitant *diaspro*, Hisp. *diaspero*, Belgæ & Germani verò plerunque latinè illam efferunt, *jaspis*: quamvis etiam sint, qui dicant *jasp*, & *jaspen*. Est & oppidum hujus nominis, quod vulgò *Aspe* dicitur.

4. *Iapodes*, qui describuntur populus Celticus prope Illyriam, hodie Carni dicti, nobis sunt ἔυποδες, i. bonis pedibus prædíti, seu validis & solidis: à cujus sing. ἔυπυς est *Iapis*, *idis*, nobilis Ætolus, unde *Iapidæ*, & *Iapidia*.

5. Ἰαπετος, Lat. *Iapetus*, gigas, cœli & terræ filius, vel est ab ἐυπετὴς, qui bene cecidit: vel à Dor. γαπετὴς, pro γηπετὴς, in terram delapsus, seu in terram cadens.

6. Ab ἐυμήκης, εος, ὁ, ἡ, bene sive valde longus, aut longa, nomen habere videtur *Iamaica*, una ex Insulis Americanis. Item Hebr. HEMÆK, i. vallis. *Eumeces* etiam vocatur Plinio balsami genus levi cortice, ita dictum, quod cæteris sit procerius.

7. Ab ἐυθὺς, rectus, erit Hebræorum Pontificis nomen IADDUS.

58. Septima in *ov*, ut: 1. Ἔυρινος, bene corio tectus, seu munitus, abit in ὀρανὸς, Dor. ὠρανὸς, palatum, it. cœlum, it. mundus. Hispanis *mundo* aliquando sumitur pro facie, unde Germ. *mund*, i. os, oris. Aliàs ὀυρανοὶ à Persis dicebantur regia tabernacula; sicut *cœlum* etiam dic. de capitis calva seu cranio: Et apud Italos, Gallos & Germanos de lecti umbella, & de furni summitate.

2. Ab ἔυροος, bene fluens, facilem cursum habens, pro quo dic. ἐυρὼς, & dialysi ἐύῤῥοος, est ὄρος, ventus secundus, it. prosper successus, it. metaph. prospera fortuna. Ex hujus, vel ex ὄρυ, i. viri, §. 42. cum καύχη, i. gloria, * copulatione, nullo negotio indagabitur, unde sit VIRACOCCHA, qui vel quæ ab Americanis colitur.

* Apostolus Paulus 1. Corinth. 11. docet, quod vir non debeat velare caput, cum is imago sit, ac gloria Dei; at mulier, *gloria viri*.

3. Sic ἔυπορος, cujus meatus bene aperti sunt, contrahitur in ὀρὸς, i. alveus, seu fossa, per quam deducitur navis in mare.

59. Octava in *u*, ut: 1. *Uranus*, Saturni pater, ab ὀυρανὸς, quâ Cœlum notat, ex §. anteced. unde & *Urania*, una Musarum, Jovis & Mnemosynes filia.

2. Jam dictum ἔυπορος, cujus meatus bene aperti sunt, it. abundans, copiam alicujus

cujus rei habens, dat Lat. *uberis*, & *uber*, Hisp. *ubre*, quando substantivè de mammis dicitur, ut: *ubera mammarum*.

3. *Vber* autem adjectivum, quando idem est, quod fœcundus, aut pinguis, ut: *uberes terræ*, est ab εὔφορος, i. ferax, fertilis. vid. §. 52.

4. *Vbij* olim populi ad Rheni ripam, quorum adhuc extat pagus *Vbich*, nomen sunt adepti à modò dicto εὔβιος, §. 53. qui Cattis & Cassis conjuncti vel mixti vocabantur *Caubi*, quorum oppidum *Caub* etiamnum ad Rheni ripam; & *Cassubi*, * Pomeraniæ populi.

* Sic *Leuci-vbij*, conjunctim *Lexubij*, al. *Lexovij*, nunc dierum Gallis dicuntur *Lisieux*. Item *Geldubij*, qs. Gelidi Ubij, quorum castellum Rheno impositum *Gelduba*, seu *Geldubia*, unde Nob. in Belgio fam. *Geldhoff* adhuc floret. Item *Marchubij*, qui aliis (r in l converso, ut §. 54.) *Malchubij*, Africæ populi. Item *Marrubij*, Italiæ populi, quorum urbs *Marrubium*, vulgò *Marno*. Item *Hamaxobij*, ita dicti vel à Bithyniæ regione *Hamaxa*; vel quia pro sedibus plaustra habebant. it. *Setubij*, unde *Setubia*, hod. *Sepulveda*, Hispanorum urbs: Nec non *Setuvij* Galliæ populi apud Cæsarem.

5. *Vbidia* aliis audit, quæ apud Tac. *Vibidia* vocatur, §. 53.

6. Ab εὐλείμος, pratis ornatus, non solùm est Lat. *ulmus*, Ital. *olmo*, Hisp. *olmo*, & *olnillo*, Gall. *orme*, *olmeau*, & *ulmeau*, Angl. *an elm-tree*, Belg. *eenen Olm-boom*, Germ. *ein Vlmenbaum*. * Sed & *Vlma*, sc. urbs, quæ insignis Sueviæ civitas, aliis Alcimoennis dicta.

* Pari modo fit ab ἄλινος, pro ἅλιμος, marinus, seu maritimus, Hebr. ILAN, i. arbor, & Lat. *alnus*, unde *alno*, *ulno*, *ontano*, & Senens. *antano*, Hisp. *alamo*, & *halamo*, Gall. *l'aulne*, Angl. *an Alder*, sive *eldertree*, Belg. *eenen else*, *elst*, & *elsenboom*, Germ. *eine erle*.

(2) Ab ὄρειvος, montanus, est Hebr. ORÆN, & quod idem Lat. *ornus*, Ital. *orno*, *ornello*, it. *ornio*, *orniello*, & *ornitello*, Gall. *orgnier*, & *orne*, Florent. *avornio*, & *avorniello*, unde Belg. *aborn*, *aenhorn*, & *aendooren-boom*, Germ. *aborn*, & *anhorn*, i. platanus.

7. Ab εὐλιπής, valde pinguis, præpinguis, erit Lat. *ulpha*, i. ager pascuus, & h. *ulva*, palustris herbæ genus, quod à quibusdam confunditur cum *alga*, idquod derivamus ab ἁλική, i. maritima, seu marina sc. herba: est enim juxta Festum herba, quam mare ad littus projicit. Ab *ulva* autem suspicor nomen habere insulam in mari Thusco, quæ *Ilva*, & aliis *Ilba* dicitur.

8. Εὖτε, & bene, fit adv. similit. Lat. *uti*, & *ut*.

9. Ab εὐθύνη, inquisitio, quæ fit in eos, à quibus vitæ & magistratus gesti, seu curationis actæ ratio reposcitur, non solum nomen accepit *Euthenæ*, Asiæ urbs, apud Steph. sed & *Vthina*, Africæ urbs, & Rom. colonia; imò & *Vtinum* Venetorum, Cluverio *Vedinum*, juxta §. 49. vulgò *Vdine*, Germ. Weiden, in Foro Julij metropolis & dicasterium. Atque idem etymon agnoscit *Vidina*, vulgò *Widin*, Serviæ urbs & fortalitium.

10. Ab εὐτύχη, pro εὐτυχία, felicitas, seu fortuna prospera & secunda, est Afrorum *Vtica*, Ptolemæo *Ityca*.

11. Ab εὔκρηνος, i. bono fonte præditus, facile derivabitur Polon. *Vkraina*, olim Russia nigra dicta, apud Horn.

Nona in ω, ut: 1. Ὠρίων, olim οὐρίων, *Orion*, qui strenuus venator fuisse dicitur, 60.
erit ab εὔριν, i. cui bonus est nasus. Ni vulgi fabula prævalet ἀπὸ τοῦ οὔρου, hoc est ab urina Jovis sc. Mercurij & Neptuni.

2. Ὠρανὸς §. 58. Doricè dicitur pro οὐρανός.

3. Ὠκὺς, velox, celer, contractum puto ex εὐήκης, valde acutus. Pari modo

4. Εὐροία, facilis fluxus, seu cursus, & metaph. pro rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, contrah. in Græc. ὥρα, i. tempus, unde Lat. *hora*,

Ital. *hora* & *ora*, Hisp. *hora*, Gall. *heure*, Angl. *an hour*, Belg. *huere*, & *ure*, Germ. *uhr*. Ὥρα præterea significat tempus ætatis florentis, it. florem & vigorem ætatis, it. pulchritudinem, venustatem, &c. Hinc *Hora*, Deæ nomen apud Rom. unde adhuc Angl. *a Whore*, Belg. *huere*, & *hoere*, Germ. *hur*, i. meretrix.

5. Ab εὔζωμος, in jure, seu condiendis opsonijs gratiam habens, vocatur herba quædam εὔζωμον, hinc conjecto esse Arabum *ozymum*, & *ozimum*, quę à Latinis, Gręcisque pòst exarata sunt *ocymum*, *ocimum*, ὤκυμον, ὤκιμον, it. *ocinum* apud Voss. in Tract. de Permut. Lit.

61. Decima in *o*, ut: 1. Ab εὔκυκλος esse Lat. *oculus*, Ital. *occhio*, Hisp. *ojo*, Gall. *oeil*, in plur. *yeux*, Angl. *the eye*, Belg. *ooghe*, Germ. *auge*, ex Princ. Phil. n. constat. A κυκλωτὸς autem, vel per metath. κωκλυτὸς est Lat. *coclitis*, unde *cocles*, (& h. Angl. *goggle eyed*, i. strabus) κύκλωψ.

2. Εὖρος (ab εὔρεος, §. 58.) *Eurus*, ventus orientalis, aperuit Latinis *os*, *oris*, unde *orare*. Est pręterea ab ablat. *ore*, Hisp. *ura* & *hura*, Gall. *hure*, Belg. *bure*, & *huere*, i. caput apri, it. *schuere van den haese*, i. ossa arida. Sumitur *hura* etiam pro galero capitis apud Dom. Magri in Notit. V. E.

3. Ab εὐροῶ §. 53. fit *vireo*; hic denuò provenit Lat. *orior*, unde *ortus*, & *origo*, *originis*, cujus nominis apud Horat. Serm. 1. Sat. 2. meretrix dicitur tanquam ab εὐρυγενὴς, i. latas generationes habens. *Origenis* autem nomen ducam ab ὀρειγενὴς, i. in monte natus, l. satus, montigena.

4. Ab εὐρόνοτος, ventus Euro & Noto intermedius, nomen trahere videtur *Oronoque*, Guajanę rivus in America.

5. Ab εὐκρινὴς, discretu, dijudicatuque facilis, vel bene discretus ac distinctus, dixerim Lat. *Orcinus*, epith. liberti, qui testamento manumittitur: Verùm aliis placet esse ab *Orcus*. Leg. hac de re Vossius. Item Dom. Magri in V. E.

62. Vndecima in η, ut: 1. Εὔποιος, propensus ad beneficentiam, transit in Gręc. ἤπιος, clemens, placidus, mitis, & hinc Lat. *pius*.

2. Ἥβη, ης, ἡ, pubes, it. *Hebe*, pubertatis Dea, contractum suspicor ex εὐαφὴς, qui, vel quę facile tangi potest, facile contrectabilis.

3. Ἠλύγη, & ἠλυγαῖος, olim fuêre εὐλύγη, & εὐλυγαῖος, idem etenim significant quod λύγη, umbrę, tenebrę.

4. Ἠβαιὸς, pro εὐβαιὸς, idem esse dicitur quod βαιὸς, (factum per metath. ex ἄβιος, inops, it. qui caret muliere) parvus, it. modicus, paucus, it. unus. οὐδ' ἠβαιὸν, ne tantillum quidem.

5. Ab εὔπορος, quod & §. 58. 59. descripsimus, pervius, it. per quem meare, seu transire facile est, transitum facilem habens, est etiamnum Gręc. ἤπειρος, ου, ἡ, sc. γῆ, terra continens & mediterranea; peculiariter verò *Epirus*, Gręcię regio, Albania hodie dicta.

6. Ab antecedentis cognato εὐπόρητος, cujus copia facile nobis fit, abunde suppetens, erit Gręc. ἧπαρ, ατος τὸ, Lat. *hepar*, *atis*. Atque hinc est, quod ἡπατόριον, herba quędam, à quibusdam vocetur *eupatorium*.

7. Ab εὔτορος, penetrans, acutus, it. validus, magnus, formatur ἦτορ, ορος, τὸ, cor, animus.

8. Ab εὔθετος, appositus, accommodatus, idoneus, est ἦθος, τὸ, domicilium, mansio, it. indoles, ingenium, morum probitas.

9. Εὐθετέω, sum aptus & idoneus, it. bene habitus sum, it. transitiuè; concinnè dispono, eleganter & scitè digero, abit in ἠθῶ, colo, id est, per colum mitto, sacello.

63. Duodecima in *a*, ut: 1. Ab εὐθύναι, idem quod εὐθύνη, §. 59. est Gręc. Ἀθῆναι, *Athenæ*, hodie corruptè *Setines* (εἰς Ἀθήνας) Civitas totius Gręcię olim celeberrima; primùm *Acte*, Gręcis Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, i. littus, it. maritimus locus; dein *Attica* vocitata. Cujus nominis quidam tres fuisse adstruunt. His addo & *Thienen* in Brabantia, quę olim *Legio Atheniensis*.

2. Apu-

2. *Apulia*, hod. *Puglia*, aptè dicitur ab εὔπωλος γῆ, terra quæ aratro facile vertitur.

3. Ab εὔπιοιος Græci in §.62. fecere ἤπιος, ex quo Romani postea *Appius*, unde *Via Appia*; & ex ejus denominativo: *Appianus*, quo nomine nobilis historicus Alexandrinus claruit, est *color appianus*, & *poma appiana*: datur quoque in Sicilia certa pomorum species, quæ vocatur *pomo appio*, unde diminutivè Anglorum *apple*, Belg. *appel*, Germ. *apfel*, i. pomum.

4. Ab εὔζηλος, qui bono zelo ducitur, fuit Romæ gens *Acilia*, it. *Acilinus*, miles Belisarij, qui ad Portam Pincianam solus impetum Gothorum repressit. it. *Azelinus*, aliis *Ezelinus*, & corruptius *Actiolinus*, Patavinorum tyrannus.

5. Ἀριθμὸς, numerus, est ab εὔρυθμος, numerosus, numerorum modulationem habens, it. concinnus, compositus.

6. Ab εὐτρόχαλος, velox, celer, agilis, it. volubilis, it. pulchros habens orbes, rotundus, &c. esse videtur Græc. ἀστράγαλος, vertebra, spondylus, Lat. *astragalus*. De astragalismo, seu talorum lusu extat Erasmi colloquium.

7. Ab εὔχυλος, bono succo præditus, succo abundans, est ἄκυλος, glans ilicis, unde non solùm Hebr. OCHÆL, cibus, esca, edulium, commeatus; & ACHAL, comedit: Sed & Lat. *æculus* (pòst *æsculus*, quibusdam etiam *æschylus*, communiter hodie *esculus*) unde Angl. *oak-apple*, & *an oak*, Belg. *eeckel*, & *eecke*, sive *eycke*, Germ. *eichel*, & *eiche*, i. quercus.

8. Ab εὔπαις, liberis abundans, est Lat. *apes*, l. *apis*, pro μέλισσα, Ital. *ape*, & dim. *pecchia*, pro *apicula*, Hisp. *abeja*, Gall. *abeille*, & *avette*, Angl. *a bee*, Belg. *een bie*, Germ. *eine bien*.

9. *Apis* autem quando pro bove, Ægyptiorum Deastro, sumitur, est ab εὔπους, bonis pedibus præditus, quode in Princ. Phil. nostro.

10. Ἀλάφη (unde Græc. ἄλφα, & Hebr. ALEPH) bos, cervus, est ab εὔλοφος, fortem cervicem habens: plura hac de re in jam dicto Princ. phil. n.

11. Ἔυπνους, bene spirans, cujus spiracula bene aperta sunt, fit Lat. *anus*, p. l. Conferatur & *anus*, p. b. ad §. 7.

11. *Arsaces*, Parthorum regum commune nomen, contractum deprehendo ex Græc. εὐρυσάκης, latum seu amplum habens scutum; unde & *Sacarum* nomen.

12. Sic *Astyages*, Medorum rex, in sacris *Ahasverus* audit ab εὔσφυρος, cui est decora & elegans pedum forma. Conf. *Iapodes* ex §. 57.

13. Εὖμεν, pòst ἦμεν præit Hebr. AMEN; cujus derivata fæminina sunt: ÆMVNAH, i. fides, & ÆMÆNÆTH, contractè ÆMÆTH, i. veritas.

Decimatertia in *i*, ut: 1. *Italus*, & *Italia* ab εὐθαλεία, quod ab εὐθαλὴς, corruptè ἴταλος, unde quoque *Italus*, prænomen apud Germ. *Itel*, & *Eitel*, ex Annal. Taciti notus, id est, *Florens*, unde nomen *Florentiæ*. 64.

2. Ἰταλὸς autem pro vitulo, eo derivatur modo ab εὔθηλος, §. 53. quo ab ἄθηλος, i. ablactatus, est ἀταλὸς, i. tener, juvenilis, unde nomen habuit *Attalus*, Pergami rex, à cujus *aula* dicta sunt *aulæa*, quæ ab ipsius nomine etiam dicuntur *attalica*.

3. Ab εὔκαιρος, opportunus, tempestivus, nomen est adeptus Ἴκαρος, *Icarus*, Dædali filius: Cujus fratris ἰάπυγος nomen supra in §. 57. deduximus ab εὔπυγος, unde hic iterum fluit

4. Ἴβυκος, *Ibycus*, nomen poëtæ; & exinde ἶβυξ, *ibyx*, quæ & ἶβυς, *ibys*, avis clamosæ species, unde demum βύκτης, sonans, spirans, venti epith.

5. Ab εὔπους, unde in præced. §. *Apis*, hîc denuò fit ἶβις, ιβος, sive ιος, ἡ, *ibis*, avis quædam serpentes devorans, & ob id ab Ægyptijs coli solita, quamque Cicero *rigidis esse cruribus* describit lib. 2. de Nat. Deor.

6. Ab εὐηχέω, bene sono, it. bonam vocem habeo, est ἰάχω, & per epenth. ἰάκχω, clamo, unde ἴακχος, Bacchi epith. Idem vid. & §. 56.

7. Ab ἤπειρος (ex εὔπορος, §. 62.) vel ἠπειρότης, i. qui in continenti habitat, oritur ἰβὴρ, *Iberus*, gentile, Hebr. HIBERI & HEBER, sive EBER, nomen proprium

nepotis Sem. *Iberia* enim una orientalis est circa Persiam; altera occidua, quæ Hispania. Aliàs HEBER & HEBRI, Abrahami epith. non ineptè ducitur ab ὁ περαΐτης, i. transiens, in Car. Stephani Dictionario, in voce: *Hebræi*. Conf. *Iupanus* ab ὁ πάνυ, ex §. 55.

8. Ab εὐστεφὴς, seu ἐΐστεφὴς, bene coronatus, pulchra corona cinctus, dicti videntur Germ. *Istævones* apud Tacit.

9. Ἐυθὺς, rectus, quod vid. §. 53. deque cujus origine paulò inferius solliciti erimus, abit in ἰθὺς, έος, ὁ, itid. rectus, directus, in rectum tendens; unde ἰθύω, & ἰθύνη, directio, cujus parallelum εὐθύνη habes §. 59.

10. Ab εὔκροος, bene furcatus, est ἴκρίον sive ἴκριον, tabula, seu erectum lignum: ubi notabis ἐπίκριον idem esse, quod κέρας, κέραια, & ἰσοκεραία, i. antenna. Conf. §. 52.

11. Ab εὐδιαῖος, paxillus, seu clavus ligneus sub carina in foramine quodam fixus, quo exemto defluit aqua in sentina collecta, nobis iterum fit Græc. ἴβδης, ου, ὁ, clavus, qui est in fundo navis, quo educto aqua effluit, ne putrescat navis.

12. Ab εὔποκος, bonum vellus habens, vellere abundans, est Lat. *ibicis*, & exinde *ibex*, Ital. *ibice*, Gall. quoque *ibice*, & per aph. *biche*, i. cerva, Germ. *ibisch*, i. capricornus. Anglorum autem *bitch*, i. canis fæmina; & *a bitch fox*, i. vulpes fæmina, corrupta sunt ab *alopecides*.

13. Sic ab εὔχυλος, ex anteced. §. est ἄκυλος, & h. per metath. ἄλυκος, unde Lat. *ilicis*, *ilex*, Ital. *elce*, *elice*, *leccie*, & *leccio*, Hisp. *encina*, Gall. *chesne* * & *chéne*, it. *ieüse*, *yeuse*, & *hyeuse*.

* s intruditur sicut in *throsne*, pro *throne*, à thronus apud Gallos; & in *æsculus*, & sim. apud Latinos.

14. Ἰνώ, όος, ἡ, *Ino*, Cadmi & Hermiones filia, Liberi patris nutrix, &c. ita appellata fuit ab εὔνοος, tanquam bene affecta & benevola.

15. Ἶθρις, spado, exsectus, eunuchus, est ab εὐθερὴς, bene amputatus, seu cui virilitas est demessa.

16. Ab εὐνὴ συῶν, i. hara porcorum, * apud Hom. nomen accepisse suspicor *Eunesium*, vulgò *Inessum*, Siciliæ civitas ab Hierone condita, pòst Ætna dicta.

* Sic *Alba* in Latio, ab alba sue ibi inventa.

65. Decima quarta in ε, vel *e*, ut: 1. Ab εὔθετος, ex §. 62. est ἦθος, & ἔθος, τὸ, ritus, mos, consuetudo.

2. Ab εὐβαρὴς, bene gravatus, est Lat. *ebrius*, Ital. *ebbro*, Gall. *yvre*: Nisi malis ab οἰβαρὴς, pro οἰνοβαρὴς, vino gravis. *Sobrius* contra est ἰσοβαρὴς, i. æqualis ponderis.

3. Ab εὔλοφος, ex §. 63. fortem cervicem habens, est Græc. ἔλαφος, cervus. Et fortean exinde quoque eorund. ἐλέφας, αντος, ὁ, Lat. *elephas* & *elephantus*, Ital. *liofante*, Hisp. *elefante*, Gall. & Angl. *elephant*, Belg. *elefant*, & *olefant*, Germ. *elefant* & *helffant*, unde *helfenbein*, pro *elefantenbein*, i. ebur.

4. *Epirus*, esse ab ἤπειρος, ἡ, ex §. 62. constat.

5. Ab ἤπειρος, ὁ, autem Hebr. EBER, patet ex §. 64. Sic

6. Ab εὔθυμος, qui bono, hilari & securo animo est, eorund. EDOM.

7. Ab εὐφορέω, ferax sum, uberes fructus affero, propullulant Hebr. ἐφραθα, i. fructifera. Et ἐφραΐμ, secundus Josephi filius, it. urbis nomen, quod Hebræis explicatur, *sese propagans*.

8. Ab εὔφυλλος, pulchra folia habens, est Lat. *ebulus*, seu *ebulum*, frutex sambuco foliis & baccis simillimus, qui Græcis etiam ἀκτὴ dicitur, & χαμαιάκτη, unde Belg. *adick*, *hadick*, & Germ. *attich*. Itali eundem appellant ab ebulo, *ebbio*, & Senens. *nebbio*, * Galli hinc *hieble* & *yeble*, quod idem. Hispani verò ebulum vocant, *yesgo*, *yezgo*, & *hiezgo*, quorum origo latet in Ital. *ischio*, id est, Lat. *æsculus*, quæ aliàs πλατύφυλλος, i. latifolia; derivaturque ab ἐπίσκιος, umbrosus, it. umbra obtectus, quem umbra protegit, unde quoque Græc. ἐβίσκος, & ἰβίσκος, Lat. *bibiscus*,

Belg.

Belg. *hemst*, Germ. *ibisch*, & *eibisch*, sylvestris malvæ species: quemadmodum ab *æsculus*, cujus origin. vid. §.63. Angl. *an asch-tree*, Belg. *esch*, & *eschenboom*, Germ. *aschenbaum*, i. fraxinus. ** Cæterum Galli ab εὔφυλλος quoque habent *yf*, vel *if*, Angl. *an ew*, vel *yew-tree*, Belg. *een yf-jeven-iben*, vel *ipen-boom*, Germ. *eibenbaum*, i. taxus, smilax. Et in Widerholdi Diction. etiam fagus.

* Sic *nascondere* dicunt Itali pro abscondere, it. pro *affè*, *naffè* & *gnaffè*.

** Similiter confunduntur *sambucus*, & *suber*, à Gallis nempe & Hispanis: Hi etenim ab Italorum *sambuco* quoque dicunt *sambuco*, & præterea *sabugo*, *sabugo*, *sabuco*, & *sauco*; quam illi ab Ital. *subero*, sive *suvero*, vel *sughero* & *sugherello*: *sureau*, it. *suls* appellant & *suseau*. *Suber* autem Galli à jam dicto Hisp. *sauco* vocant *seu* & *sehu*; vel ab ilice, *liege*; Et Hispani à corno, *alcornoque*, per sync. *alcorque*, unde Germ. *gorck*, i. suber.

Decima quinta in *he*, *ha*, *ho* & *hu*, vt: 1. *Henetus* ab εὐνέτης, habes in §.49. Idem scribitur & absque adspiratione; dicunturque *Eneti* olim juxta Paphlagoniam habitasse; eoque nomine vocabantur etiam muli sylvestres inde ducti, & equæ, *enetides*. Hispani qui pro *equa* dicunt *baca*; ex *equ' enéta*, pro *equa heneta* fecere *hacanea*, unde Ital. *chinea*, & Gall. *haquenée*. Hinc factum, quod apud Belg. & Germ. *Hengstus* pro *Henetus* adhuc inveniatur inter nomina virorum; *Hengst* autem iisdem significet equum admissarium. Conf. ex Coloph. Kiliani, ubi ad voc. *Segest*, q. d. *Hengstus*, eques, vir equestris. Item in Horn. Hist. p. 192. *Hengistus* legitur A. 449. Regnum Cantij in Anglia fundasse. 66.

2. Hebræorum HEMÆK videsis §. 57. Latinorum *Hepar* autem & ἧπαρ patent ex §. 62.

3. Ἕβρος, *Hebrus*, & *Ebrus*, Thraciæ fluvius, ex Græc. εὐροὸς, & εὔρους, bene fluens, facilem cursum habens. Nec dubium, quin hinc quoque Celtarum *Ebura*, vulgò *Eure*, Normanniæ fluvius, unde *Eburones*, & *Eburovices*, vulgò *Eureux*. Item *Ebrodunum*, vulgò *Ambrun*, & aliud hujus nominis Helvetiæ oppidum, vulgò *Yverdun*: Nec non *Eboracum*, Britanniæ civitas, vulgò *Yorck*.

4. *Hedui*, aliis juxta §. 63. *Ædui*, inter Celtas populi, nomen habuere ab εὔδιος, serenus, tranquillus, quod apud Rom. abiit in *Vedius*, & *Vidius* in §§. 49. & 53.

5. *Hamus*, Ital. *hamo*, Gall. *haim*, *hamet* & *hameçon*, Germ. *hamen*, nobis est ab ἠθμὸς, οῦ, ὁ, ex ἤθω, §. 62. colum, qualus, instrumentum ad percolandum aliquid aptum. Exp. etiam cribrum; unde per metath. Gall. *tamis*, & hinc Ital. *tamiso*, seu *tamigio*, Sax. *teemiss*, Belg. *teems*, *tems*, & *temst*, i. incerniculum farinarium: nisi malis hoc primum ducere ab ejus cognato ἠθισμὸς, i. colatio, per colum transmissio; ex quo per eand. figuram fortè nomen traxit Angliæ fluvius *Thamesis*, seu *Tamesis*, Ital. *la Tamige*, Angl. *Thames*, Germ. *Tems*. Quemadmodum ab ἤθισις, quod idem signif. Lat. *Athesis*, Ital. *l'Addice*, Germ. *die Etsch*, Galliæ cisalpinæ fluvius: & hinc *Athesinus*, itid. fluvius; unde per aph. *Ticinus*, Ital. *Tesino*, Germ. *der Tesin*, apud Dasypod. Ab ἠθισμὸς hoc modo etiam duci potest Græc. τάμισος, pro coagulo: sed de hujus & Tamesis etymo plura inferius.

6. *Homerus*, cujus nominis plures enumerantur; & Græcorum ὅμηρος, i. obses; nec non Doringiorum rex *Hamer*, sunt ab εὔμηρος, qui bona & firma femora habet. Fuit *Eumerus* quidam historicus Messanensis, qui res gestas Jovis, & cæterorum qui Dii putantur collegit; Hujusque vocis composita sunt: *Inguiomerus*, Arminij patruus; *Cattumerus*, Cattorum princeps; & *Segimerus*, Segestis frater, apud Tac. it. *Induciomarus*, Trevirorum, & *Virdumarus*, Æduorum principes apud Cæs. it. *Britomarus*, Gallorum dux; & *Viridomarus*, eorund. rex apud Flor. Sic *Vincomalus*, pro *Vincomarus*, it. *Marcomirus*, & *Clodomirus*, Francorum & Sicambrorum reges.

7. *Hugo*, *onis*, ab υἱωνὸς, ὁ, nepos, ex υἱὸς, cujus origo infra docebitur, videsis in Princ. Phil. n. p. 120.

Decima sexta in *be*, *bi*, *ba*, *va*, & *bo*, ut: 1. Βέβαιος, stabilis, firmus, unde *Bebius* 67.
Campaniæ mons, it. Rom. Consul *Bebius Pamphilius*, nec non *Massa Bebius*, apud

Tacit. in Vit. Agr. nobis eſt ab εὔβαιος, ſumto βαιὸς pro ἄβιος, valde robuſtus. Aliam hujus vocis ſignif. vid. §.62.

2. Hebræorum BETVLA᾽, i. virgo, derivare lubet à jam dicto εὔθηλος, mammoſa, & bene diſtentas mammas habens.

3. *Benus*, unde ſolùm in uſu adhuc eſt adv. *bene*, fuit Græc. εὔνοος, εὔνυς, benevolus, amicus, cujus derivata videſis §.49. & 64. Fuit & Syrus quidam nomine *Eunus* olim in Sicilia conditione ſervus, cujus meminit Flor. III. c.19. & ex hoc Lipſ. de Vna Relig.

4. Ab εὔλοφος (unde §.63. eſt ἀλάφη, & §.65. ἔλαφος) dixerim eſſe Lat. *bellua* ſc. fera. Belg. *belue*.

5. Ab ἔυκερως, bene cornutus, vel pulchra habens cornua (ἐυκεράεις βόας legis apud Nonn.) eſt Hiſp. *bezerro*, i. vitulus, l. juvencus; quod Italicè redditur *bizarro*; Hiſpani hinc iterum *viſarro*, idque metaph. de feroci & iracundo juveni intelligunt. Galli itidem *bigearre*, *biſarre*, aut *bizare* appellant inconſtantem, mutabilem, levem, variantem, & moroſum; Belg. *bieſard*, *bieſarre*, id. it. bellus, vagus, cerebroſus, veſanus & ingenioſus.

Apud Latinos & quidem in Gloſſ. Philoxeni adhuc legitur *bicerris*, ab obſol. *bicerrus*, unde per aph. nobis remanet *cirrus*. *Cirri* autem propriè dicuntur in oſtreis, polypis, & ſimilibus capillamenta, ac barbæ, ſive cornua exilia, quibus iter prætentant; pòſt translata vox eſt ad capillamenta, & ad veſtium villos. Κέρας etenim ſeu κέρατα, τὰ, cincinni etiam vocantur, & plexus ad cornu formam facti.

6. Ab ἐυθὺς, rectus, vocatus fuit *Bithys*, Martis & Setæ, ſororis Rheſi filius, unde *Bithyas*, & *Bithyæ*, Thraciæ populi. Celebres hinc quoque fuere *Bithus*, gladiator, & *Bithon*, vir qui tanta corporis fortitudine excelluit, ut taurum humeris geſtaret, qua admiratione ſtatuâ apud Argos dignus eſt habitus. Cæl. lib.13. c.19. it. *Bitias*, & *Biton* apud Car. Steph. Imò hinc puto eſſe Illuſtr. Florentinorum familiam *Biti*; nec non *Bitos*, Celtarum populos, de quibus §.44. Quique nominis originem dedere *Vitis*, Saxoniæ populis, unde Mercatori *Sviti*, Helvetis *Switz*, & hinc genti nomen *Schwitzer*, Ital. *Svizzeri*, Gall. *Sviſſes*, Germ. *Schweitzer*.

7. Ab hujus vocis fæm. ἐυθεῖα nomen habuit BITHIA, Pharaonis filia, quæ Moſen adoptavit, cujus denominativum eſt *Bithias*, vulgò *Batha*, Meſopotamiæ urbs, & h. fortean quoque Thraciæ regum arx *Bizia*.

8. Ab ἔυθυνος, director, eſt *Bithynus*, per aph. *Thynus*, Jovis & Thraces filius, unde *Dinus Magellanus*, Iuriſconſultus Bononienſis; & alius *Dinus* Florentinus Medicus, idem vid. & §.44.

9. Ab ἐυθυνία, directio, correctio denique eſt *Bithynia*, Myſiæ urbs, it. Minoris Aſiæ regio ad Pontum ſita, hod. *Ftinia*.

10. Similiter fit ab ἐυθηνία, i. abundantia, ubertas & copia, Syror. BETHANIA, duarum villarum nomen, quarum una in latere montis Oliveti, ubi Salvator noſter Lazarum ſuſcitavit: & altera trans Jordanem, ubi Johannes baptizabat.

11. Ἔυθηλυς, valde fæmineus, abit in βάταλος, mulieroſus. Et ſic

12. A ſupradicto ἔυκηλος, pro ἕκηλος, §.51. quietus, mitis, nil turbarum movens, erit βάκηλος, eunuchus, ſpado.

13. Ab ἔυτραχυς, valde aſper, eſt Græc. βάτραχος, rana, it. tumor ſub lingua maximè pueros infeſtans. Heſychio eſt etiam ſpecies ἐσχάρας.

14. Ab ἔυσαρκος, bonam carnem habens, it. corpulentus, eſt Græc. ἐυσαρκία, corpulentia; & Hebr. BASAR, i. caro, nec non Lat. *boſor*, *oris*, & apud Germanos in lingua latruncularia, *boshart*, id.

15. Ab ἔυχαρις, cui gratia ineſt, lepidus, venuſtus, dictus fuit *Vacchoris*, Ægypti rex, qui relictis omnibus regiis opibus parcè ac duriter in poſterum voluit vivere. Volat.

16. *Boriſthenes*, βορυσθένης, fluvius Scythiæ, ſecundum Iſtrum omnium maximus, nomen traxit ab ἐυρυσθενὴς, viribus latè potens; Neptuni epith.

Deci-

Decima septima est, quando accedit sibilus, dum videlicet spiritus lenis transit in σ, ut: 1. *Sudus* ab εὔδιος, serenus, tranquillus, §. 49. unde post Hisp. *sud*, Gall. *sur*, & cæterorum Septentrionalium *sud*, pro plaga mundi, seu vento meridionali, sive australi. 68.

2. *Sutrus*, ab ἐνθύρρις, quod vid. §. 54. elephanti nomen apud Plin.

3. Εὔοσμος, bene olens, §. 57. mutatur in ἴασμος, & hoc denuò in σήσαμος, Lat. *sesamum*, Indici frumenti genus: cujus compos. βαλανοσήσαμον contractum fuit in βάλσαμον, Lat. *balsamum*, Ital. *balsamo*, *balsimo*, & *balzino*, Hisp. *balsamo*, Gall. *baulme*, Angl. *balm*, Belg. & Germ. *balsem*. Chymicis *beleson*, unde iterum Ital. *belzoino*, *bengioino*, *belgioini*, *belgimi*, *belgivi* & *bengivì*, Hisp. *benjuy*, & *menjuy*, Gall. *benjoin*, & *belzoin*, Angl. *benjamin*, sive *benswine*.

4. Σιμὸς (Lat. *simus*, qui pressis est naribus, cujusque derivata sunt: *simius*, *simia*, Ital. *simia*, *simiotto*, & *scimia*, *scimione*, Hisp. *ximia*, *ximio*, Gall. *singe*, Belg. *simme*. Item Lat. *simo*, *onis*, unde Ital. *simone*, delphin apud Ferr. & per aph. Hisp. *mona*, Ital. *monna*, & *gatto-mammone*: Quo sensu & ovis apud Lat. dicitur *mina*; & apis apud Græcos σιμὴ, apud Germ. autem absque sibilo, *imme*) est ab ἠθμὸς, quando accipitur pro parte nasi superiore, quæ superciliis proximè subjacet, unde quoque Gall. *camus* originem ducit. Imò & Græc. κημὸς, Dor. καμὸς, Lat. *camus*, i. fiscella è vimine, quâ capiunt purpuras, ut nassa apud Latinos. it. operculum è vitili, simile infundibulo, quod judiciariæ urnæ superponitur. it. fiscella è vimine, aut reticulum è funiculis plexum, quod equisones equis, & muliones mulis circumponunt, imposito in id hordeo, avena, fœnove, ita ut equi, mulive in itinere non subsistant quærendi pabuli gratiâ. Est etiam species fræni, quod circumjicitur equis mordacibus. Aliis lineum est velamen, quod panifices ori & naribus circumponere solent. Conf. ea quæ §. 66. in voce *hamus*.

5. Ab εὐθενέω, pro εὐθηνέω, prospera fortuna, & prosperis successibus utor, it. bona habitudine utor, bene habitus sum, vigeo, est Græc θένω, valeo, possum.

6. Ab εὐαλδὴς, bene & feliciter crescens, nomina quædam propria originem ducunt apud Germ. *Ewald*, & *Sebald*, & per conuers. Oswald; it. *Sisvaldus*, & *Sigisvultus*: apud Italos autem *Vbaldus*, & *Baldus*, it. *Gubaldo*, & *Gualdo*, unde Germ. *Walter*, quod non solum commune prænomen; sed & Illustris cujusdam familiæ, cui plurimum debeo, cognomen est.

Εὖ non raro primam per aphær. amittit in compositione, servatâ tamen secundâ incorruptâ, ut: 69.

1. Εὐαέριος, serenus, evadit in Lat. *varius*, & proprie de Iride, vel coloribus ejus dicitur, accinente Virg. 4. & 5. Æneid.

——————— *ceu nubibus arcus*
Mille trahit varios adverso Sole colores.

A Lat. *varius*, & *variabilis*, sunt Ital. *vario* & *variabile*, Hisp. *vario*, & *variable*, Gall. *variable*, Angl. *various*. Item pro *vario* sc. animali Itali quoque dicunt *vaio*, Hisp. *vero*, Gall. *vair*, Germ. *veh*, i. glis. A *varius* autem & *variolus* sc. piscis, est Germ. *foren*, & *forelle*, it. *forcht*, * apud Dasypod. unde *forchtensee*, & *forchtenseeralmb* in Carinthia, de quibus Voss. *Varios Germani ac Belgæ vocant varellos*, *aut vorellos*, *quasi variolos*.

* Sicut à πίτυς, Lat. *pitys*, & h. Germ. *fichte*, i. pinus.

Varius præterea differentię causa pluribus olim adjectum fuit gentibus & populis, v. gr.

(1.) *Ambiani varij* conjunctim efferebantur *Ambibarij*, *Ambibareti*, *Ambivariti*, & *Ambuareti*.

(2) *Amsi varij* corruptè apud Tac. dicuntur *Ansibarij*, aliis *Ansgarij*, de quibus infra.

(3) *Boij varij* successu temporis dicti fuere *Bajuvarij*, *Baioarij*, hod. *Bavari*, Germ. *Bayern*. Sic

(4) *Catti*

(4) *Catti varij* contrahebantur in *Cavari*, aliis *Chavari* (Gallis *Quari* & *Quariates*, Italis autem absque adspiratione, *Avari*, Italiæ populi, unde *Avares*, it. diminutivè *Avarisci*, & h. *Varisci*) corruptius *Chasvari*, & *Chazari*, qui Hornio in Histor. p. 238. iidem cum Avaribus esse videntur.

(5) *Cungevarij* apud Cl. Rudbeck. in Atlant. p. 2. p. 222.

(6) *Hunni varij* apud Hispanos abiere in *Nivarri*, unde eorund. urbs *Nivaria*; & *Navarri*, unde ibid. Navarræ regnum. Aliis in regionibus *Hunnivarij* audiebant *Hunnivar*, quod apud Jornandem legitur, it. *Hungari*, corruptius *Onogori*; aliis *Ungri*, *Ugri*, & (iuxta §. 184.) *Tungri*: *Ingri* etiam & *Tingri*, it. *Angri*, Germ. *Engern*, & corrupt. *Angli*, unde iterum processêre *Angrivarij*, corruptè *Anagarri*, qui ab aliis *Tanchari*, seu *Tenchateri* appellabantur & *Tenchtheri*.

2. Ἐυαγὴς ab ἄγω, agilis, versatilis, & circumactu facilis, dic. pro inusit. ἐυαγὸς, unde Lat. *vagus*, & ex hoc *vagari*. Itali hinc habent *vago*, Hisp. *vago*, & *vaco*, * Gall. *vague*, à quorum *vagueflot* est Angl. à *wave*, & (nî rectius ab Ital. *voga*, seu Gall. *vogue*) Germ. *wogen*, i. fluctus. Et quomodo ab Ital. *bello*, Galli dicunt *beaupere*, *belle mere*, *beau frere*, *&c.* id quod Belgæ reddunt *schoon-vader*, *schoon-moeder*, *schoon-broeder*, *&c.* ita ab eorund. *vago*, quando pro amasio sumitur, dicunt *swagher*, & hinc Germ. *schwager*, *schwagerin*, & *geschweige*: Belgarum *swegher* autem & *sweer*; nec non Germ. *schwieger*, & *schweher* propius accedunt ad Hisp. *suegra*, & *suegro*, ex Ital. *suocero*, & *suocera*, de quibus s. l.

* Sicut à *Vagis* sc. populis sunt Germ. *Vangiones*: ita à *Vacis*, Gallorum *Bellovaci*, vulgò *Beauvais*, Conf. & *Bellocassi*, §. 49.

3. *Valvæ* sunt Græc. εὐλαβαὶ, ab εὐλαβὴ, quomodo in Lex. Med. dicitur ἐπιλαβὴ, apprehensio, ansa, & locus, qui prehendi possit, quique injectum vinculum firmat & retinet.

4. Ἔυερος, ἐυέριος, sive ἐύειρος, bene lanatus, bonâ seu pulchrâ vestitus lanâ, bonam habens lanam, fit Lat. *verres*, Ital. *verro*, Senens. *verre*, Hisp. *verraco*, & *berraco*, Gall. *verrat*, Angl. *a barraw pig*, it. *a boar*, & *a bore*, Belg. *beer*. Græc. ἐῤῥωὸς, i. aper. Ab ἐυεροεικὴς autem est Lat. *vervecis*, & exinde *vervex*, Ital. *vervice*, & *berbice*, Gall. *brebis*, i. ovis. Conf. quæ ad §. 35.

5. *Verna* est ab ἐυερνὴς, & expon. ἐυθαλὴς, quod vid. §. 64. virens, eo nimirum sensu, quo Itali *frasca* i. ramum frondentem vocant puerum petulantem. *Lavernam* autem, quæ Dea furum Romæ credebatur, dixerim esse ab ejus cognato λιπερνὴς, i. qui ex agro in urbem confugit, vel qui ex divite factus est pauper.

6. Ab ἔυοδος, per quem facile iter patet, pervius, est Lat. *vadum*, Ital. *vado*, & *guado*, Hisp. *vado* & *bado*, Gall. *gué*, Belg. *wad* & *waede*, Germ. *bad* & *baden*. Pro *guado* Itali dicunt & *guazzo*, unde Germ. *wasser*; ab illo autem Angl. & Belg. *water*, i. aqua. A *vado* est præterea Lat. *vadare*, Ital. quoque *vadare* & *guadare*, Hisp. *vadear*, Gall. *guayer*, & *guêer*, Angl. *to wade*, & *to go*, Belg. *wadden*, & *gaen*, Germ. *vvaten*, & *gehen*, i. ire.

7. *Vadere* autem Latinorum, unde Ital. *andare*, * Hisp. *andar*, Belg. *vvanderen*, & *vvandelen*, Germ. *vvandern*, & *vvandeln*, est ab ἐυοδέω, i. prospero & expedito itinere progredior.

* v abjicitur, sicut p, & b in *palare*, unde, nisi malis à βαλλέω, seu βαλλίζω, Ital. *ballare*, Hisp. *baylar*, Gall. *aller*, Belg. *vvallen*, seu *vvalen*, Germ. *vvallen*, i. peregrinari. Anglorum *to vvalck*, i. ambulare, autem est ab Ital. *valicare*, i. transire.

8. *Vomo* est Græc. ἐυεμέω, ῶ, i. facile vomo, unde Ital. *vomire*, *vomicare*, *vomitare*, & *gomitare*, Hisp. *vomitar*, Gall. *vomir*, Angl. *to vomit*, Germ. *gumpen*.

9. Ἐυαπολοάω, ῶ, pulso, verbero, flagris cædo, passivam apud Lat. induit significationem, quibus redditur *vapulo*. Idemque evenit Græc. ταλάω, suffero, perpetior, sustineo, à καταλοάω, quod idem cum ἀλόω. Conf. & *mordeo* ad §. 53.

10. Ἐυα-

10. Ἐυαπόδοτος, redditu facilis, it. qui facile egeritur, seu excernitur, originem ducit ab obsol. ἐυαποδόω, quod à Latinis contractum fuit in *vapeo*, unde adhuc *vapidus* supereſt, & *vapor*, ex quo *vaporo*, Ital. *vaporare*, Hiſp. *vaporar*, & *vaporear*, Gall. *euaporer*, Angl. *to vapour*.

11. *Vergeta*, & corruptius *Nuagerta*, ſeu *Nuagerra*, aliis *Vegerra*, & *Vetera*, olim dicebatur urbs, quæ jam Aquiſgranum, abſque dubio ab ἐυεργέτης, qui beneficium confert, qui benefacit; ἐυεργὴς ſc. οἶκος dicitur etiam domus bene fabricata, & affabre compacta. Sic apud Condruſos ſcribunt ab Antonino Pio ad ripas Moſæ oppidum conditum, & *Benefacta* appellatum.

12. *Vangelo* Italis dicitur, quod Lat. *evangelium*, à Græc. ἐυαγγέλιον, fauſtum felixque nuncium.

13. Ἐυαλάλατος, ſagittariæ artis peritus, à Dacis corruptum fuit in *Valacus*, Ital. *Valaco*, al. *Vulaico*, qui primus Rex memoratur, unde *Walachiæ* regno nomen, cujus incolæ *Walachi*, Græcis *Blachi* dicuntur. Conf. Horn. Hiſt. p. m. 340.

14. Ab ἔυεδρος ex §. 49. erit quoque *Vedra*, Britanniæ fluvius, vulgò *Were*; & fortaſſis etiam Gall. *Vera*, vulgò *Vebre*: & Germ. *Werra*, vulgò *Werre*, Thuringos à Cattis ſegregans.

Aliquando ſecundam quæ remanſit, mutatam cernimus in b, ut: 70.

1. Ἔυωνος, qui boni pretij eſt, it. ἄξιος, evaſit in Lat. *bonus*, Ital. *buono*, Hiſp. *bueno*, Gall. *bon*, à cujus fæm. *bonne*, apud Richeletium, vel à *bonne journée*, apud Duezium, eſt Belg. & Germ. *vvonne*, i. gaudium & feſtivitas.

2. Eodem modo βάκχος, Lat. *Bacchus*, Ital. *Bacco*, eſt ab ἔυηχος, bene ſonans, canorus, it. bonam vocem habens: Vel ab ἐυΐαχος, clamans ἐῦ, quomodo ἀυΐαχος dic. qui ceu canis latrat ἂυ ἂυ, Vid. & ἴακχος, § 64. & 56.

3. Sic βάρις, ιδος, & ιος, ἡ, Lat. *baris* (Ital. *bara*, Gall. *biere*, Angl. *beare*, & *a beer*, Belg. *berie*, *berrie*, & *baer*, Germ. *baar*, & *bern*) navis, eſt ab ἐυήρης, remigationi aptus & accommodus. Ἐυήρη σκάφη, naves expeditæ, & qs. verſatiles. Idem navigij genus dic. Ital. *vara*, unde *varare*, Hiſp. *varar*, Gall. *bire*, & *varer*, Angl. *to fare*, Belg. *bere*, & *varen*, Germ. *bar*, i. rete, & *fabren*. Et quoniam Gall. *varer* ſignif. periculo ſe exponere, ideoque ducitur exinde quoque Angl. *fear*, Belg. *ghevaer*, Germ. *gefabr*, i. periculum.

4. *Barca* autem eſt ab antecedentis derivato ἐυηρικὴ, ſubaud. ναῦς. Diciturque Italis etiam *barca* & *varca*, unde *varcare*, cujus verbale eſt *varco* (Hiſp. *varco* & *barco*) corruptius *valicare*, & *valico*, Hiſp. etiamnum *barca* & *varca*, Gall. *barque* & *bac*, Angl. *a bark*, Germ. *barck* & *bak*, i. linter, apud Schottel. tanquam à πάκτον, navigij genus.

5. Verùm *Barcha*, cognomen nobiliſſimæ olim apud Carthaginenſes familiæ, eſt ab ἐυάρχης, i. bonus ductor & imperator: unde pòſt *Evarigis*, & hinc *Evarix*, Gothorum rex quidam dictus eſt.

6. Βαλβὶς, locus, unde ij, qui curſu certant, emittuntur; carceres, initium, eſt ab ἐυλαβὶς, anſa, capulus, manubrium. Conf. & *valvæ* ex §. anteced.

7. Java major (ex Gölnizij compend. Geogr.) inſula eſt omnium rerum abundantià felix, quam Scaliger ab ubere proventu *Compendium Orbis* appellare non erubuit: Hujus metropolis *Bantham* nomen habere videtur ab ἐυάνθεμος, i. floridus.

8. Ab ἔυοδος, ex §. anteced. non ſolùm eſt Germ. *bad*; ſed & Phrygum βέδυ, i. aqua: Et quando metaph. ita vocatur, qui proſpero ſucceſſu vtitur, dictus exinde fuit Claudij libertus *Evodus*, unde apud Germ. uſitatum prænomen, & nob. fam. cognomen *Bodo*; & h. *Bodunni*, Britanniæ populi, it. *Bodincus*, Padi cognomen.

Sæpe eadem mutatur in p, ut: 1. A jam dicto ἔυοδος, iter expeditum habens, & gen. ac metaph. qui proſpero ſucceſſu utitur, eſt Græc. ποδὸς, contr. πȣ̃ς, (unde Hebr. BVS, i. calcavit) Lat. *pedis*, & exinde *pes*, Ital. *piede*, Hiſp. *piè*, Gall. *pied*, Angl. *foot*, Belg. *voet*, it. *pee*, de eduli ſiſeris radice, Germ. *fus*; quæ vox caſu coincidit in primitivi terminationem. 71.

2. Ab

2. Ab εὐωπὸς, pulchros habens oculos, qui aut quæ eſt pulchro aſpectu, ſeu pulchra facie, eſt Lat. *pupus*, *pupa*, quorum dim. ſunt *pupulus*, *pupula*, it. *pupillus*, & *pupilla*, Ital. *pupo*, *pupa*, it. *pupillo*, *pupilla*, & *pupina*, Hiſp. *popa*, it. *pupilo*, *pupila*, Gall. *pouppon*, *pouppe*, & *pouppée*, it. *pouponne*, *poupin*, *poupart*, *poupette*, it. *pupille*, Angl. *a puppet*, *a puppy*, it. *a babe* ſeu *baby*, it. *a pupil*, Belg. *een poppe*, Germ. *ein pupe*, ſeu *pupp*, it. *puppe*, & *poppantz* apud Schottel.

3. Ab εὐαφὴς, facile contrectabilis, qui facile tangi poteſt, nomen accepit Lat. *pubes*. Conf. ἥβη ex §.62.

4. Ἐυάμπελος, bonas habens vites, fit Lat. *pampinus*, Ital. *pampino*, *pampano*, & *pompara*, apud Ferr. Hiſp. *pampano*, & fortean *paramo*, Gall. *pampre*, Germ. *bramen*, i. lupuli folia. Imò & Angl. *bramble*, Belg. *breme*, ſeu *braeme*, unde *braem-beſie*, Germ. *brom-beere*, i. rubus. Niſi rectius à πρίμαλος, plantæ ſpecies, apud Hippocr. unde puto eſſe Angl. *brom*, Belg. *brom*, *broem*, *brem*, Germ. *brimm*, ſeu *pfrimmen*, i. geniſta, ſpartum. Conf. ex §.41. *venenum* à velenum.

5. Hebræorum PARDES, i. hortus arboribus conſitus, conjectamus eſſe ab εὐαρδὴς, i. bene irrigatus: Non minus quàm Græc. παρδακὸς, humidus, uvidus; tanquam εὐαρδέϊ εἰκώς.

6. Ab εὐήθης, q. d. bonis moribus præditus, homo minimè malus, ſimplex, qui videlicet ex ſuo animo alienum æſtimat, eſſe reor Hebr. PETHI, i. ſimplex, fatuus, imperitus.

72. Sæpius verò in f, ut: 1. Ab εὐηθιὸς, quod per ſync. dicitur pro εὐηθικὸς (ex anteced. εὐήθης.) ſtultus, abſurdus, ineptus, eſt Pompejanus quidam miles *Fadius*, & Lat. *fatuus*, * quæ vox juxta Voſſ. olim non ponebatur in vitio. Itali hinc habent *fatuo*, & apud Ferr. *fato*, Gall. *fade*, Angl. *to fade*, & h. *faded*.

* Sic Dalmatię mons *Ardius* (unde *Ardia*, Illyrię civitas) & Lat. *arduus* ab ὄρθιος, rectâ in altum tendens. Et *patruus* à πάτριος, unde πάτρως, quemadm. ἐῤῥωὸς ab εὐέριος, §.69.

2. Pari modo fit ab εὐήθεια, i. bonitas, ſeu probitas morum, innocentia, Romanorum *Fatua*, quę & *Bona Dea* appellabatur.

3. Ἐυαφὴς ex anteced. §. notum, etiamnum abit in Lat. *favus*, Ital. *favo*, & *fiavo*, Germ. *wabe*, ſeu *wabbe*: Et ex contracto neutrius generis plurali εὐαφῆ progerminat Lat. *faba*, Ital. *fava*, Hiſp. *haba* (unde Angl. *hay*, Belg. *hoy*, & cum Germ. *haw*, & *hew*, i. fœnum) Gall. *feve*. Conf. & ἥβη, §.62. A Derivato autem εὐαφιὸς inter Romanos agnominatus eſt *Fabius*, & alius exinde *Fabianus*.

4. Ab εὐέπια, quod dicitur pro εὐέπεια, facundia, it. apta verborum compoſitio, it. oratio grata, aliàs εὐφημία, i. bona verba, puto eſſe Lat. *fabula*, Ital. *favola*, & per ſync. *fola*, Venet. *fiabba*, Hiſp. *fabula*, it. *habla* & *hablilla*, Gall. & Angl. *fable*, Belg. & Germ. *fabel*.

Quemadmodum ab εὐεπετὸς, pro εὐεπετὴς, cujus ſimplex ἐπητὴς exp. λόγιος, eſſe poteſt Lat. *facundus*, ex ἔπω, dico, non minus, quàm ab ἑπετὸς, ex ἕπω, ſequor, eſt *ſecundus*. Gręcorum etiam φάω, & Lat. *fari*, quomodo ex eod. fonte ducantur, inferius pateſcet. Conf. interim *Vigandus* à vegetus, ex §.53. & quę s. l. obſervabis, *jucundus*, *fœcundus*, & ſim.

5. Ἔυογκος, quod expon. amplę molis, l. compactę, it. portatu facilis, minimè gravis, it. (in Lex. Med.) juſta mole prędıtus, mediocriter tumidus, eſt Lat. *fungus*, Ital. *fongo*, Hiſp. *hongo*; Angli & Germani hinc habent *finger*, Belg. *vinger*, i. digitus, à ſimilitudine, quoniam & fungi quidam eapropter *digitelli* vocantur.

6. *Fenus*, *oris*, eſt ab εὐήνωρ, ορος, ὁ, ſc. χαλκὸς, i. ęs virile, ſeu bene viriles & ſtrenuos faciens.

7. *Deus Fidius*, per quem jurabant, corruptè ſic dicitur pro εὔδιος, i. ſerenus, tranquillus, unde quoque *Vedius*, id eſt, Pluto, ſeu Orcus, §. 34. idemque valet, quod Gręc. πίσιος, quando dicitur: μὰ τὸν πίσιον, i. *me Dius Fidius*, unde apud Italos, *il Fiſtolo*. De Medio Fidio leg. Andreas Cirino de Urbe Roma, lib. 1. c.49.

8. Ab

8. Ab *εὐκαὴς*, qui facile accenditur, qui facile ardet & conflagrat, eſt Lat. *focus*, Ital. *fuoco*, Hiſp. *huego*, Gall. *feu*; i. ignis. *Foveo* autem, unde alij *focum* derivant, eſt Græc. *ἀφεύω*, accendo, inflammo, cujus cognat. *ταθεύω*, ſignif. foveo, calefacio.

9. Ex *εὖ* & *ἄω* compone ſîs *ἄυω*, ſpiro, flo, clamo, it. accendo, ſicco, ſplendeo, & habebis Lat. *aveo*, unde *ave*, ſeu *have*. Ex *ἐυάω* autem, unde adhuc habemus *ἐυαὴς* (q. d. bene ſpirans) utiliter & ſalubriter ſpirans, erit Lat. *faveo*, *favor*, & *favonius* ſc. ventus.

10. Ab *ἐυοδέω*, quando dic. de radicibus, quæ facilem in terræ viſcera deſcendendi viam nanciſcuntur, eſt Lat. *fodio*.

11. Ab *ἐυινέω*, bene expurgo, evacuo, inanio, eſt Lat. *finio*, & à *finitus*, per ſync. *finus*, & h. *finis*, Ital. *fine*, Hiſp. & Gall. *fin*. Aliàs *finito* apud Ital. contrah. in *fino*; unde Hiſp. *fino*, Gall. *fin*, Angl. *fine*, Belg. *fyn*, Germ. *fein*, i. purum, putum, elegans.

12. Ab *εὐροίζητος ἰὸς*, bene ſtridens ſagitta, i. celeriter volans cum ſtridore, forte eſt Ital. *freccia*, ſeu *frezza*, & *flizza*, Hiſp. *flecha*, Gall. *fleche*, Belg. *flitſe*, Germ. *flitz*, & *flitſch*, i. ſagitta. Angl. *a fletcher*, i. ſagittarum faber. Conf. quæ ad §. 54.

13. Ab *εὐαίρετος*, qui (Screvelio) facile capi poteſt, dixerim eſſe Ital. *foretta*, Gall. *furet*, Angl. *a ferret*, Belg. *een foret*, Germ. *ein frett*, i. viverra; niſi obſtaret Latinorum *furunculus*, & *furo*, unde Hiſp. *huron*.

Et nonnunquam in *φ* intercedente metatheſi, ut: 1. Ab *ἐυήκοος*, facile audiens, it. morigerus, obſequens, derivamus Græc. *κῦφος*, levis, facilis, inanis, & Lat. *vacuus*, juxta §. 69. unde Ital. *vacuo*, it. *vaccio*, & *avaccio*, Hiſp. *hueco*, & *vazio*, Gall. *faque*, Belg. *vacke*, Germ. *fach*, i. apertura, loculamentum. 73

Ab *ἐυακέω* eſt Lat. *vaco* (Ital. *vacare*, Hiſp. *vacar*, Gall. *vaquer*, Angl. *to vvake*, & *vvatch*, it. *vvakes*, i. feriæ, à Gall. *vacations*, ſeu *vacances*, Belg. *vvaecken*, Germ. *vvachen*, i. vigilare) & *Vacuna*, quæ Varroni Minerva, quippe cujus cultores ſapientiæ vacant: quemadm. ab *ἀνήκοος*, i. non audiens eſt Græc. *κωφὸς*, ſurdus, Ital. *goffo*, ut: *κωφὰ ἔπη*, apud Sophocl. verſus frigidi & inepti, it. *caffo*, i. impar, vel numerus ſurdus, Hiſp. *gafo*.

2. Ab *ἐναρκέω*, propulſo, it. munio, factum eſt Græc. *φράσσω*, & *φράττω*, ſepio, munio; ex cujus verbali *φρακτὸς*, ſeu *φαρκτὸς*, i. ſeptus, munitus, eſt Ital. *parco*, Hiſp. *parque*, & *alberca*, Gall. *parc*, Angl. *barken*, Belg. *parck*, & *perck*, Germ. *pferch*, & *pferrig*, i. caula, ſeptum.

3. Ab *ἔυποκος*, quod vid. §. 64. nî rectius à *ποδώκης*, i. pedibus celer, erit Græc. *φῶκος*, *Phocus*, Ænæi; & alius hujus nominis Phocionis filius: A cujus fæm. *φώκη*, *phoca*, i. vitulus marinus, non ſolùm eſt Græc. *φώκαινα*, *Phocæna*, ſeu balæna; ſed & Angl. *a hog*, i. porcus, ſus.

4. Ab *ἔυειρος*, bonam habens lanam, eſt Græc. *ἔριφος*, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, hædus. Vid. §. 69.

Interdum etiam *φ*, ſi adeſt, euphoniæ gratiâ abit in adſpirationem, ut: 74

Ἐυφυὴς, qui à natura habet, ut ſit ad aliquid habilis, naturali ad omnia ingenij dexteritate præditus, ingenioſus, induſtrioſus, it. bene creſcens, copioſè ſuccreſcens; ſalutabatur Bacchus à Jove, ſed aliquomodo mollius ipſum appellando *Euchyon*, & *Euhyon*, unde poſt *ἔυιος*, *evius*, *υἱὴς*, & *υἱὸς*, communis apud Græcos filiorum appellatio evaſit. Atque hinc eſt, quod *υἱὴς* quoque de vite dicatur. Nec mirare, ſi ex eod. them. originem nominis Fohi & Yai, quorum ille primus, hic poſtremus Sinenſium Imperator ante diluvium recenſetur, aſſerere præſumem.

Εὐ demum planè abjiciunt ſequentia: 75

1. *Ἐυφρόνη*, nox, *παρὰ τὸ ἐυφρονεῖν*, lumen amiſit in *ὄρφνη* (Dor. *ὄρφνα*, unde per metath. Lat. *umbra*, * Ital. *ombra*, corrupt. *ubbia*, & h. *uggia*, Hiſp. *ſombra*, Gall. *ombre*, & adjectivè *ſombre*; hinc Angl. *ſummer*, Belg. *lombre*, *lommer*, & *ſomer*, Germ. *ſommer* i. æſtas) tenebræ & obſcuritas. Vnde poſt *ὀρφνὸς*, tenebroſus, it. obſcurus, ater, & h. Lat. *furnus* (Ital. *forno*, Hiſp. *horno*, Gall. *four*: à quo potius quàm à

Græc.

Grec. πῦρ, suspicor esse Angl. *fire*, *fiere*, & *viere*, Belg. *vier*, *vuer*, *vuyr*, Germ. *feur*, i. ignis. Conf. Ital. *fuoco* à Lat. *focus*, ex §. 72.) ejusque dim. *fornax*, Ital. *fornace*, Hisp. *hornaza*, Gall. *fournaise*, Angl. *fornace*, & *furnace*, Belg. *forneys*.

Nec non ὀρφανὸς, & ὀρφὸς, Lat. *orphanus*, & *orbus*. Ab illo est Ital. *orfano*, Hisp. *huerfano*, & *guerfano*, Gall. *orphelin*, Angl. *an orphan*; Ab Hisp. obsol. *guerfo* autem est Angl. *dvvarf*, it. *durgen*, Belg. *dvvargh*, & *dvvergh*, Germ. *querch*, & *zvverch*, i. nanus. Ab hoc Ital. *orbo*, & h. Belg. *erve*, *erf*, sed usitatius *erfghenaem*, Germ. *erbe*, i. heres, Angl. *an elfe*, seu *elf*, i. pumilio.

* Non absimilem metath. suggerit ῥομφαία, Lat. *framea*, it. jaculum longum, Ital. *fromba*, & *frombola*, Germ. *pfrieme*.

2. Ὀρφὸς verò quando piscem *orphum*, Germ. *orf*, & *orft*, Belg. *elf*, & *elft*, denotat, tunc fit ab εὔοφρυς, pulchra habens supercilia: sicut χρύσοφρυς dic. aurata sive trutta in Lex. Med.

3. Sic φορὸς Grecis dic. pro εὔφορος, ferax, fertilis. §. 59.

4. Ab εὔδιος ἡμέρα, vel εὐδία, ας, ἡ, pulchra dies, oritur Lat. *dies* in utroque genere; & *diu* ab εὐδία. Pro *die* Itali dicunt *dì*, Hisp. *dia*, Angl. *day*, Belg. *dagh*, Germ. *tag*, id. Gallorum *jour* autem est ab Ital. *giorno*, ex Lat. *diurno* sc. tempore.

5. *Arx* est ab *arcis*, hoc autem ab εὐαρκὴς πόλις, urbs munita, & ad propulsandos hostes sufficiens. Conf. ea que ad §. 35.

6. Ὦπις, Diane epith. ea ratione fit ab εὐῶπις, i. que pulchra est oculis & aspectu, quâ Σεμέλη εὐῶπις. Pro eod. dicitur & οὖπις, quod habes §. 39. Vel si mavis, idem derivare etiam poteris à βοῶπις, cui bovini sunt oculi, i. rotundi, magni, ideoque venusti; Dearum, & Junonis imprimis epith. apud Hom. Hinc Lat. *Opis*, Nympha, Diane comes, apud Virg. Et *Ops*, filia Cœli ex Vesta, soror & conjux Saturni.

7. Ab εὐμήτης, ου, ὁ, vel εὔμητις, ιος, ὁ καὶ ἡ, bono consilio instructus, prudens, est Lat. *mitis*; cui suffragatur ejus cognatum πραΰμητις, i. mitis, apud Screv. τὰ πραέα enim dicuntur mitia, lenia, non aspera. Hinc Ital. *mite*, *mezzo*, & *mezzisso*, Angl. *meek*.

8. Εὔκομος, vel recentius εὐκόμης, bene comatus, vel pulchrè, qui eleganti est cesarie, fit Lat. *comis*.

9. Ab εὔκοπος, facilis, qui facili labore fit, it. qui facili labore rem aliquam conficit, est Lat. *copis*, & *cops*. Quemadm. ab εὐκοπία, i. facilitas, eorundem *copia*, cujus dim. est *copula*, Ital. *coppia*, it. *cobola*, *gobola*, & *gobbola*, Hisp. *copla*, Gall. *couple*, & *couplet*, Angl. *a couple*, Belg. *Koppele*, Germ. *Kuppe*, *Kuppel*, & *Koppel*, i. par.

10. Ab εὔσπορος, vel (quod desideratur) εὐσπερὴς, fœcundus seminis, est Hebr. PERI, i. fructus, & h. PARAH, i. fructuosus fuit. Conf. PETHI, §. 71. Et Lat. *speres*, contractè *spes*, à cujus accus. Itali formarunt ipsorum poët. *speme*, & *spene*.

11. Ab εὔσπειρος, pulchras spiras faciens, pulchrè se in spiras colligens, erit σφαῖρα, *sphæra*, globus, pila, Ital. *spera*, & *sfera*, Hisp. *esphera*, & *esfera*, Gall. *sphere*.

12. Ab εὐκρινὴς (§. 61.) discretu facilis, est insuper Lat. *crinis*, Ital. *crine*, Hisp. *crin*, & *clin*, Gall. *crin*. Hinc Angl. *yarn*, Belg. *garen*, Germ. *garn*, i. lana neta, seu linum netum. pro rete autem rectius id duces ab ἀγρηνον, i. rete, reticulum.

13. Ab εὔρινος, quod §. 58. exposuimus, est genit. ῥινὸς, unde nominativus ῥὶν, & ῥὶς, ἡ, nasus.

14. Ab ejus fem. εὐρίνη autem est Grec. ῥίνη, piscis, quem squatinam appellant, it. lima, ob simil. cum hujus piscis corio; & Lat. *rana*, Ital. *rana*, & *ranocchio*, Hisp. *rana*, Gall. *raine*, & ab ejus epith. gyrinula, *grenoüille*.

Ceterùm ab εὔριν, cui bonus est nasus, sagax, sunt Grec. (1) ἐρευνάω, indago, investigo, it. scrutor, perscrutor, inquiro; & εὑρίσκω, invenio, deprehendo.

15. Ab εὔκολος, qui facile quemlibet cibum assumit, qui non est stomacho fastidioso, est Atheneo κόλις, i. facilis, & Grec. κῶλον, intestinum grassum, quod etiam

κόλον

κόλον scriptum reperitur; unde Lat. *colum*, & *colare*, it. pro quovis membro, Lat. *colon*; & geminatâ liquidâ; *collum*, olim quoque *collus*, quia cibus per ipsum in ventriculum transmittitur, Ital. *collo*, Hisp. *cuello*, Gall. *col*, & *cou*: Belgarum & Germ. *hals* autem est per apoc. ab Hisp. *alçacuello*, i. collare.

16. Ab ejus derivato ἐυκολίνη, quo nomine §.32. descripta fuit Hecate, est Lat. *colina*, pòst *culina*, locus apud veteres, in quo epulæ in funere comburebantur, it. *Culinæ* olim appellabantur loca publica, inopum destinata funeribus, it. peregrè profecturi propter viam sacrificabant Herculi in *culina*, quam in ipsius ædibus fuisse, Vossius ex Jos. Scaligero in hunc locum pluribus exponit. Quæque ideò hîc adduco, quia *Hecate*, Servio, nomen habet ex eo, quod centum annos errare faciat insepultos. Verùm absque talium respectu ἐυκολίνη, & *culina* simpliciter ab ἔυκολος explicari possunt pro loco, in quo cibus facile præparatur & sumitur.

17. Ab ἔυληρον, habena, (quod compono ex ἐυ & λευρὸν, i. læve, non asprum) est Græc. λῶρον, amentum, & Lat. *lorum*, quode leg. Dom. Magri in Notit. V. E. unde Ital. *loro*, per epenth. *logoro*, & *loramento*, Hisp. *loro*, vocabulum quo alliciunt falcones, it. *lura de halconero*, Gall. *leurre*, i. illicium, ex quo ipsis *leurrer l'oyseau*, i. accipitrem plumatili illicio curare; it. *leurrer quelqu'un*, est aliquem simplicitate exuere, vel quempiam callidiorem reddere, it. *cet enfant est leurré*, puer iste simplicitatem exuit, seu calliditatem edocuit. *leurré*, astutus, callidus, Angl. *a lure*, i. illecebra, & h. *to allure*, illicere, it. *lore*, i. disciplina, doctrina, lex: Et hinc ipsis dicitur *a Lord* (id est, vir doctus, & legisperitus) dominus, dynasta, Belg. *leure*, *lore*, *luere*, *loeyer*, & *luder*, illecebra, unde *loren*, *leuren*, trahere, it. *leere*, doctrina, *leeren*, docere, *gheleert*, doctus. Germ. *luder*, i. helluatio, & *ludern*, helluari, it. *lehre*, doctrina, *lehren*, docere, *gelehrt*, doctus, & *gelahrt*, quod etiam de bobus arare edoctis dicitur; juxta illud: *A bove majori discit arare minor*.

18. Ab ἐυλαβὴς, bonas & commodas ansas habens, non solùm est λοβὸς, ȣ̃, ὁ, ima auris pars, & carnosa; & h. λόφος, ȣ, ὁ, in jumentis dic. cervix, seu ea pars colli, cui jugum imponitur: sed & λέβης, ητος, ὁ, *lebes*, it. pelvis.

A Lat. *lobus*, extremitatem auris, hepatis & pulmonis significante, est Ital. *lobo*; Hisp. *loba* & *lobanillo*, Gall. *lobe*, Angl. *a lobe*, it. *the lap*; Belg. *lap* & *lapken*, it. *lepel*, *lappe* & *löffel*, i. cervi auris, pòst ab hujus similitudine, cochlear. Ab eodem quando siliquam significat, est Angl. *leaf*, Belg. *loof*, & *loove*, Germ. *laub*, i. frons, folium.

19. Ab ἐυθενέω (cujus simplex θένω vid. §.68.) viribus polleo, validus & robustus sum, derivamus Lat. *teneo*, Ital. *tenere*, Hisp. *tener*, Gall. *tenir*, Angl. ab obtineo, *to obtain*; à contineo, *to contain*; à manutenere, pro quo alii manutendere malunt, est Ital. *mantenere*, Hisp. *mantener*, Gall. *maintenir*, Angl. *to maintain*, Belg. *manteneren*, & *mainteneren*, Germ. *manteniren*.

20. Ab ἐυθύνη, ex §.59. & 63. noto, est Hebr. DINA, Jacobi filia, & DIN, * i. judicium, causa, sententia judicata; & hinc DVN, judicavit; nec non DAN, i. judex; Et *Dinæi*, i. judices, sive judicia populi. 1. Esdr. 4. Ab ejus autem derivato Ἐυθυνία, quod habes §.67. 9. erit *Diniæ*, Phrygiæ locus, it. *Dinia*, Galliæ Narbonensis urbs, hodie *Degne*.

* Pari ratione fit ab ἀκτὴ, §.63. ἄκτινος, quod contrahitur in ἀκτὶς, vel per apoc. in ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, ex quibus iterum per aphær. fit Græc. θὶν, sive θὴν, aut θὶς, θινὸς, ὁ, sive ἡ, itidem littus, it. agger, cumulus, acervus, unde pòst *Dine*, locus Arcadiæ, aquæ dulcis, juxta mare. it. *Dinus*, portus & locus in Lycia. Conf. & *Dinus* ex §.67. 8. Lat. *Dunum*, & *Dunæ*, quod Galli reddunt *Dune*, in *Dun le Roy*, Regiodunum, it. *Chateaudun*, Castrodunum, it. Augustodunum, *Autun*, Ebrodunum, *Ambrun*, §.66. Virodunum, *Verdun*, Magdunum, *Mun*; & Melodunum vulgò *Melun*: Laudunum contrahitur in *Laon*, & pronunciatur *Lân*. Sic Lugudunum, Lugodinum, Lugidunum sive Lugdunum à Gallis corrumpuntur in *Lyon*;

à Bel-

à Belgis in *Leyden*, à Germanis in *Glogaw*: Item *Carrodunum* à Polon. in *Krakow*; à Germanis in *Kramburg*; Noviodunum, Gall. *noyon*; Neviodunum autem Anglis *Newy*: Ita Sedunum Sabaudis dic. *Sion*; Germ. *Sitten*: Segedunum autem Britannis *Seton*; Hungaris *Segeth*; quibus Capedunum dic. *Captemberg*. Segodunum verò Germaniæ civitas nomen mutavit in *Norimberg*.

Angli abeunt in *Down*, it. *Town*, unde Belg. *duyne*, & *tuyn*, Germ. *düne*, i. agger arenosus; & *zaun*, i. sepes.

Cogidunum apud Tac. in Vit. Agr. forte nomen habet à *Cognis*, Germaniæ populis ex Κυνηγὸς, i. venator. Sic Britannodunum vulgò convertitur in *Dunbritton*. Et Camalodunum, seu Camulodunum vulgò redditur *Maldon*: Maridunum, Britanniæ insulæ urbs, vulgò *Mardin*, & *Caermardin*: De Dunkerka, Belg. *Duynkercke* vid. Magri in voce *Duna*. Campodunum Germanis dic. *Kempten*; Bragadunum (unde Perillustris apud Venetos familiæ nomen *Bragadino*) aliis dic. Bragodurum, & aliis Bibacum, vulgò *Bibrach*.

Idem *Dunum* aliquando convertitur in *dulum*, ut: *Rigodulum* apud Tac. & *Hierodulum*, urbs Libyæ: sæpius verò in *durum*, v. gr. *Venantodunum*, i. Venatorum mons, Angl. *Huntendune*, à Gallis concisius effertur *Ventadurum*, vulgò *Vantadour*. Sic *Bojodurum*, & *Batavodurum*, it. Octodurum, vulgò *Toro* apud Hispanos: it. *Durocottorum* apud Gallos: *Durocastrum*, vulgò *Dorchester* apud Anglos: Duromagus, vulgò *Durmeghen*, & Marcodurum, vulgò *Duren* apud Germanos. Item Hectodurum, vulgò *Echtal*, & Ganodurum, hod. Constantia Germ. *Costantz*, seu *Costniz*; it. Vitodurum, Helvetiæ oppidum, vulgò *Winterthür*. Conf. *Viti*, ex §.67.

21. Sic ab ἔυθετος ex §.65. est Hebr. DAT, id est, lex. Cujus cognatum θύω, i. impetu feror, ferveo, est ab ἰθύω, rectâ feror, ex ἰθὺς, quod vid. §.64.

22. *Pario*, & pene dixerim Hebr. BARAH, seu FARAH, i. creavit, nec non eorund. BAR, i. filius, sunt Græc. ἐυπορέω, est mihi copia & facultas, abunde possum, it. habeo, suppetit mihi, it. abundo aliqua re, it. abunde nanciscor, vel simpliciter consequor, comparo mihi, it. ditesco: Et Philosophis in specie est, omni dubitatione remotâ certo cognosco veritatem.

Paro autem concedimus esse ab ejus simplici πόρω, quod idem significat.

23. Ἐυθύποροs, cujus meatus in rectum porriguntur, recto tramite progrediens; temporis lapsu contractum fuit in θυβερὶς, θύβρις, (apud Serv. ὕβρις) & θύμβρις, imò in Τιβερὶς, unde celeberrimo Italiæ fluvio nomen *Tiberis*, Ital. *il Tevere*, Hisp. & Gall. *Tibre*, Germ. *die Tiber*; vnde pòst *Tiberiorum* nomen.

24. *Bathor*, Transylvaniæ principum quorundam cognomen, est ab ἐυπάτωρ, qui bono patre est natus, paterno genere clarus, nobilis, quo epitheto Antiochi filius olim ab aliis hujus nominis distinguebatur.

25. Ἀπὸ τῦ ἐυφραίνειν, à lætificando, nî rectius ab ἐυφραδὴς, i. clarus, nomen hausit ἔυφρατης, *Euphrates*, Mesopotamiæ fluvius, qui Hebr. PERAT & PHRAT, vulgò *Frat*, sive *Phorat*.

26. Ab ἐυθύρρινος, quod vid. §. 54. est quoque Lat. *Turnus*; nec non *Tyrrhenus*, & hinc *Tyrrhenum mare*.

27. Ab ἐυθυεπὴς, qui rectè non obliquè loquitur, est Lat. *tuba*. Quemadm. ab ἡδυεπὴς, pro quo Dores ἁδυεπὴς, suaviloquus, est Græc. δῦπος, i. sonitus; id quod confirmatur ab ἁδύλογος, Dor. ἡδύλογος, itid. suaviloquus, unde eorundem δῦλος, servus. Ab ἡδυλογέω, loquor quæ jucunda sunt & grata, ad placitum loquor, per epenth. fit Lat. *indulgeo*.

28. Ab ἐυθύφλοιος, recticortex, species roboris, est *Duffla*, pagus & Baronia Brabantiæ ad Nitam, & hinc *Dufflæus*, cognomen familiæ nobilis in Belgio.

29. *Glans* à juglans, vid. in *vegrandis*, §.54. Sic *Ledunum*, vulgò *Lodun*, seu *Loudun*,

Galliæ oppidum, à Juliodunum. Plura hujus terminationis nomina habes in hujus §. nota sive numero 20.

30. *Marus* (blanditivè *Marius*, & elativè *Maro, onis*) est ab ἔυμηρος, ex §.66. cui olim adjungebatur ἐυθὺς, & ἔυθυνος (§.44.) contractè ἔυθυος, Teutonicè juxta §.67. *boduus*, unde *Maroboduus*, Suevorum rex. Conf. *fatuus* ex §.72. Ab ἔυμηρος ἐυθὺς autem juxta §.49. est *Merovedus*, contr. *Meroveus*, Francorum rex; eodemque modo à *Clodus*, de quo infra, factum est *Clodoveus*, perinde ac si dicas *Claudius Iustus*. Sic *Theredus* Atheniensium rex octavus. Et *Ildovadus*, Gothorum rex. Huc pertinent *Merodach*, Babyloniorum, & *Merodacus* Sicambrorum rex. Sic *Radigisus*, *Radimirus*, *Raymirus*, & *Ramirus*.

31. *Pius* fit ab ἤπιος, quod vid. §.62. *Bius* autem ab ἔυβιος, §.53. Suntque Bij Pannoniæ superioris populi: unde *Oxybij*, Ligurum gens apud Flor. it. *Macrobij*, & *Brachybij*, Æthiopes apud Dionys. it. *Gambrivij*, Germaniæ populi apud Tac. Sic *Tolistobij*, *Zenobij*, unde *Zenobia* Palmirenorum Regina.

32. Ῥέδη, quod Screvel. in Apocalypsi observavit, est Lat. *rheda*, nobis à *vereda*, ejusdem cum *veredus* §.49. originis. Hinc Angl. *to ride*, equitare, Belg. *ryden*, curru vehi, & Germ. *reiten*, equo incedere.

33. *Gobbio* Itali nuncupant, quod olim *Eugubium*, Umbriæ oppidum.

34. Ab ἐυσκαρθμος, bene saltans, agilis, pernix, potest esse Italorum *scarmo*: nisi rectius à *scarno*, Lat. *excarnis*; vel ab ἄγραμμος, i. lineis carens.

35. Ἔυθηλος, ex §.53. & 67. notum, contrahitur in θῆλυς, ὁ, ἡ, fæmineus, vel qui est sexus fæminei, it. fæmina: unde *Thelis*, quæ antiquioribus Romanis, Varrone teste, dicebatur quæ Græcis θέτις.

36. Ab ἐυπωλος γῆ, terra quæ aratro facile vertitur, est Græc. βῶλος, ὁ, ἡ, gleba, it. synecdochicè §.63. pro agro seu fundo; unde Lat. *bolus*, Ital. & Hisp. *bolo*, Gall. *boüe*. Ab ejus simplici πόλος sc. γῆ autem, quod itid. terram significat aratro versam, duco Græc. πηλὸς, ὁ, ἡ, lutum, cœnum, limus: à cujus deriv. πηλώδης, lutosus, limosus, est Lat. *paludis*, & h. *palus*, Ital. & Hisp. *palude*, Gall. *palus*, Angl. *poole*, & *pool*, Belg. *poel*, Germ. *pful*, id.

3. Ab ἐυσκεπὴς, bonum tegumentum habens, est Lat. *scipa* (in Anton. Oudini Diction. Triling. idem quod ovis: In Vocabulario Etrusco autem metaph. pro homine simplici) Angl. *sheepe*, Belg. *schaep*, Germ. *schoeps*, i. vervex, it. homo stupidus; & *schaaf*, i. ovis. Et abjecto quoque σ, (id quod in Hebr. PERI, & Lat. *teneo* in hac ipsa thesi factitatum) evenit Hebr. KÆBÆS, seu KÆFÆS, i. ovis: quarum custos, canis iisdem dic. KÆLÆF, ab ἀκαλήφη, id est, animal marinum, de quo plura s. l.

38. Ab ἔυποκος, §.64. & 73. est insuper Lat. *buccus*, in lege salica: *si quis buccum furaverit*, Tit. 5. §. 1. Et Ital. *becco*, Gall. *bouc*, Angl. *a buck*, & *Roebuck*, Belg. & Germ. *bock*, & *Reh-bock*. *Un becco cornuto*, corruptius *bozzo* ab Italis vocatur quoque is, cujus uxor mœchatur. Sumtâ metaphorâ ex fabula; ubi hircus cum vulpecula in puteum descendens, & à vulpe, quæ ejus ope exiverat, relictus illuditur; ideò quod ille ante ingressum de exitu non pensitarat: Et appositè in eos dicitur, qui uxorem ducunt, nec habent, unde ipsis satisfacere, nec ut sæpe fit, ex miseriarum puteo emergere queant. Et jam quæso, lege illud quod famigeratissimus Octau. Ferrarius in Originibus suis Ling. Ital. ex Nicolao Erythræo allegat in voce: *Becco*, p. 47.

A Gall. *bouquin* * quod parvum hircum, & metonym. librum, seu codicem cariosum notat, est præterea Angl. *a book*, Belg. *boeck*, & Germ. *buch*, i. liber.

* Synonyma hujus vocis sunt apud Ital. *vacchetta*; & apud Germ. *esels-haut*, i. palimpsestus.

39. Ab ἔυπους, bonis pedibus præditus, est etiamnum Græc. βοῦς, οὸς, ὁ καὶ ἡ, *bos*, vacca, it. homo stupidus, unde Lat. *bovis*, & h. *bos*, Ital. *bove*, & *bue*, Hisp. *bovo*, & *buey*, Gall. *boeuf*, Angl. *a beef*. Ab ἐυπέδης, ὁ, ὁ, autem vel ἔυποδος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἔυπους, æquè ac à Lat. *pedite*, ducitur Belg. *bode*, Germ. *bott*, i. tabellarius, it. famulus. Conf. ex §. 57. *Iapodes*.

CAPVT VII.

76. SVboriuntur hîc ex jam dicta voce ἔυπης nouæ particulæ: ἴβυ nempe, *multum* significans, & *magnum*; & βȣ, quæ nominum, quibus præponuntur, significationem augent; id quod facit & ἵππο ab ἵππος. De singulis adducam exempla.

77. Cum particula ἴβυ componuntur: 1. Ἰβύθηλος, quod per aphær. redditur βύθαλος, mammosus, unde Lat. *botulus*, Ital. *boldo*, & *boldone*, Gall. *boudin*.

2. Ἰβανέω, haurio, compon. ex ἴβυ, & ἀνέω, vel ἄνειμι, sursum eo, it. scateo, scaturio.

78. Βȣ in fronte gerunt: 1. Βȣλάπαθον, *lapathum agreste*, radicis altitudine à sativo differens.

2. Βȣμέλιος, & βȣμελία; Lat. *bumelia*, q.d. bubula fraxinus, fraxini quædam species.

3. Βȣκράνιον, *bucranium*, herba quædam, unde Gall. *bugrande*, & *bugratte*, i. anonis.

4. Βȣσέλινον, *buselinum*, herba est sativo apio similis, solaque caulis brevitate, & rufa radice ab eo differens.

5. Βȣ́μασος, *bumastus*, uvę genus, crassioris mammæ instar intumescens; al. *bumamma*.

6. Βȣ́γλωσσος, vel βȣ́γλωσσον, boum linguę similis herba, Lat. *buglossum*, (Ital. *buglossa*, *bugalossa*, & *buglosa*, Gall. *buglose*, & *buglosse*) al. *borrago*, it. piscis qui Latinis *solea*, vel *lingulaca*: Venetis à folij similit. *sfoglio*; Romanis *linguatula*, Gallis *sole*, Angl. *soole*, Belg. *scholle*.

7. Βȣ́πλευρον, herba quę Lat. *bupleuron*.

8. Βȣ́τομος, vel βȣ́τομον, sc. φυτὸν, frutex quidam palustris, Lat. *butomum*, vulgus hodie *juncum cabacinum* appellat.

9. Βȣ́σικον, Lat. *busicon*, ficus erat pręcipuę magnitudinis, sed fatuo sapore, quę alio nomine *marisca* dicitur.

10. Βȣβάλανος contrahitur in βȣβῶνος, unde βȣβὼν, ὁ, Lat. *bubo*, * i. inguen, & tumor, seu morbus inguinis, qui Hisp. *buba*, seu *buva*, & plur. *buvas*, *buas*, Gall. *bubon*, *bube*, & *bubbe*, unde Angl. *a bubble*, Belg. *bobbel*, i. bulla.

* *Bubo* pręterea notat etiam avem intumescentem, quę aliàs *noctua*, Gręcis βύας, quod corruptè dic. pro βόης, i. clamosus, vociferator. Ital. *bufo*, & corrupt. *gufo*, Hisp. *buho*, *buharro*, *buarro*, & *lechuza*, Gall. *hibou*, tanquam ab ἱππαέτος, i. grandis aquila, it. *hua*, *huard*, *huette*, & *hulotte*, it. *chat huant*, unde Belg. *schaffuyt*, *schavuyt*, *schuyf-Wt*, sive *schuyf-Wl*, it. *Kat-Wl*, Germ. *huW*, it. *Kautz*, it. *schuffuth*, *schuhu*, & *huhu*. Ob eandem rationem vocatur etiam rana venenata Latinis *bufo*. Et buccones tandem in Italiâ ea propter *buffoni* audiunt.

79. Adjicitur particula hęc non plantis solùm, sed & animalibus quibusdam, ut:

1. Βȣκέφαλος, *Bucephalus*, quo nomine Alexandri Magni equus insignitur, à quo non solùm *Bucephalia*, Urbs Indię, quam Alexander ipse condidit, dicta; sed & alia hujus nominis prope Rostochium, vulgò *BuzzoW* (Vechnero *Bucephalea*, qui eam Suerinensis Episcopi sedem facit) in ejus memoriam extructa fuit, unde pòst *Westphaliam*, cujus insignia *Bucephalus*, nomen traxisse arbitror. Itali hinc dicunt *Bucefalo*, & *bucefalone*, unde per metath. *buscalfana*, & cum Hisp. *alfana*: nisi rectius à *musca elephas*, ex Luciani adagio: Ἐλέφαντα ἐκ μύας ποιεῖς, elephantum ex musca facis.

2. Βȣνεβρος, magnus hinnulus, grandis & adultus hinnulus.

3. Βȣ́παλος, magnus, propriè magnus luctator, it. asinus, unde Gręc. βȣ́βαλος, Lat. *bubalus*, Ital. *bufolo*, Hisp. *bufalo*, & *bufano*, Gall. *buffle*, Angl. *a buffle*, vel *a buff*,

Belg.

Belg. *eenen buffel*, Germ. *ein büffel*, seu *biffel*, it. *büffel-ochs*. Cæterùm *Bupalus*, seu *Bubalus* nominatur pictor ille Clazomenensis, in quem Hipponax poëta, eò quod ejus effigiem publicè deridendam expoſuerat, tam amarè invectus est, ut eum ad ſuſpendium credatur impuliſſe.

4. Βέπαις, ſic Apollo ab Apollonio Rhodio appellatur, qs. d. grandis puer, puer adultus, it. adoleſcentulus, adoleſcens, (Lat. *bupæda*, unde Hiſp. *bobo*, *bovo*, Angl. *boye*, & *boy*, Belg. *boeve*, & *boef*, Germ. *bube*, & *bub*) it. bovis filius, bove natus, apum epith. quod ex taurinis oſſibus naſcantur.

5. Βεφάγος, q. d. qui bovem unâ cœna abſumſerit, vorax, edax, comedo; *Buphagus* ergo cognominabatur Hercules, it. Japeti filius, à quo & in Arcadia *Buphago* fluvio nomen. Ita etiam larus vocatur ob voracitatem.

Et ſæpe originem dat animalculis exiguis, ut: 1. Βέτυπος, bovem cædens, qui boves mactat: eſt etiam ſpecies animalculi, quod ἐμπὶς dicitur, unde Lat. *tipula*. 80.

2. Βέπληξ, boves feriens aut pungens, unde (ſicut ab ἄπυες, *anus* §.7.) Lat. *pulex*, Ital. *pulice*, *pulce*, *pulicino*, & h. *pulicinello*, Hiſp. *pulga*, Gall. *pulce*, *puce*, Angl. *a flea*, Belg. *een vloye*, Germ. *ein floch*, id.

3. Βέπρυσις, inſectum eſt de genere cantharidum ſanguine carens, ſimilimum ſcarabæo longipedi: ſic dictum quod in herba à bobus devoratum eos tacto felle ita inflammet, ut rumpat. Lat. *bupreſtis*, Ital. *bupreſto*, Gall. *bupreſte*; & eſt quoque oleris ſylveſtris ſpecies, quod vulgò officinis corrupto nomine vocatur *reſta bovis*, & *arreſta bovis*, al. *ariſta bovis*, it. *remora aratri*, Ital. *reſta bove*, & *arreſta bue*, Galli à jam dicto *bupreſte* dicunt *vit de preſtre*, it. *arréte boeuf*, Hiſp. *detiene buey*, it. *maguey*, & *filiagulla*, Angl. *reſt-harrow*, it. *gorſe*, it. *camocke*, ſeu *cammock*, & *ground-furz*, Belg. *oſſenbroke*, it. *ſtalkruydt*, & *prangh-wortel*, Germ. *ochſenbrech*, id.

4. Βεκέντης, qui boves ſtimulo impellit, it. muſcæ genus, gregibus maximè infeſtum, Lat. *bucentes*, Ital. *zenza*, *zenzara*, & *zenzala*, Hiſp. *zangano*, & *zancudo*, unde Germ. *ſchnaak*, i. culex. Et fortaſſis etiam Angl. *a ſnacot*, acus, piſcis quidam; nec non *agnat*, i. culex, it. Angl. & Belg. *ſnake*, i. coluber, anguis.

Auget quoque res inanimatas, & arte factas, ut: 1. Βέκεντρον, *bucentrum*, ſtimulus. 81.

2. Βεκένταυρος, *Bucentaurus*, i. magna navis centauro inſignita, qualis eſt multo auro ſplendens Venetorum *Bucintoro*. Et olim apud Virgil.

——— *Centauro invehitur magnâ*.

ſupple, *navi*.

3. Βεθυσία, *Buthyſia*, magnum ſacrificium, cujus ſacerdotes Plautus *Buthytas* appellat.

4. A *ſica*, quod genus eſt gladij brevioris, hoc modo formabis Sclavorum *buſicano*.

Inſervit præterea ad vitia exaggeranda, ut: 1. Βεγάϊος, qui valde ſe jactat, magnus jactator. 82.

2. Βεκόριζος, admodum mucoſus, ideoque ſtolidus.

3. Βεβάρας, qui inſtar bovis eſt gravis, it. tardus, ſtupidus.

Item in deſcribenda famis acerbitate: ut: 1. Βέλιμος, & βελιμία, Lat. *bulimus*, bovina fames, it. morbus equorum. idem & Hebr. dic. BVLEMOS, i. eſuries continua ſine ſatietate. 83.

2. Βέπεινα, Lat. *bupina*, magna fames.

3. Βέβρωσις, ingens fames, it. triſtitia, acerbus dolor.

Figuras etiam grammaticales particula hæc non reſpuit; in quibuſdam enim compoſitis mutatur per antiſtoechon, ut: 84.

1. Φιβάλιος, pro quo etiam dicunt φιβαλὶς, & φιβάλεον, ficus quædam ſpecies, it. φιβαλέη, ἡ, carica, ficus arida: eſt à βεβάλιος, i. σῦκος ἄγριος, quod à βέβαλος.

2. Βεβάλιος autem, numeratum inter ornamenta bracchialia, rectius formabitur à βεφάλιος, i. ſcutulum quoddam ſplendidum & album, à φαλὸς.

3. Βάβαλον αἰδοῖον, foramen, porta, corruptum puto ex βυβάλιον, quod pudendum muliebre notat, & cucumerem sylvestrem. Hinc quis posset ducere *Babylon*, eâ sc. ratione, quâ Thracum Regia hodiedum *Porta Ottomana* vocitatur. Nobis verò BABELIS originem rectius arcessere lubet à βαβέλιος, Pamphiliis pro ἀέλιος, quod per epenth. poët. dic. pro ἥλιος, i. Sol. Solem enim Chaldæi, ut pote astrorum (circa quæ totum eorum studium versabatur) principem, egregio cultu colebant. Heurn. in Indico, p.150. Hujusque intuitu Thebe Ægypti, Corinthus & aliæ urbes in Cilicia & Cœlesyria, * *Heliopoles*, idest Solis civitates à Græcis fuerunt appellatæ.

* Heliopolis Cœlesyriæ urbs hodie Postello vocatur *Balbec*.

4. A βυβελκὸς, boves trahens, est Lat. *bubulcus*, & h. Ital. *bifolco*.

5. Βυπέλεθος, corrumpitur in βόλιθος, βόλιτος, it. βόλβιτος, & βόλβιτον, Lat. *bulbitum*, pro fimo bubulo.

85. Syncopen admittunt: 1. Βύτυρος (unde βύτυρον, Lat. *butyrum*, Ital. *butiro*, *botiro*, *botero*, *biturro*, *buturo*, & *burro*, * Gall. *burre*, *beurre*, Angl. & Germ. *butter*, Belg. *boter*) herbæ species, quod contrahitur in βότρυς, υος, ὁ, Lat. *botrus*, uva, it. herbæ genus, quod alio nomine ambrosia, & à quibusd. artemisia vocatur.

* A *burro* Chymici vocant *bur*, succum quendam mineralem, in Lex. Med.

2. A jam dicto βυβάρας, §.82. facile nomen trahit βαάρας, radix quædam.

3. A βυγενὴς, è bove ortus, seu genitus, Lat. *bugenes*, Bacchi & apum epith. erit Ital. *bugno*, i. alveare, & ab hujus similit. Germ. *bunge*, i. tympanum.

4. Contra per epenth. dicitur *Buttstadium* oppidum Germaniæ, boum mercatu clarum, à βυστάδιον, i. boum stabulum. Conf. & ex §. 79. *Westphalia* pro Bucephalia.

86. Per aphæresin βυ abjiciunt: 1. Βυάγορος, unde βυάγωρ, ὁ, armenti ductor; & Ἄργος, *Argus* ille, quem Poëtæ fabulantur à Junone constitutum fuisse custodem Ius, Inachi filiæ, quam Jupiter in juvencæ formam commutaverat.

2. A βυκολέω, ῶ, boves pasco, it. alo, & metaph. pasco, lacto, it. demulceo, delinio, it. decipio, est Lat. *colo*, *is*, unde *colonus* (Angl. *a clown*) *colonium*, & *colonia*, ex quibus iterum per eand. fig. fluunt Belg. *loon*, & Germ. *lohn*, i. merces; nec non *lehn*, i. feudum.

3. A βύκερως, sive βύκερας, fœnum græcum, fortean est Ital. *crescione*, Gall. *cresson*, Angl. *water-cresses*, Belg. *Kersse*, Germ. *Brun-kress*, i. nasturtium.

4. Ad imitationem horum dicunt Germani *Durlach*, pro *Budoris lacus*, urbs quædam Germaniæ. Item *zelten*, & *zeltlein*, i. trochiscus, à Lat. *buccellatum*, Ital. & imprimis Venetis *buzzeladi*; à quorum similitudine fortean nomen habet nummus *Bucelotus* Mantuæ, cujus meminit Rob. Cenalis de mensur. & pond. ratione, p. 67.

5. *Tipula* à βύτυπος, vid. §. 80.

87. Hac mediante figurâ possent quoque duci à 1. Βυκέφαλος, Græc. Καβάλλης, Lat. *Caballus*, Ital. & Hisp. *cavallo*, Gall. *cheval*.

2. Βύτορος, boves penetrans & transfigens, Lat. *taurus*, Ital. *toro*.

3. Βυβάρας, qui instar bovis est gravis, i. tardus & stupidus, Lat. *barrus*, Germ. *Farre*.

4. Βύπλευρον, Græc. βλέφαρον, Lat. *palpebræ*.

5. Βύτομος, *butomum*, herba quædam, Lat. *dumus*.

6. Βύπρησις, Ital. *rospo*.

7. Βύπαις, Lat. *apis*. Cum verò sit ratio dubitandi, ad etyma, quæ suo loco pandam probabiliora te remitto.

88. Tertia hîc enucleanda restat particula

Ἵππο,

quæ etiamnum herbis plerunque solet adjici, ut:

1. Ἱππο-

1. Ἱπ͂πομάραθρον, fœniculum sylvestre, à magnitudine, quâ sativum excedit, ita appellatum. Divisa quoque voce dicitur ἵππειον μάραθρον, i. fœniculum equinum.

2. Sic ἱπποσέλινον redditur *equapium*, i. equi, seu equinum apium.

3. Ἱππολάπαθον, lapathum sativo majus.

4. Ἱππόγλωσσον, itidem fruticis genus.

5. Ἱππογνώμων, pro μεγαλογνώμων, qui magno est animo; al. qui equas gravidas ab aliis internoscit.

6. Ἱππόπορνος, immane scortum; apud Athenæum de magno etiam stupratore dicitur.

7. Ἱπποτυφία, equina superbia, i. immensa.

In his & sim. ἵππο verè particulæ vicem subit, magnitudinem rei indicans: in sequentibus autem, quæ ὡς ἐν παρόδῳ hic lubet adnectere, equi notionem retinet, ut: 89.

1. *Hippodromus*, ἱππόδρομος, equorum cursus, it. iter quod uno die conficit eques.

2. Ἱππομανὲς, *hippomanes*, de quo leg. Voss.

3. Ἱπποκένταυροι, *hippocentauri*, monstrosum hominum genus in Thessalia, anteriore parte hominum, posteriore equorum effigiem referens.

4. *Hipperæ*, ἱπποπῆραι dicuntur sacculi, quibus equites itineri necessaria secum circumferunt.

In quibusdam prima hujus particulæ syllaba per conversionem mutatur in *vi*, vel *bi*, ut: 1. Ἱππὼν, equile, it. oppidum Locrorum in Brutijs, post à Romanis nuncupatum fuit *Vibo*, *onis*. Idem quasi fit in *vitricus* à πατρικὸς, i. πατρὶ εἰκὼς, unde Græc. πατρυιὸς, & πατρωὸς, i. vitricus. 90.

2. Ἱππάκης, ὁ, equi coagulum, ob similitudinem causa appellationis fuit Lat. *vibicis*, unde *vibex*, i. plaga prægnans, Plauto. Parique modo τάμισος, ȣ, ἡ, coagulum notat, & pellem hirco recens detractam. Conf. & ea quæ ad §. 35.

3. Ex *hippagoga*, quod Livius & alij dixere pro *hippagine*, ab ἱππαγωγὸς, i. navis equis trahendis destinata, Itali fecere *bicocca*, Hisp. *bicoca*, Gall. *bicoque*, i. tenue & ale munitum oppidum.

4. Ab ἱππότιλος, morbus equi, quo venter in nimiam excretionem laxatur, est ἱπποτιλογενὴς, unde *vitiliginis*, ex quo Lat. *vitiligo*, * Ital. *guidalesco*, corruptius *guidaresco*, & *vivaresco*, idemque ipsis significat ac petimen, seu ulcus jumenti. Fit enim τίλος à σπάτιλος, quod videbis s. l. in voce σπίλος, j. vitiligo.

* Eodem modo ab ἑλειογενὴς, in palustribus locis natus, τὸ ἑλειογενὲς, oryza, fit Lat. *siliginis*, unde *siligo*, vulgò *secale*, Ital. *segale*, & apud Ferr. *secala*, Senens. *segala*, Insubr. *segra*, Gall. *seigle*, & *segle*; quæ quidem re differunt, quamvis nomine conveniant. A Lat. *siliginis* Græci recentiores iterum fecere σίλιγνις, i. optimum triticum, purissimumque, &c. Conf. λιγνὺς, §.37. it. *origo*, *inis*, §.61. sic

Ab ἀθερηγενὴς, aristas generans, nobis est ἀθραγένη, arbor quædam, unde iterum ἀδράχνη, *adrachne*, arbor unedoni similis.

Nonnunquam intercedit metathesis cum syncope conjuncta, ut: 91.

1. Ἱππόβοτος, equos pascens, seu alens, ut: ἱππόβοτον ἄργος, ab equorum, qui ibi alebantur copia, it. equis pascendis aptus, ut: ἱππόβοτος χώρα. Sic ἱππόβοτον πεδίον, apud Eurip. & *Hippoboton* absolutè vocabatur pratum sub Caspiis portis amplissimum. Ex hujus vocis ruinis Latini suum extruxere *oppidum*, * proprieque dic. de loco, unde mittuntur equi, id quod plenius ac planius Varro exponit; pôst de loco ædificiis constituto, muroque & fossa concluso.

* Sic *Bostar*, locus ubi boves stare consueverunt, videtur idem esse cum *Bostra*, quæ Phœnices civitas est ad mare sita: sed rectius hujus vocis etymon ducitur per sync. à ποτίστρα, i. locus ubi animalia aquantur, seu aquatum compelluntur: Hinc enim Græcis quoque dic. πίστρα, i. canalis in quo adaquantur pecora, it. alveus.

2. *Hippion Argos*, Apuliæ civitas à Diomede condita, mutato nomine pòst Argyrippa, hodie *Arpi* dicta.

92. In plerisque tamen prima syllaba per aphær. abjicitur, ut:

1. Ἱππαγὸς, vel quod usitatius ἱππηγὸς, idemque valet quod ἱππαγωγὸς, est Græc. πηγὴ, primoque ductum, tractum vel ortum rei signat, ut: ἡλίου πηγή. Et postea pro fonte seu scatebra sumitur. Ex Plinij verò *Hippagus*, quod apud Voss. lego, eruitur Lat. *pagus*, antiquum Corinthi nomen, idemque signif. quod Gall. *bicoque*, §.90.

2. *Bellua* sc. fera, quæ describitur esse immanis & formidabilis, si non est ab ἔλαφος, ex §.67. erit per aph. ab ejus cognato ἱππέλαφος, i. equicervus.

3. Ἱπποθήλης, equimulgus, constringitur in πῶλος, unde Lat. *pullus*, Ital. *pollo*, it. *poledro*, & *poltro*, Hisp. *pollo*, it. *pollino*, *potro*, Gall. *poulle*, it. *poullain*, *poutre*, Angl. *foal*, & *fole*, Belg. *volen*, seu *veulen*, Germ. *fole*, & *füllen*, quod idem. Atqui æquè corruptum vides αἰγοθήλης, in αἰγιθαλὸς, & per sync. αἴγιθος, avium nomina.

4. Ab ἱππόθορος, in equas insiliens, equas inscendens, seu iniens, admissarius, est Græc. obsol. πόρδος, unde adhuc πόρδαλις, quod alii pro *pardali* accipiunt; it. πόρτις, & τ ejecto, πόρις, juvencus, juvenca; it. πόρταξ, idem. Et fortean apud Italos: *un brado toro*; sed ideò ab ἱππόθορος νόμος, i. cantio quæ equabus coëuntibus accinebatur ad eas magis stimulandas, non est Ital. *bordone*; verùm à βαρύτονος.

5. Quomodo etiam ab Ἱππάετος (ad §.78. 10.) Lat. *pætus*, & h. *Pætorum* apud Patavinos & Romanos olim familiare cognomen.

Ἱππάγιος, Ital. *paggio*, Hisp. cum cæt. *page*.

Ἱππάρδιον, Belg. *paerd*, Germ. *pferd*. Et ab

Ἱπποπόλος, Lat. *populus*, & dim. *popellus*, Ital. *popolo*, Hisp. *pueblo*, Gall. *peuple*, Angl. *people*, Belg. *popel*, Germ. *pöbel*, originem agnoscant, hæc ex Princ. Philol. nostro satis clara existimamus.

6. Ab ἱπποφυὲς, τὸ, frutex sive carduus quidam fullonius, pro quo etiam dicunt ἱπποφαὲς, est Lat. *hippophaes*, & Germ. *beyfues*, corruptius *bibes*, i. artemisia.

7. Ab ἱππάφεσις, carceres, unde dimittuntur equi ad currendum stadium, ducam *Paphos*, hod. *Baso*, urbs in insula Cypro, Veneri sacra. A qua Venere Paphia nomen esse reor *Papiæ*, vulgò *Pavia*, Insubrium civitati, cujus nominis originem alii adscribunt *Papio* cuidam Gallorum Duci; quæque alio nomine *Ticinum*, à Ticino fluvio §.66. appellatur.

8. Ab ἱπποσύνη sc. χώρα, i. equestris regio, videtur esse *Bosnia*, vulgò *Bossina*, Illyrici provincia.

9. Ab ἱππόστασις, equorum statio in stabulis, non abludit Ital. *posta*, Hisp. *puesta*, Gall. *poste*, Angl. Belg. & Germ. *post*, i. mansio veredariorum, quas Cl. Ferrarius describit, loca mutandis jumentis ad cursum publicum *disposita*.

10. Pro *Hippolytus* (quod ab ἵππος & λύω) Germani dicunt *Haubold*, Ital. *Ubaldo*, Ven. *Boldo*, Austriac. *Pölten*, Conf. & *Ubaldus* ex §.68.

11. Ab ἱππώνης, equorum emtor, qui equariam mercaturam exercet, nomen retinuisse suspicor *Pona*, illustris quædam in his oris familia. Sic *Hippon*, Africæ urbs à Græc. ἱππὼν, ῶνος, i. equile, Hispanis dic. *Hipona*, vulgò (Mercatore teste) *Bona*, Gall. *Bonne*. Ejusdemque originis est *Bonna*, Germ. *Bonn*, oppidum ad citeriores Rheni ripas situm. Nec dubium, quin ab ἱππώνης sit quoque *Bon*, olim Thuscorum rex, à quo regio & urbs *Bononia*, vulgò *Bologna* dicta. Cato de Orig.

12. Ab ἱπποκορυστὴς, galeatus eques, bellicosus, it. bellator equestris, qui armato equo pugnam init, epith. Apollinis in epigram. Græc. nobilem in Germania familiam *Bochorst* nomen ducere arbitror.

93. Dantur & nomina, quibus ἵππος in fine adjicitur, ut:

1. *Philippus* à Φίλιππος, equorum studiosus, it. bellicosus, Ital. *Filippo*, Germ. *Philip*, & *Lips*; nec non *Viel-lieb* à *Filippa*.

2. *Phidippus* à Φείδιππος, equis parcens.

3. Sic *Anaxippus*, *Chrysippus*, *Damasippus*, *Leucippus*, *Menalippus*, *Hermippus*, *Gylippus*, & *Speusippus*.

4. Inprimis de adolescentibus dicitur, quod soleant esse ἀργύριπποι, quomodo *Argyrippus* in Plauti Asinaria.

5. Quædam tamen hujus terminationis nomina aliunde petuntur, ut:
Cratippus à κρατάιπες, qui validis pedibus est. Conf. *Ahasverus*, §.63.
Codroipo à *Codropolis* in Carnis, sive in Illyriæ confinibus oppidum. Sic
Belippo, pro Belipolis.
Bessipo, seu *Besipo* pro Bessipolis; Et
Colippo pro Colipolis, hæc Lusitaniæ; illa Hispaniæ Bæticæ oppida.

CAPVT VIII.

HAc occasione orta est & alia novitas, sibilans nempe τῦ 94.
ἰῶτα & ὐαῦ
pronunciatio, quarum una *per dentes*; altera *per labia* spiratur. Vid. & in Princ. Phil. n. p. 87.

Ἰοὺ, vel ἰοῦ enim proprie de mulieribus dicitur, & *sibilo quodam* ab ipsis proferebatur, unde postea scriptum etiam fuit σοῦ σοῦ. * Italis *sciò sciò*, Hisp. *ox ox*, Angl. *so-ho*, Germ. *hoscha-hò*, voces quibus aves abigebantur, quæque originem dedêre verbi σόω, i. in fugam conjicio, cujus imperat. etiamnum σόει habet, & σοῦ. 95.

* In notis Cl. Michaelis ad Gaffarelli curiositates, p. 187. super locum in Matth. 27.9. Referunt nonnulli, literarum compendiis facile τὸ ἰȣ̃; h. e. ἱερεμίȣ, in ζȣ̃, h. e. Ζαχαρίȣ, mutari.

Ex eadem sibilatione nascitur quoque sonus literæ, sive interjectionis apud Latinos quidem silentium innuentis 96.
ς, latinè *st*;
Græcis autem dictus ἐπίσιγμα, vel ἐπίσισον, canum in venatione incitamentum & instigatio: unde nobis Lat. *ast*, & *at*: & fortean quoque Græcorum
σίτλα, ψίτλα, φίτλα.
Voces quibus pastores gregem ad festinandum incitare solent: ubi notabis σίτλα ὁμωνύμως alludere ad σῖτα, tanquam ad cibum capiendum: Vel corrupte ita dici à σῦθι, pro σύθητι, i. festina.

Ἰεῦ verò magis per labia pronunciatum, scriptum postea fuit φεῦ, ut: φεῦ τῆς τύχης! ab eo dicitur, qui infortunia sua deplorat, seu fortunæ iniquitatem accusat, it. Αἶ τεχνῶν κενῶν! Φεῦ δόλων ἀναριθμήτων! *O fallaciæ inanes! heu doli innumerabiles*. 97.

Latinis priscis minus æolicè; *heu*: recentioribus autem; *phy*, quæ commiserantis, ut plurimum verò admirantis, & nonnunquam despicientis erat particula. Hujus cognata est quæ apud Plaut. in Pseud. legitur: *Phui in malam crucem*, quæ interjectio est tetrum aliquid & spurcum aspernantis, unde apud Colef. *fu, fu*, Gall. *fy*, seu *fi*, & *foin*, Angl. *phy, phy*, it. *fie, foh, fough*, Belg. *fy, foey*, Germ. *foy, phuy*, & *pfuy dich an*. Idemque intelligunt Itali quando dicunt: *via via*, Germ. *weg weg*, Belg. *wegh*, i. apage, apagete.

Præfigebatur ἰῶτα illud & aliis vocibus, ut: 98.

1. Ἰα, vox & clamor. Conf. ἔα, §. 19.

2. Ἰὴ, vox lætis acclamationibus adhiberi solita, cui respondet Lat. *io!* quando exprimit gestientis lætitia affectum, v.g. apud Athenæum leg. ἰὴ παιὰν, quod Horat. reddit: *iò pæan!* in adag. Erasm. Unde Ovid. 2. de Arte:

Dicite io, Pæan, & io bis dicite Pæan.

Et Plaut. in Cas. *Io hymen hymenææ! Io hymen*. Angli hinc dicunt: *hey day!* ohe ô festum diem! it. ô *joyful day!* ô lepidum diem! Germani verò ovantes: *juch holla, juch hoscha, juch heysa, viva!* vid. & *io!* in §.21.

3. Similiter dicebant ἀὴ, §.18. & cum jota ἰωὴ, & ἰωγὴ, ſicut ab ἰὲ, ἰυγὴ, pro quavis voce, flatu & clamore.

99. Aliis vocibus contra aſſigebatur, ut:

1. Ὀὶ, *hoi*, Hebræis quoque ΟΙ, & ΗΟΙ, adv. ægrè ferentium, illachrymantium, & timentium, v. gr. ὄι μοι, & pro hoc, ὤ μοι, *heu mihi*, Ital: *hoi*, & *ohimè*, ſive *oimè*, & *omè*; ſic *oi tu*, & *oi ſe*, it. *ohibò*, pro oh vos! Gall. *hon*, *hon*, Germ. *ò himmel!* quo alludunt ad Ital. *ohime*, propriè tamen ſignificat: ô cœlum! Interdum autem admirantis, ut: *ὀὶ μ' ὡς ἥδομαι*, *hei mihi quàm lætor*.

2. Ἄι, vel ἆι, Lat. *hai*, pro heu, eheu, Ital. *ahi*, Germ. *ach!* ægrè ferentis, ſuccenſentis & lugentis; plerunque geminatur αἰ αἰ, & interdum terque quaterque repetitur. Apud Germanos *ai ai*, eſt vox amici corripientis, it. commiſereſcentis.

Extat apud Lucian. in Dial. Charontis cum Mercurio, pag. m. 187. locus huc faciens:

Ὅταν δὲ σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀτοτοῖ, καὶ αἰ αἰ, καὶ ὤμοι μοι. εἰ δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνενόουν ὅτι θνητοί τέ εἰσιν αὐτοὶ, καὶ ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ, ἀπίασιν, ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος, πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, ἔζων τε ἂν σωφρονέστερον, καὶ ἧττον ἠνιῶντο ἀποθανόντες. hoc eſt:

At ſi quando ſua ſe ſpe falſos ſenſerint, tum illud ohe frequens in ore, pariter & eheu, & eheu, & heu mihi. Quod ſi jam inde ab initio ſecum perpenderent, mortales ſe eſſe, ac poſteaquam paululum hoc temporis in vita fuerint peregrinati, hinc relictis terrenis rebus omnibus, velut è ſomno migraturos, profectò & prudentius, circumſpectiuſque vitam ducerent, & cum emoriendum eſſet, minus angerentur.

100 Voculæ hæ adjunctæ ſuperioribus varias iterum pariunt affectuum ſignificationes, ut:

1. Οὐαὶ, Lat. *vai*, *vahi*, it. *vaeh* & *væ*, ſunt interjectiones execrantis, dolentis, vel dolorem denunciantis, ut: *væ miſero mihi*; Ital. *guai*, unde *guaio*, & *guaire*, Sen. *guatire*, Hiſp. *guay de mi*, Germ. *Wehe*, *Wehe mir*, & hinc *Wehmern*, i. gemere. A *vahi* autem eſt *vahire*, & uſitatius *vagire* Latinorum, cujus quidem verbi M. Varro in Libb. Rerum Divinarum apud Agell. lib.16.c.17. aliam tradit rationem: Nam ſicut *Aius*, inquit, Deus appellatus, araque ei ſtatuta eſt, quæ eſt in infima nova via, quod in eo loco divinitus uxor ei data erat: ita *Vaticanus Deus* nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia, quoniam pueri ſimul atque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in *Vaticano* ſyllaba eſt: Idcircoque *vagire* dicitur, exprimente verbo ſonum vocis recentis.

2. Ex οὐαὶ ſi jota in fine abjeceris, efficies οὐὰ, Lat. *vah*, inſultantis & admirantis, nonnunquam etiam lætantis militis, qui hinc *ovare* dicebatur: aliquando eſt & exultantis, ut Plaut. in Bacchid. *Vah, ſalus mea, ſervaſti me*.

3. Cognata huic eſt exultantis & ridentis interjectio *vaha*, apud Plaut. in Caſina.

4. Εὐοῖ, * εὐὰν, ** & εὔευ, voces erant acclamatoriæ mulierum bacchantium, unde & *evare*. Leg. Voſſ. in *evoe*.

* Εὐοῖ componitur ex εὖ ὄι, Laconum more, pro εὖ σοὶ, bene ſit tibi.

** Εὐὰν aliàs vicem præſtat vocativi ab ἔυης, ſicut ἐτὰν, & per aph. ὦ τὰν, ab ἔτης, ου, ὁ, amicus, ſocius.

5. Ἰαυοῖ exclamatur adventante gaudio, it. vox erat audientis vocantem & reſpondentis.

6. Ἰαβοῖ verò, ἀϊβοῖ, & ἰαιβοῖ, indignantium & dolentium.

7. Σαβοῖ contra vox bacchantium, quæ ſubjungebatur voci εὐοῖ, unde σαβάζειν, i.e. εὐάζειν, & *Sabazius* ſc. Dionyſius à Thracibus ſic appellatus.

Ex quibus, ut ſummatim cuncta complectar, facile erit colligere priſcam, rudemque antiquitatem, dum *Fabulino* adhuc ſacrificabat, non tam agri, quam linguæ culturæ ſtuduiſſe, ideoque

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis, *

Hinc

Hinc inde literarum flosculi & particulæ quædam, quas usu indulgente vulgus novarum rerum cupiens, fingendi avidum, adstrepens quæ pauci incipiunt, nihilque ultra verba audens, ** suppeditavit & suggessit, primævis monosyllabis tum suavioris connexionis & distinctionis; tum majoris emphaseωs gratiâ accrevêre, quæ quidem fusius tractabuntur in sequentibus.

* *Catulli.* ** *Taciti verba.*

Seneca Epist. LXV.

Etiamsi omnia à Veteribus inventa sunt: hoc semper novum erit, VSVS & inventorum scientia & dispositio.



SECTIO,



Illi inter sese magnā vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum. Virg.

SECTIONIS SECVNDÆ
CAPVT PRIMVM.

§. 101.

Ω Ergò principem personam denotans assumsit primò ν * æolicum, vel quod ἐφελκυστικὸν vocant, & factum est

ὦν

Alijs adjungere placuit νη (cujus particulæ origo infra docebitur) & factum

ὦνη,

quæ quidem apud Græcos periere, cum innumeris aliis; malum, quod linguis est commune; quibusque postmodum reperiendis Oedipo conjectore opus est, qui Sphingi interpres fuit.

* Eandem liquidam Hebræi quoque suavioris tinnitus gratiâ adjecere τῷ *ai*, *zai*, *si* & *schi*, ut sonent: AIN, ZAIN, SIN & SCHIN; idemque factum apud Græcos in particulis κε, κὲν, με, μὲν, τε, τὲν, nec non in neutrius generis terminatione, v. g. τοσοῦτο, τοσοῦτον, &c. Conf. *Iocktan*, pro Iocata, ex §. 55.

102 Alia vice, & quidem ab Atticis adjunctum ipsi fuit γε παραπληρωματικὸν, unde

ὦγε, conversim ἐγὼ, poët. γὼ,

quodque juxta idioma Doriensium denuò reassumsit easdem particulas hoc modo: ἐγὼν, ἐγώνη, ἔγωγε, & ἐγώνγα, Æol. ἐγῶν.

103 Conjunctum etiam ἐγὼ cum particula μεν coaluit in ἔμεν, id quod & Latinis usu venit, pro *ego quidem* dicere *equidem*.

104 Primam excipit secundæ personæ nota

ὖ

quam à mulierculis primùm dixerim molli quodam sibilo pronunciatam (§. 95.)

ὖς

(unde adhuc superesse reor Lat. *heus* *) post ad differentiam, quam habet cum immundo animali, conversam fuisse in

σὺ

& durius à Doriensibus redditam

τὸ

τὺ * *.

pariterque antecedentis incrementa sumsisse, unde

τύνη, & σύγε, nec non ἦμεν, & ἦδε,

quæ partim ab interitu vindicata, & salva nobis remansêre.

* Ita Cic. in Epist. *heus tu quid agis?* Et
Horat. Serm. 1. Sat. 3. ——— *Heus tu,*
(quidam ait) ignoras te?
Sic Phidippus Terentianus: *Quid agis Myrrhina? heus, tibi dico.* Cui illa respondet: *Mihine mi vir?*
Et Plaut. bis in Menæch. *heus mulier, tibi dico.*
Item in Pseud. *Hodie nate heus, hodie nate tibi ego dico, heus hodie nate, redi & respice ad nos.*
** De Actione, quam Sigma instituit adversus Tau, leg. Luciani Iudicium Vocalium.

CAPUT II.

CAsuum formationes antequam aggrediamur, lubet generum *motiones* dignoscere, quarum originem musices beneficio, sonorum scilicet musicalium intonationi debemus. 105

Dispositis etenim vocibus, ut in Principio nostro Philologico videre est, Iubalem statuimus observasse *ab effectis* duas ibi latere virtutes, seu qualitates, masculam nempe & fæmininam; ideoque separatas intonationes cum haberet 106

ὦ — ἶ — ὄ —
— ἔ — ἦ — ἆ.

Quibus hodie respondent

ut — mi — sol —
— re — fa — la.

illam masculinæ; hanc fæmininæ significationis vocibus applicuit.

De significatione, seu genere vocum, ne aliorum defugiam commemorare opinionem, lubet hic inserere verba supra laudati Nicolai Leonici Thomæi, qui in citato Dialogo, *De nominum inventione* ita sentit: Non temerè primores illos & nullo mentis negotio *paludes* quidem fæminino denominasse genere; *fluvios* autem masculino, (ut de animalibus, viventiumque taceatur genere) sed has quidem veluti amnium quædam receptacula fæminino protulisse genere: Fluvios verò ceu illas intrantes, seque illis immiscentes, masculina generis proportione nominare voluisse. Similique modo *intellectum* quidem nomine dixisse masculo, cum *animam* ipsam fæminea terminatione signassent: quoniam hic quidem ei lumen infundat, illa verò id excipiat, & ab illo repleri, collustrarique verissimè dicatur. Pari generis analogiâ in *Sole* etiam & *Luna* non ab re usos fuisse, cum hic quidem lumen illi affatim ingerere, illa autem ingestos excipere radios planè animadvertatur. *Neutrum* verò genus, & *Commune*, quod epicœnum, cum ex horum vel mixtura, vel distractione constitui, componique judicentur, aliis nonnullis rebus congrua naturæ proportione significanter adjecta fuisse. Hæc ille. 107

Porrò voces supradictæ ob nimium eorum usum ab aliis alia incrementa accepêre: quidam etenim ipsis adjungere sibilum 108

ὦς, ἶς, ὄς, & ἔς, ἦς, ἆς.

Pòst sibilo converso in tinnitum sonuerunt aliis: 109

ὦ, ἶ, τὸ, & ἔ, ἦ, τά.

Usquedum eò res redijt, ut pro nota masculini generis steterit 110

ὁ, nominibus præpositum; ὅς verò iisdem postpositum.

Pro fæminini autem generis nota

ἡ, præ-

ἡ, præpoſitivè, & ἥ poſtpoſitivè ſumtum.

Atque neutrius, ſeu non cogniti generis notula fuerit

τὸ, dum tali nomini præponatur, ὅ, dum eidem poſtponatur.

Cujus quidem generis notas arbitror, non ſimul cum antecedentibus, ſed longo tempore pòſt eſſe inventas, & introductas.

CAPUT III.

111 Similiter in ſcholis ibi tùm ſtatutum, & receptum fuit, ut ex eodem principio dignoſcatur etiam

Numerorum diſcrepantia.

Quæ parum immutato primigeniarum vocum tenore, in ſchema quod hic vides, fuit redacta.

Articuli Præpoſitivi

Numerus

	Singularis,	*Dualis,*	*Pluralis.*
Maſc.	ὁ, poët. τὸς,	τὼ,	οἱ, poët. τοὶ,
Fæm.	ἡ, poët. τὴ,	τὰ,	αἱ, poët. ταὶ,
Neut.	— τὸ,	τὼ,	— τά.

112 Jam ſi concinnaveris, quod ἐγῷμαι priſcos feciſſe, voces has ſecundum genera, habebis duo vocabula nova, ceu ſunt:

ὀτοτοὶ, ſive ὀττοτοὶ, & ἀτταταὶ, ſive ἰατταταὶ, Lat. *atate* apud Plaut. & per apoc. *atat.*

Quibus exclamationibus, qui à pulicibus vexabantur, uſos fuiſſe, docet Ariſtoph. in Nubib.

113 *Articuli Poſtpoſitivi*, qui ad intonationem originariam propius accedit,

Numerus

	Singularis,	*Dualis,*	*Pluralis,*
Maſc.	ὅς, Æol. ὅ,	ὥ,	οἵ,
Fæm.	ἥ,	ἅ,	αἵ,
Neutr.	ὅ,	ὥ,	ἅ.

114 Hìc uti & in præcedenti ſchemate obſerves velim, quomodo neutrius generis articulus ex utroque duali numero effluxerit. Inſuperque notabis, articulum hunc poſtpoſitivum præire terminationibus adjectivorum, & eorum eſſe quaſi normam & regulam.

CAPUT IV.

115 Caſus quod attinet, facile quis crediderit, eos in Uulcani, ſeu Tubalcaini officina cuſos eſſe; dum enim ipſo intonante terna ejus ſocietas alternis incudibus ternatim cudendo reſonantem edebat μυδροκτυπίαν, probabile eſt, talem qualem articulorum, ſeu caſuum harmoniam ex ſuperioribus voculis collectam reddidiſſe, quorum vſus in ſcholis erat *generandi*, *dandi*, & *accuſandi* ſignificata indigitare; tenore tali:

Articuli præpoſitivi; *Articuli poſtpoſitivi*

Caſus maſculini generis.

	Gen.	Dat.	Acc.		Gen.	Dat.	Acc.
S.	τοῦ	τῷ	τὸν,	S.	οὗ	ᾧ	ὅν,
D.	τοῖν	τοῖν	τὼ,	D.	οἷν	οἷν	ὥ,
Pl.	τῶν	τοῖς	τοὺς,	Pl.	ὧν	οἷς	οὕς.

Casus fæminini generis.

	Gen.	Dat.	Acc.		Gen.	Dat.	Acc.
S.	τῆς	τῇ	τὴν,	S.	ἧς	ᾗ	ἥν,
D.	ταῖν	ταῖν	τὰ,	D.	αἷν	αἷν	ἅ,
Pl.	τῶν	ταῖς	τὰς,	Pl.	ὧν	αἷς	ἅς.

Casus neutrius generis.

	Gen.	Dat.	Acc.		Gen.	Dat.	Acc.
S.	τοῦ	τῷ	τὸ,	S.	οὗ	ᾧ	ὅ,
D.	τοῖν	τοῖν	τὼ,	D.	οἷν	οἷν	ὥ,
Pl.	τῶν	τοῖς	τὰ,	Pl.	ὧν	οἷς	ἅ.

Verùm ex ſequentibus patebit, quomodo adſpiratio articuli poſtpoſitivi, tanquam naturâ prioris, in præpoſitivo abierit in tenues, uſquedum converſa in τ firma remanſit; ibique ſimul earundem terminationum origo penſiculatius indagabitur. 116

CAPVT V.

His diſcuſſis atque digeſtis examini ſubjiciendi veniunt

Perſonalium obliqui,

ubi probè notandum, olim à recto proximum, ſicut in quæſtione, ita & in declinatione caſum fuiſſe *Accuſativum*, hunc excepiſſe *Dativum*, cui ſubjungebatur *Genitivus*, cujus progenies pòſt erat pluralitas tota: Terminationem autem reſpicere primarum gentium nomina & memoriam 117

ὦ ἕ ἵ ὗ.

Nam ὦ ponamus fuiſſe *Adam*, qui nominabat & convocabat familiam. 118

Ἓ conſequenter *Cain*, quem accuſabat;

Ἳ verò *Abel*, cui dabat

Ὗ *Heva*, amborum horum genitrix.

Ordine tamen hoc neglecto, alius à Græcis introductus fuit, quique adhuc in ſcholis obtinet.

I. *Primæ perſonæ numerus ſingularis antiquiſſimus.* 119

Nom. Acc. & Voc. ὦ, Bæot. ἰὼ,
ὦν, ἰὼν.
ὦνη.

Hebræorum hinc fluxit ANI; * Syrorum verò per converſionem ENO.

* Geminum *aa* pro Græcorum ω habendum eſſe, agnoſcit & Cl. Rudbeckius in Atlant. part. 2. pag. 382.

Dualis

fit aſſumendo terminationes dualis poſtpoſitivi ὤ, vel pluralis οἵ.

Nom. Acc. (ὠνῶϊ, unde Syror. ANV)
——— νῶϊ, νῷ, νὼ, Lat. *nos*, *
Gen. Dat. νῶϊν, νῷν, ———

* Itali hinc dicunt *noi*, & *noi altri*, Hiſp. *nos*, & *nos otros*, Gall. *nous*, Angl. Wee, *us*, Belg. Wy, *ons*, Germ. Wir, *uns*.

Ejuſdem

120 Ejusdem personæ numerus singularis recentior:

Nom. ὤγε, ἰώγα,
ἐγὼ, ἔγωγε, Lat. *ego*. *
ἔγωμεν, ἔμεν, ἧμεν, ἧμεν, Dor. ἄμεν, ἄμεν.
Gen. ἐμοῦ, μοῦ,
ἐμοῦγε, ἐμεῦ, μεῦ, Lat. *mei*, ol. *mis*.
ἐμεο, ἐμέοθεν, μέοθεν, ἐμέθεν, μέθεν.
Dat. ἐμοὶ, μοὶ, Lat. *mihi*, **
ἔμοιγε, Bœot. ἐμὺ.
ἐμοίνη, Dor. ἐμὶν, μὶν.
Acc. ἐμὲ, μὲ, Lat. *me*, *** ol. *mehe*, *4* & *heme*.
Dor. ἀμὲ, Att. ἐμέγε, *5*.

* Ital. *io*, Hisp. *yò*, Gall. *je*, Angl. *i*, Belg. *ick*, Germ. *ich*.

** Ital. *mi*, Hisp. & Gall. *me*, Angl. *mee*, Belg. *my*, Germ. *mir*.

*** Ital. *mi*, *me*, Hisp. *me*, Gall. *me*, *moy*, vel *moi*, Angl. *my*, & *mee*, Belg. *my*, Germ. *mich*.

4 Originem hinc ducunt Latinorum (1) *Ehem*, & *hem*, interjectiones corripientis seipsum, it. indignantis, & admirantis.

(2) Nec non *e* pro *me* positum: Gentilium enim superstitio erat jurando dicere: *Ita me Deus Fidius amet*. *Ita me Deus Hercules juvet*. *Ita me Deus Pollux (Ceres, Castor, Quirinus, Iuno) adjuvet*. Vel prolixius apud Plaut. in Bacchid. *Ita me Iupiter, Iuno, Ceres, Minerva, Latona, Spes, Opes, Virtus, Venus, Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules, Summanus, Sol, Saturnus, Diique omnes ament*. Id quod vulgò concisius reddebatur: *Me Dius Fidius*. *Me Hercules; Me Hercule*. *Me Castor, &c*. Imò brevius adhuc, omisso scilicet *m* in principio, & *s* in fine, ut: *Ecastor*, *Equirine*, *Ejuno*, *Ecere*, *Edepol* (pro, Me Deus Pollux) *Epol*. Et abjiciendo etiam *e*, ut: *Pol*; *Hercules*, *Hercule*, *Hercle*. Sic Itali interjectivè amant dicere: *Squasimodeo, ch'ella mi par pur bella*.

5 Παραγωγὴν τοῦ γε Atticos mirum in modum amasse, ex eo patet, quod & cum aliis pronominibus junxerint, dicentes: τοῦτονγε, αὐτόνγε, pro τοῦτον, αὐτόν.

Dualis.

Nom. Acc. (ἀμ' ὦ) ἄμφω, Lat. *ambo*, *
ἄμφωγε, Æol. ἄμμε.
Gen. ἀμφοῖν,
Dat. ἀμφισί.

* Hinc Ital. *ambo*, *ambi*, *ambe*, it. *ambedue*, *amendue*, & ex Lat. uterambo, apud Ferr. vel inter ambos, *entrambi*, *intrambi*, & *tramenduni*, it. *ambassi*. Hisp. *ambos*, *ambas*, & *entrambos a dos*, it. *ambeses*, Gall. *ambesas*: Angli (per aph. ab Ital. ambedue) *both* dicunt: Belgæ & Germani autem *beyde*, & *all-beyde*.

Pluralis.

Nom. ἡμέες, ἡμεῖς,	Dor. ἄμες, ἄμμες,	Æol. ἄμμες,
Gen. ἡμείων, ἡμῶν,	Dor. ἀμέων, ἀμῶν,	Æol. ἄμμων,
Dat. ἡμεῖν, ἡμῖν,	Dor. ἀμὶν, ἀμῖν,	Æol. ἄμμιν, ἄμμι,
Acc. ἡμέας, ἡμᾶς,	Dor. ἀμᾶς, ———	Æol. ἄμμας, ἄμμε.

121 II. Secundæ personæ declinatio prima, cujus numerus singularis quidem ab usu recessit. Nom. Acc. Voc. ὗ, ὗδε.

Dualis.

Dualis.

Nom. Acc. δύω, δοιὼ, δύο, δὺ, Lat. *duo*, *
Gen. δυοῖν, & δυεῖν,
Dat. δυσί.

* Exinde ſunt Ital. *due*, Hiſp. *dos*, Gall. *deux*, Angl. *tvvo*, Belg. *tvvee*. Germ. *zvveen*, *zvvo*, *zvvey*.

Pluralis.

Nom. —— δοιοὶ, δοιαὶ, & δοιὰ,
Gen. δυῶν,
Dat. δοιοῖσι.

Altera hujus perſonæ declinatio uſitatior. 122

Singularis.

Nom. Voc. σὺ.	Dor.	τὺ, Lat. *tu*, *
σύγε		τύγα, τύνη,
Gen. σοῦ, σοῦγε,		τοῦ, Lat. *tui*, ol. *tis*.
Æol. σεῦ, Att. σέοθεν,		τεῦ, τεοῖο,
Dat. σοὶ		τὶν, Lat. *tibi*, **
(σὶν, σὶ)		τεὶν, τὶν,
Acc. σὲ, σέγε,		τὺ, τὲ, Lat. *te*, ***

A σὺ & σὲ ortum ducunt Hebræorum ZV & ZÆH, i. hic, iſte; à τὺ & τὲ autem eorundem ATAH & AT, quæ facile cum iiſdem convertuntur, ſicut OTH & TAV, i. ſignum.

* Itali, Hiſpani & Galli etiamnum dicunt *tu*, Angli *thou*, Belg. & Germ. *du*.

** Ital. *ti*, Hiſp. & Gall. *te*, Angl. *thee*, Belg. *dy*, Germ. *dir*.

*** Ital. *ti*, *te*, Hiſp. *te*, Gall. *te*, *toy*, vel *toi*, Angl. *thee*, Belg. *dy*, Germ. *dich*.

Dualis.

Nom. Acc. Voc. (σὺ ὦ, σὺ οἱ) σφῶϊ, σφῶ, σφὼ, Lat. *vos*. *
Gen. Dat. σφῶϊν, σφῶν.

* Itali hinc dicunt *voi*, *vi*, & *voi altri*, Hiſp. *vos*, *os*, & *vos otros*, Gall. *vous*, Angl. *yee*, & *you*, Belg. *ghy*, Germ. *ihr*.

Tertia ejuſdem perſonæ declinatio. 123

Singularis.

Nom. Voc. ὕμεν, Acc. ὑμέ. Sed perantiqua imò obſoleta hæc ſunt, & ſine exemplo.

Dualis.

Nom. Acc. Voc. ὕμμι, ὕμμε, & ὕμμε, inveniuntur adhuc apud Æoles & Dores. Imprimis autem Hebræi hinc, vel ex anteced. ἄμμε, ſeu ἄμμι dualis ſui ſumſere terminationem AIM, verbi gratiâ.

1. CHOMATAIM, i. duo muri, à CHOMAH, i. murus, quod contraho ex οἰκοδομὴ, i. ædificium, ſtructura, it. murus.

2. DAD.

2. DADDAIM, & SCHADAIM, ubera mammarum, à DAD & SCHAD, ex §.46.
3. IOMAIM, biduum, ſeu duo dies à JOM, de quo infra.
4. SCHAMAIM, i. cœli, cœlorum, videbis etiamnum ſuo loco.

Pluralis.

N. V. ὑμὲες, ὑμεῖς,	D. ὔμες, ὔμμες,	Æ. ὔμμες.
G. ὑμέων, ὑμῶν,	———	Æ. ὑμμέων, ὑμμῶν.
D. ὑμεῖν, ὑμῖν,	P. ὑμὶν,	Æ. ὔμμιν.
A. ὑμέας, ὑμᾶς,	———	Æ. ὔμμας.

Vnius defectum alterius numeri ſupplet abundantia, ut hic videre eſt.

124 III. Tertiæ perſonæ reciprocantis numerus

Singularis.

1. Simplex.		2. Compoſitus ex σὺ ἕ.
N. ἕ, unde Hebr. GEH, id eſt, hic, iſte,		
G. ἑοῦ, οὗ, Hebr. HV, Lat. *ſui*.		
ἑῦ, ἕο, ἑῖο, ἕοθεν, ἕθεν.		
D. ἑοὶ, οἱ, ἑῖο,	Lat. *ſibi*, *	σφὶ, φὶ.
A. ἕ, ἑε, ἕθεν,	Lat. *ſe*, **	σφέ.

Dualis hic originem debet compoſito ſingulari.

N. A. σφῶε, σφὼ,	σφὲε,
G. D. σφῶϊν, σφῶν,	σφὶν, φὶν, D. ψὶν.

Pluralis ſimiliter mixtus eſt.

N. σφῆες, σφεῖς,	σφέε,	
G. σφέων, σφῶν, & σφείων,	σφὶν,	φὶν,
D. ——— σφίσι,	σφὶ,	φὶ,
A. σφέας, σφᾶς, & σφὰς,	σφὲ, Dor. ψέ.	

Ubi notandum pronomen hoc variare ſignificatione, prout tam primæ & ſecundæ, quam tertiæ perſonæ verbis adjungitur.

* A Lat. *ſibi* & *ſe* ſunt Ital. *ſi*, *ſe*, Hiſp. *ſe*, *ſi*, Gall. *ſe*, *ſoy*, vel *ſoi*, Angl. *shee*, Belg. *ſy*, *ſich*, Germ. *ſie*, *ſich*.

** Ita ab εἵανος, pro ἕανος, quando pon. pro εἷμα, & ἱμάτιον, eſt Hebr. SEIAN, ſive ZEIAN, i. armatura.

125 IV. *Tertiæ perſonæ*, & quidem tranſitivæ pronomen planè obſolevit; de eo enim non ſuppetunt niſi reliquiæ ſequentes:

Nom. ἳ, ἳς, ἳ, (ἴδε, ἴμεν) Hebr. HI, i. illa, it. HÆM, & HEMAH, illi, & HEN, illæ, Lat. *is*, (quod olim commune ſicut *quis*) *id*, * & *idem*.

Acc. ἳν, νὶν & μὶν, unde Hebr. MI, i. quis, qui, quæ? it. MAH vel MÆH, i. quid, quod, quæ? & MAN, quis, qui?

Ejus ergo locum, mediante particulâ τε, occupat exinde compoſitum τὶς, τὶς, ** τὶ, indefinitè ſumtnm; interrogativè autem τίς; τίς; τί; unde Lat. *quis?* & *quid?* & Hebr. DI, id eſt, qui quæ, quod. Sicut à τὴ vel τὸ, eorund. DA, i. hæc, iſta, hoc, illud.

* Hinc Belg. *het*, Germ. *es*. Nec non Angl. *that*, Belg. *dat*, Germ. *das*, i. hoc.

** Angl. *this*, Belg. *dit*, Germ. *diſſ*, i. iſtud.

Com-

Composita hinc ducta sunt: 1. Ὄυτις, nullus, nemo. 126
2. Ὅςις, poët. ὅτι, quis, l. qui, & quisnam.
Ἥτις, ——————— quæ, vel quænam.
Ὅ, τι, poët. ὅ, ττι, —— quod, vel quodnam.
Cujus pluralis Atticus & Jonicus facit ἅττα, ἅσσα, nec non ἄττα, ἄσσα, & Megarensium lingua σα, diciturque pro τα, & hoc pro τινὰ, i. quædam, aliqua.

Alia adhuc erues pronomina, si articulo præpositivo ὁ, ἡ, τὸ, adjeceris syllabicas adjectiones γε, vel δε, ut: 127

Ὅγε, ἥγε, τόγε, unde *hic*, *hæc*, *hoc*, &
Ὅδε, * ἥδε, τόδε, *qui*, *quæ*, *quod*.

Vbi tamen reflectendum aliquantisper ad ipsorum pluralem: Nam *hic* & *hæc* propriè respiciunt οἵγε, αἵγε. *Qui* & *quæ* autem construuntur ex οἱ & αἱ, pro quibus Dores τοὶ & ταὶ, alii verò κοὶ & καὶ, Latini *qui* & *quæ*, unde credo originem ducere Angl. *vvee*, Belg. *vvy*, Germ. *vvir*, ad §. 119.

* Ab ὅδε suspicor esse Hebr. HOD, i. adhuc, ex cujus compos. cum ὢν, Hebr. HON, provenit HIDDAN, i. tempus.

Ad eundem modum antiquitas pronomini *is* adjecit enclitica *te* & *pe*, unde postea nata sunt *iste*, *ispe*, commutatum pòst in *ipse*; ab hujus ablat. *ipso* est Ital. *esso*; ab illius nominat. eorundem *questi*, in accus. *costui*: Et ex Ablativo Lat. *isto*, *questo*, per aph. *sto*, in *sta mane*, *sta sera*. Ab *isto ipso* autem *stesso*, Hisp. *esto* & *aquesto*, Gall. *cestuy*, hod. *cetui*, Angl. *this*, Belg. *dese*, Germ. *dieser*. 128

CAPVT VI.

PRonominibus jam dictis, præprimis autem ipsorum *accusativis* si adjunxeris in fine postpositivum, magna derivatorum resultabit copia. 129

I. Ἐμὲ, μὲ,

Ἐμεὸς, ἐμὸς, & μίος,	Lat. *meus*,
Ἐμεὴ, ἐμὴ, & μία,	*mea*,
Ἐμεὸν, ἐμὸν, & μίον,	*meum*. *

Sic ab ἧμεν, ἆμεν, fit ἡμὸς, ἀμὸς, & ἀμὸς, noster, it. ἀμὸς, unus, aliquis: unde nobis ἀμιὰ, Lat. *amia*, singularis piscis genus, cujus incrementum (referente Plinio) *singulis diebus* intelligitur.

* A *meo* est Ital. & Hisp. *mio*; à *meum* autem Gall. *mon*, & *mien*, Angl. *my*, & *mine*, Belg. *myn*, Germ. *mein*, & *meiner*.

Ex ὁ ἐμὸς fit ὁμὸς, & exinde ὁμὸς, similis, par, it. idem. Ex cujus compos. ὅμευνος, i. eodem utens lecto, maritus & uxor, eruitur Lat. *hominis*, unde *homen*, & h. *homo*, Ital. *huomo*, pro homine, unde Hisp. *hombre*, & *home*, Gall. *homme*, *hom*, & *on*, apud Jan Louys d'Arsy, Angl. autem ab *homen* per aph. *man*, * i. vir, mas. Belg. & Germ. quoque *man*; & per eand. fig. vel à Græc. ὅμευνος, vel à Lat. *hominis* eorund. *mensch*, i. homo, mas & fæmina. 130

* Pari modo ab Hisp. *humilde* fit Angl. Belg. & Germ *mild*, i. mitis.

II. Ab antiquissimo ὧνν, vel si mavis à Syrorum converso ENO nobis non solùm est ἔνιος, unde plur. ἔνιοι, αἱ, aliqui, quidam, nonnulli; sed etiam ἐνὸς, & ἔυνις, * (qs. ἐνὶ-εἰδὴς, vni similis) viduus, vidua. 131

* Aliud ἔυνις contrahitur ex ἐυνέτης, & ἐυνέτις, i. maritus & uxor; unde primi individui communis appellatio ἐνὼς, ὁ, homo, Hebr. ÆNOSCH, it. ENOS, Sethi filius.

Ex ὁ ἐνὸς fit ἑνὸς, Lat. *unus*, Ital. *uno*, Hisp. & Gall. *un* & *on*, idem vid. & §. 130. Angl. *one*, Belg. *een*, Germ. *ein* & *einer*; nec non Græc. ὄνος, quando in tessera vnionem notat: simile æquivocum, quod & *unionem* & *asinum* significet, auditur à Germanis 132

manis aleatoribus, quibus *essen*, & corruptius *esels*, quæ Italis *assi*, id est, monades, seu uniones in tesseris dicuntur.

1. *Vnus* aliquando vocibus præponitur, iisdemque postea coalescit, ut: *unusquisque*, quod Itali convertunt in *ciascuno*, & *ciascheduno*, Venetis *catauno*, Hisp. *cadauno*, Gall. *chacun*.

Item: *Vnus Basiator*, qui nempe mittitur, ut manus principis basiando ipsum salvere jubeat: Hic ab Italis, & quidem Senensibus vocatur *Imbasciatore* * ab aliis *Ambasciadore*, Hisp. *Embaxador*, Gallis & cæteris Septentrionalibus *Ambassadeur*.

Vnus sextarius Ital. corruptè dic. *unostaro*, unde Belg. *unster*, *unser*, *ussel*, & pro eod. *aeyssel*, & *unsel*, i. statera, ex quo per metath. fluit Germ. *nösel*, i. sextarius. Ex eodem vel si magis arridet, ex Lat. *gustatorio*, aut hujus cognato Hisp. *gustadura*, erit. Ital. *guastada*, & mediante articulo, *inguistara*, *inghistara*, & *anguistara*, unde Belg. *enghster*, corruptiùs *enster*, *entser*, *enser*, & *enssel*, Germ. *engster*, i. bombylius, vasculum angusti oris.

Sic *Naspo* dicunt Itali pro *vn'aspo*, à Lat. *hapsus*, unde Hisp. *haspa*, Gall. *baspe*, Angl. *a hasp*, Belg. *haspe*, & cum Germ. *haspel*, i. girgillus.

Item *Nabisso*, & *Ninferno*, pro *un'abisso*, & *un'inferno*, Lat. *abyssus*, & *infernus*. Conf. §. 46.

Et Angli *a Nag* vocant mannum, ex Hisp. *haca*, quod à Lat. *equa*, §. 66.

Sic Belgæ ab Ital. *alvo* dicunt *affel*, & *naffel*, pòst *naevel*, Angl. *navel*, Germ. *nabel*, i. umbilicus.

Item *nast* pro *ast*, *est*, *eyst*, sive *ese*, à Gall. *essay*, ex Ital. *assaggio*, unde & Hisp. *ensayo*, ab illo autem Germ. *esse*, seu *ess*, i. ustrina.

Item ab ἀκάτιον, Lat. *acatium*, derivo Belg. *ake*, seu *aecke*, & *naecke*, Germ. *nache*, i. cymba. Fortean est hinc quoque Ital. *saico*, quod idem.

* Contra dic. *Ombuto* pro *Imbuto*, i. infundibulum, ab imbuere.

2. Aliquando etiam in fine adjungitur, ut: Ex *aliquis unus* conflatur Ital. *alcuno*, it. *qualcuno*, & *qualcheduno*, Hisp. *alguno*, & *alguien*, Gall. *aucun*, Belg. *egeen*, & *gheen*, Germ. *Kein*, & *Keiner*, i. nullus.

Item ex *vir unus* fluit Ital. *veruno*, Angl. *every*, Gall. *rien*, i. nihil, Belg. *ringh*, & *gheringh*, Germ. *ring*, & *gering*, i. exiguus.

Item apud Anglos *alone*, Belg. *aleen*, & *alleen*, Germ. *allein*, qs. totus unus, solus.

133 Per prosthesin literæ μ facies ex ἑνὸς vel ὄνος, μῶνος & μόνος, η, ον, * Dor. μῶνος, α, ον, solus, unus, unicus.

1. Ab hujus compos. μονομερὴς, unius partis, fit per aphær. Lat. *numerus*, Ital. & Hisp. *numero*, Gall. *nombre*, Angl. *a nomber*: A μονὰς autem, quod unitatem & numeri principium denotat, est Hebr. MANAH, i. numeravit.

2. Dantur & populi *Monomeri* apud ultimas orientis terras, qui referente Gellio, singulis cruribus saltatim currentes vivacissimæ sunt pernicitatis.

3. A μοναχὸς, quod contrah. ex μοναδικὸς, singularis, unicus, it. solitarius, est Lat. *monachus*, Ital. *monaco*, Hisp. *monge*, Gall. *moine*, Angl. *a monk*, Belg. *monnick*, Germ. *münch*.

4. Μονοκέρατος, cui unum solumque cornu est, unico duntaxat cornu armatus, contrah. in μονόκερως, *Monoceros*, Lat. *unicornis*, al. asinus indicus, Ital. *unicorno*, Hisp. *unicornio*, Angl. *an-unicorn*, Belg. *eenen-eenhoren*, Germ. *ein Einhorn*. Idem dic. Italis quoque *alicorno*, *liocorno*, & *lioncorno*, Gall. *licorne*, ** tanquam ab εἰλικρινὴς, i. distinctus, non permixtus, it. purus, sincerus, verus, non fucatus, &c.

* Huc alludunt præt. med. μέμονα, (Lat. *memini*) cupio, volo, it. cogito, verbi μένω, *maneo*: Et ὁμόνοος, ὁμόνως, unanimis, concors.

** A *licorne* suspicor esse Belg. *lickdoorn*, sive *lyckdooren*, Germ. *lichdorn*, i. callus, seu clavus pedis, qui Gallis etiam *cor*, Angl. *a corne on ones toe* dicitur.

Ἐνὸς

Ἑνὸς verò κατὰ συγκοπὴν abiit in ἐνς, & præponendo præpositivum ὁ ἐις, in ἑις, tandem ἓις, i. unus, it. alter, poniturque interdum pro τὶς: Fæmininum ejus est μία, Æol. ἴα, una; & neutr. ἓν, unum: quod si composueris cum οὔτε, fit οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν, nullus, a, um. 134

Ab εἷς, ἑνός, fit ἑνικὸς (ἑνὶ εἰκὼς, uni similis) ad unum pertinens, singularis, Lat. *unicus*, Ital. & Hisp. *unico*, Gall. *unique*, Angl. *any*, it. *one*, *onely*, Belg. *eenigh*, Germ. *einig*. Ex quo μεταθετικῶς fecere ἐκεῖνος, per aphær. κεῖνος, Germ. *jener*, & Dor. τῆνος, ille. 135

Si à genitivo ἑνὸς fit ἑνόω (ut ab unus, *unio*) aduno, seu coaduno; necnon mutato spiritu ἐνόω, quatio, concutio, unde Ἐνυὼ, Bellona: Nil obstat, quin ab ἑνικὸς ducam ἑνικόω, & per aphær. νικάω, quemadm. ab *unicus* ἄχρηστον *unico*, unde per metath. *vinco*, Ital. *vincere*, Hisp. *vencer*, Gall. *vaincre*, Angl. *to vvin*, Belg. *vvinnen*, Germ. *gevvinnen*. 136

Derivatur à νικάω, νίκη, victoria, quo nomine Græcis quoque dicitur Jupiter, unde Hebr. NOGAH, i. Venus, apud Gaffarell. p. 210. & 224. & Lat. *nugæ* (νίκαι, i. *nugæ venales*) & hinc *nugari*. Cumque *nugari*, & *plenum vel refertum esse*, it. *fructu abundare*, synonyma sint in φλέω, autumo exinde esse Angl. *enough*, ol. *ynouge*, Belg. *ghenoegh*, Germ. *genug*, & *gnug*, i. satis & abunde.

III. Σὲ dat σεὸς, ἡ, ὸν, contractè σὸς, σὴ, σὸν. A Dorico τὲ verò est τεὸς, τεὴ, τεὸν, Lat. *tuus*, *tua*, *tuum*, unde iterum Ital. *tuo*, Hisp. *tu* & *tuyo*, Gall. *ton* & *tien*, Angl. *thy* & *thine*, Belg. *dyn*, Germ. *dein* & *deiner*. 137

IV. Ὑμὲ ex §. 123. pari modo sterilitatem deponit generando ὑμεὸς, contr. ὑμὸς, poët. vester. 138

V. Ἓ facit ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, contr. ὅς, ἥ, ὅν, unde Latini non solum formavere *suus*, *sua*, *suum*, & hinc Itali *suo*, Hisp. *su* & *suyo*, Gall. *son* & *sien*, Angl. *his* & *hissen*, Belg. *syn*, Germ. *sein* & *seiner*. Sed & *ejus*, *ea*, *eum*, quæ quidem non nisi obliquè adhærent pronomini *is*, *ea*, *id*, ut: ἑὸς δόμος, *domus ejus*. In plur. ἑὰ, & ἃ, sua, dicuntur quæ quisque possidet, veluti sibi propria, hoc est, bona, it. peculium. Hinc εἴα, ας, ἡ, herba, gramen. 139

Sic à σφὲ est σφέος, contr. σφὸς, itidem *suus*. Et quemadmodum φὶ, & φὶν ex eod. pronomine dativis græcis agglutinantur; ita σφὸς, vel quod magis usu receptum, φὸς Latinis quoque accrevisse mihi persuadeo, v. g. Patriφὸς, *Patribus*; * ita Plautus in Persa pro *Megaris* dicit *Megaribus*. 140

* φ mutatur in b, ut: ἀλφὸς, *albus*. Σοφὸς, *sibus*, i. callidus, & acutus. *Corœbus*, sive Κόροιβος, cujus stultitia in proverbium abijt, est à κόροιφος, virginum corruptor. Conf. & *orbus* ab ὀρφὸς, §. 75.

VI. Ἶ dabit Hebr. I, insula, it. IAH, unum ex nominibus Divinis, & Græc. ἴος, ἴα, ἴον, solus, it. unus, a, um; cui si præfixeris articulum, habebis poëticum ὅιος, ὅιη, ὅιον, idem. Eique respondet Lat. *vius*, *via*, * *vium*, de quibus nil amplius reliquum, nisi ὑποκοριστικὸν, *viola*, subintell. κάλχη, i. flos, quo tingitur purpura; Ital. *viola*, & *violetta*, Hisp. *viola*, & *violeta*, Gall. *viole*, & *violette*, Angl. *a violet*, Belg. *vioole*, & *violette*, Germ. *viol*, & *veilge*. 141

* *Via* Græcis ὁδὸς, est ab ὅια, vicus, (Itali & Hisp. cum Latinis dicunt *via*, Galli *voye*, Angl. *the vvay*, Belg. *vvegh*, Germ. *der vveg*) pro ὄιησις: Quemadmodum ex ὄιημα factum est ὄιμη, i. via, semita, verbi ὄιομαι, contr. ὄιμαι, fero, porto, it. puto, existimo, arbitror, unde iterum ὄιμη, quando cantum, it. λόγον, seu φωνὴν significat.

Ab ὅιος, ὅιη, ὅιον, appellationem præterea hausere Græc. ὄιη, ὄη, & ὄα, sorbus, & ὄον, sorbum. Dicitur & ὄυα eadem arbor: Fructus autem ejus, nempe sorba, in plur. num. dicuntur ὄα, & ὄα, unde Lat. & Ital. *uva*, Hisp. *uva*, & *uba*, * vitis, amomi & aliarum arborum fructus in singulari. Dicitur præterea *uva* de apibus, cum collectæ sunt, & in modum botri dependent, unde Germ. *hauff*, Belg. *hoop*, Angl. *heap*, i. acervus, cumulus. 142

* *Uva* (à cujus dim. *uvula* est Ital. *uvola*, *huvola*, *ugola*, & Ven. *hurla*, Gall. *uvule*, & *luette*, Belg. *hueck*, & *huych*, sive *huygh*) verò quando pelliculam notat in fine palati dependentem circa fauces, & pro columella interd. ponitur, est ab ὄα, sive ὀᾶ, vel ὤα, fimbria vestimenti, limbus, & ora vestis: quod antiqui aliquid de pellibus ovium adjicerent extremis vestibus. Item superior vestis ora, sive latius velut orificium, cui collum inseritur, derivaturque ab οἴα, i. pellis ovilla, ex ὄϊς, sive οἶς, οἰὸς, ἡ, ovis.

143 Ἴον eod. modo tanquam adjectivum substantivatum simpliciter ponitur, idemque signif. quod Lat. *viola*. Appellatione autem hac indigitatum ibant veteres, florem hunc singularem esse, & *unicum*, i. e. ἀγαπητὸν, præclarum & summum, quomodo id Vossius V. C. exemplis declarat in voce *unus*.

2. *Ion* autem poëta Græcus, it. *Ion*, Xuthi filius, à quo *Iones*, & *Ionia*, sunt Græc. ἴων, ωνος, ὁ, ab ἰὼν, όντος, ὁ, verbi εἶμι, eo.

144 Æoles pro οἶος, η, ον, dicebant etiam οἶνος, η, ον, * unde pari ratione Græc. οἶνος, & exinde Hebr. IAIN, & Lat. *vinum*, Ital. & Hisp. *vino*; Gall. *vin*, Angl. *vvine*, Belg. *vvyn*, Germ. *vvein*, ita dicitur, ceu unicum mœroris remedium, ejusque admirabilem efficaciam describit Athen. lib. 2.

Οἶνος φιλολόγους πάντας ποιεῖ τοὺς πλέον πίνοντας αὐτόν. id quod Horatius metonymicè exprimit.

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Et Jon Chius in Elegijs inquit: *Bonorum omnium Regem natura VINUM statuit.*

* Ὠμοβόϊος per eand. epenth. crescit in ὠμοβόϊνος, è crudo bovis corio factus. Unde pòst Græc. ἄμβων, ωνος, ὁ, (ἄμβη autem ab ὠμοβοέη) & Lat. *umbo*, proprieque scutum, seu clypeum notant, tum ad alia significatio transfertur. Sic

Κεραὸς, cornutus, abit in Græc. γέρανος, Angl. *a crane*, Belg. *een Krane*, Germ. *ein Kranich*; quemadmodum à κεραῒς, avis species, est Lat. *gruis*, & exinde *grus* (Ital. *grue*, *grua*, *gruga*, *grù*, Hisp. *grulla*, Gall. *gruë*) & *gruere*.

145 Ἴον præterea vocibus modò in fine affigitur, blandè loquendi gratiâ, de quibus s. l. modò ipsis præfigitur, v. g. τῷ ἄνθει, unde ἴον ἄνθος, conjunctim ἴανθος, i. flos purpureus; corruptius ἴονθος, i. primus pilorum qs. flos & exortus.

2. Ab ἰοειδὴς, contr. ἰώδης, purpureus, violacei coloris, it. niger, videtur esse Hebr. IUDAS. Expon. & ærugineus, & venenosus, ab ἰὸς, i. missile, it. ærugo & venenum, ex ἵημι, jaculor, seu sagittas mitto.

3. Idem fit in ἰοστέφανος, l. ἰοστεφὴς, i. coronam è violis gestans, violaceo serto redimitus: quod parum abludit ab Hebr. IOSEPH. Conf. §. 56.

4. Inter cognomenta Bacchi fertur & *Iobacchus*.

5. Sic *Iolaus*, Iphicli; & *Iocritus*, Lycurgi filius, it. *Iofredus*, Campaniæ comes, & alij.

146 Ab ἴος, meo quidem judicio, factum est per liquidæ epenthesin * antiquissimum Cœli & Terræ filij, quem & Saturnum dicunt, nomen Ἴλος, quod e prælaud. Voss. in voce *Saturnalia*. *Ilus* postea hinc nominatus fuit Trojanorum Rex, Ilij conditor. Item Æneæ filius, alio nomine Ascanius. Item Rhea, Numitoris filia, Romuli mater, *Ilia* quoque fuit appellata.

* Ita nostri seculi Doctiss. Vossius *halo* ducit ab ἄω, spiro. Cui subjungimus ἕλω, invado, occupo, (unde obsol. Lat. *velo*, *is*, à quo adhuc *veles*, &c. mutatum pòst in *volo*, *as*, Ital. *volare*, Hisp. *volar* & *bolar*, Gall. *voler*) ab ἕω, eo, vado. Et Itali, quibus frequens hæc figura, pro abaco & amicia, *albaco* dicunt & *almutia*, plura observabis in seqq.

147 Ὁ ἴλος coaluit in ἷλος, unde ἱλάω, & ἱλατὸς, contr. ἱλαὸς, Att. ἵλεως, poët. ἵλεος, propitius, benignus, clemens, facilis, it. humanus, unde Hebr. ELOAH, i. Deus. Ab ejus autem compos. πασίλεως, id est, omnibus clemens & propitius, est Græc.

βασι-

βασιλεὺς, i. Rex; & per aph. Hebr. SILOH, Gen. 49. Judæorum Rex: velut Lat. *Silius* à Basilius.

Atqui sicut ab ἴος fluxisse reor ἴλος, ita ab ejus derivato οἶος, i. solus (§. 141.) emanasse certum est Græc. ὅλος, totus, unde non solùm σόλος, i. discus, apud Screv. sed & κόλος, magnus, Hebr. KOL, * & Lat. *solus* (Ital. & Hisp. *solo*, Gall. *seul*, Angl. *self*, Belg. *selve*, *self*, & *selfs*, Germ. *selbst*, & *selber*) olim ex Festo *sollus*, quod oscè dicebatur id, quod nos totum vocamus, unde *sollers*, & *sollemnis*; aliis *solers*, & *solennis*, quode fusè Vossius. 148

* Eandem prosthesin agnoscunt: (1) Græc. ὠκὺ in Att. κόκυ, celeriter.

(2) Ἅλς in Lat. *sal* (Ital. *sale*, Hisp. *sal*, Gall. *sel*, Angl. *salt*, Belg. *sout*, Germ. *saltz*) & Chym. *kal*.

(3) Ab ἄρακος, leguminis species, puto esse Græc. κρόκος, & κρόκον, i. avena, genus frumentaceum, it. herba quædam, Lat. *crocus*, & *crocum*, Hebr. KARCOM, id.

(4) *Honoratus*, unde Hisp. *Honrado*, corruptum fuit in *Chonradus*, ita in Alciati Emblem. p. 6. & sine adspiratione, *Conradus*, Ital. *Colorado*, & *Corrado*, Gall. *Conrard*, Germ. *Conrad*, *Corad*, & per aph. *Rad*, Nobilis familiæ cognomen, it. *Curt*, & *Cunz*.

Ὅλος Jones efferebant οὖλος, * integer, sanus, perfectus, it. tener, mollis, ** it. crispus, it. manipulorum collectorum fascis. Unde iterum Ἴουλος, i. prima lanugo ex puberum genis efflorescens, &c. Ascanius Æneæ filius hinc *Iulus* dictus fuit, de quo Virg. lib. 1. Æneid. 149

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilia regno.

Et diminutiva quoque terminatio in - υλος, - *ulus*, - *ullus*, & - *illus*, quâ blandiendi causâ molliculum verborum sonum exprimere solemus. De quibus s. l.

* Ab ὅλος sive οὖλος est Angl. *whole*, Belg. *heel*, & *gheheel*, Germ. *heil*, i. totus, integer, sanus.

** Ab οὖλος, tener, mollis, est Hebr. HVL, infantulus, lactens, fœtus.

Cæterùm fit ab οὖλος quoque οὔλιος, salutifer, unde nobis Ἔλαιος, mascula & agrestis *oliva*, * Ital. *libbia*, unde ipsis *allibire*, Senens. *allebbire*, it. avis quædam, quæ aliis ἐλεᾶς, vel ἐλείας dicitur. Item Ἐλαία, ας, ἡ, *olea*, oliva, arbor & fructus olivæ. Ἔλαιον, *oleum*, Ital. & Hisp: *olio*, ** Gall. *huile*, *** Angl. *oil*, Belg. *olie*, Germ. *oel*. 150

* Latinorum *oliva* est ab *olivus*, quod per metath. ab οὔλιος, & propius ad originem accedit, minusque corruptum fuit, quam ipsorum Græc. ἔλαιος.

** Ab Hisp. *olio*, quo solùm intelligitur oleum sacrum, sive extrema vnctio, est Angl. *holy*, sanctus, sacer, Belg. *heyligh*, Germ. *heilig*, id.

*** A Gall. *huile* est *huiler*, i. oleo ungere, unde Angl. *to heale*, Belg. *heylen*, Germ. *heilen*, à cujus partic. *heilend* est eorund. *heiland*, i. Salvator.

Vocis jam erutæ compositum ἄολος, (juxta Harmarum) Græcum vulgus aliquantisper immutavit in 151

1. Αἰόλος, id est, varius, variegatus, it. multiplex, implicitus, ambagiosus; unde Ventorum rex, & inventor appellatus fuit *Æolus*, & hinc nepos ejus αἰολίδες, ex quo Lat. *Vlisses*, * (qui aliis etiam *Vlixes*, vulgò *Vlysses*) rectius quàm ab ὀδυσσεὺς, quod nominis aliam ob causam ipsi dabatur. Hujus compos. κορυθαιόλος, sive κορυθάιολος, variam habens galeam, contrah. in κορυδαλὸς, it. κορυδαλλὶς, & κόρυδος, Lat. *corydalus*, al. galeritus.

* A σπίδος, pro quo in usu σπίδιος, passus, amplus, est Lat. *spissus*, Ital. *spesso*, Hisp. *espesso*, Gall. *espais*, hod. *épais*; ab eodem dixere σπιδώδης, quod Jones contraxerunt in σπιδὴς, i. *spissus*, apud Screv. Sic à de-vel disfraudare fit Ital. *sfrosare* apud Ferr.

2. Fæmininum ejus αἰόλη (unde nobis *Iole*, Euryti Oechaliæ regis filia) nox dicitur, quod diversis stellis sit variegata.

3. Derivatum autem ἀολώδης contrahitur in ἀολλής, congregatus, confertus, densus, cujus plur. ἀολλέα convertitur in ἄελλα, ἡ, procella, turbo; hujusque deductum ἀελλώδης etiamnum contrah. in ἀελλής, procellosus.

4. Idem ἀολλής denuò contractum fuit in ἀλής, έος, itidem condensus, confertus, coacervatus, à cujus derivato ἀλίζω, congrego, coacervo, cogo, fit λιάζω, agito, jacto, turbo, it. admodum propero, seu magnam adhibeo diligentiam; & ἀλίαστος, inevitabilis, & vehemens.

5. Ἁλής, έος, autem abiit demum in ἅλς, ἁλός, ὁ, Lat. *sal*, quod vid. ad §. 148. & ἅλς, ἁλὸς, ἡ, unde Græc. σάλος, & hinc Lat. *salum*, i. e. mare.

152 Pariter modò dictum ἄολος, sive inde ductum ἀολλής evasit in Græc. ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, * Lat. *alius*, *alia*, *aliud*, it. alter, it. reliquus; & τ' ἄλλα, pro τὰ ἄλλα, reliqua, cætera. Ad Germanos hinc pervenit *alles*, *alle*, Belg. *alle*, *al*, Angl. *else*, i. alius, & aliàs, it. *all*, i. totus, cunctus, omnis: hujus compos. vid. §.132.

* In terminatione τοῦ ἄλλο, atque τοῦ *aliud*, conservantur adhuc antiquissimæ neutrius generis notulæ ὅ, & τὸ; ex §.110.

153 Ab hujus plurali ἄλλα, i. rationi non consentanea, est dubio procul conjunctio Græc. adversativa ἀλλά (Germ. *allein*) i. autem. Quemadmodum ab ἄλλῃ, pro ἄλλως, i. aliter, est Lat. disjunctiva *vel*, i. aut.

154 Usus eius quidem est varius; modò enim aliis particulis præponitur: modò ipsis postponitur, ut:

Ἀλλὰ γὰρ, sed enim, verum enim.

Ουμὴν, ἀλλὰ, sed tamen, verùm enim verò.

Ἀλλὰ γὰρ ἴσως, pro quo in anthypophora dic. ἀλλὰ νὴ Δία, & νὴ Δί' ἀλλά; at fortasse, at enim fortasse, vel, sed scilicet; unde Hebr. VL, i. fortasse; & LV, id. it. utinam, quæso, si. Conf. LO, §.46.

155 Idem dicitur & ὤλλος, pro ὁ ἄλλος, unde Oscorum, seu Aboriginum *ollus*, Hebr. EL, seu ELLÆH, & Chald. ILLÆCH, commune & pluralis numeri tantum, hi, hæ, illi, isti. Lat. *ille* (in acc. *illum*) *illa*, *illud*, * Ital. *egli*, *ei*, *e'*, in acc. *lui*, it. *quegli*, in acc. *colui*, it. *quello*, &c. Hisp. *el*, & *aquel*, Gall. *il*, *luy*, & *celuy*, Angl. *he*, Belg. *hy*, Germ. *er*, & quibusdam in locis etiam adhuc *hæ*.

A cujus genitivo plurali *ollorum*, contr. *ollûm*, censeo esse Lat. *olim*, perinde ac si dicas: *illorum* sc. tempore.

* *Illud* & *istud* ejusdem sunt antiquitatis cum modò dicto *aliud*, §.152.

156 VII. Ab ἴδε ex §.125. natum existimo ἴδιος, i. suus, proprius, peculiaris, specialis, it. privatus, & sui generis.

157 Ex eod. fonte fluit & ἴσος (d in σ mutando, sicut à jam dicto ἀολίδης, *Ulisses*) æqualis, par, it. similis; pro quo Poëtæ εἴσος, * contr. ἶσος. Quorum uni Latini debent *Ius* (*juris*, olim *jusis* **) *forense*, ἀπὸ τοῦ ἴσου, ex æquo jure; unde &:

Ὅσιος, qs. ὁ ἴσος, justus, sanctus, it. publicus, profanus.

Alteri verò *jus culinarium*, quia in vtraque notione vocabulum hoc non est nisi adjectivum substantivatum, v.g. δαῖς εἴση, i. dapes, quæ æqualiter omnibus distribuuntur: Et hinc fortean jentaculum in quibusdam Germaniæ locis dicitur *jausen*.

* Quomodo ab εἴσος, *jusis*; ita commodè derivabitur ab εἰκώς, i. verisimilis, probabilis, it. rationi consentaneus, Lat. *jocus*, & ab ejus genitivo εἰκότος (vel ex quo is originem trahit εἰκοτὸς) Lat. *jucundus*.

A *jocus* fit Ital. *giuoco*, Hisp. *juego*, Gall. *jeu*, Angl. *a jest*, Belg. *jock*, Germ. *schock*, id quod ex accidenti sexagenarium numerum denotat; quique ipsis dividitur in partes quatuor, quas *mandel*, tanquam diminutiuè à *manu* vocant, originemque debet Italorum dicto: *quattro mani fanno un giuoco*; cui germanicum respondet: *vier mandel machen ein schock*. Quodque desumtum est à ludo inter amantes consueto, dum fronte sub adversâ datatim ludere, sive manus invicem collidere gestiunt: uterque enim ante colli-

collisionem (quæ Gallis etiam *choc* dicitur) ambabus primùm genua, dein pectus, tum manus ipsas sibi percutit, quæ ex utraque parte si conferes, *sexagenarium* digitorum numerum exactè deprehendes. Similis quidam lusus Hispanis dicitur *Abejon*.

De altercantibus autem si manus conserunt Itali dicunt: *Il giucar di mani dispiace in fino à cani*. Et Horat. Sat. 1. inquit:

——— *Pergis pugnantia secum*
Frontibus adversis componere.

** Sic Græc. διφάσιος fit Lat. *bifarius*. Item δρόσος abit in *rosis*, tum in *roris*, ex quibus Lat. *ros*. Et à σωσέσης, genitivo vocis σώσεσα, ἡ, servatrix, est Lat. *sososis*, pòst *sororis*, & h. *soror*, Ital. *suora*, *sorella*, & *sirocchia*, Hisp. *sor*, Gall. *soeur*. Germanorum verò *schwester* est à Belg. *suster*, quod ab Angl. *sister* ex Slavico *siostra*, quod à Græco-barbaro *sotira*, ex Græco σώτειρα, quod poët. dicitur pro σώουσα, id est, servatrix & sospita, Junonis proprium epith. quippe quæ à parturientibus junonicolis olim invocabatur: *Iuno Lucina fer opem*, *serva me*, *obsecro!* pòst translatum fuit in quamvis ἀδελφὴν, vel etiam amasiam, id quod indicant verba Pamphili in Hecyra: *O Bacchis*, ô *mea Bacchis*, *servatrix mea*. Sic Belgæ à servando, quod ipsis dic. *behouden*, totam adfinitatem describunt, v.g. *behoudt-vader*, i. socer; *behoudt-sone*, i. gener; *behoudt-vriendt*, i. affinis, &c.

Ab ἴσος præterea duco Lat. *assis*, (cujus compos. sunt *amussis*, *decussis*, *&c.*) & h. *as*: velut ab ἴση, vel quod aliis placet ἡ ἀεὶ ἴση, i. par semper, & quæ nunquam mutatur, Græc. αἶσα, ἡ, portio, pars & sors, it. Parca, i. Dea fati præses; interd. ipsum fatum, it. officium, &c. Unde αἴσιος, faustus, auspicatus, fortunatus, quod compositum cum ὑμνήτης, celebrator, laudator, fit αἰσυμνήτης, i. certaminis præses. 158

VIII. Superest, ut ipso etiam articulo addas articulum, si *qualitatis*, & *quantitatis* vis habere pronomina. 159

Conjungitur ergo ὁ ὅς in ὅιος, i. qualis; & jota in sibilum converso, (juxta §. 95.) oritur ὅσος, i. quantus: quæ quidem nova iterum accipiunt incrementa, dum una tenuium (ecquis nescit hujus rei ἀναλογίαν) ipsis præfigitur.

Verum enim verò priusquam regularia & probantia hujus θέσεως exempla promam, supra citatarum particularum, idque in sectione sequente, conabor edocere natales.

IX. Adjicitur idem articulus etiam nonnullis particulis, ut: 160

1. Ἐυὸς, pro quo in usu est ἐῢς, & mediante præpositivo ἐεὺς, unde ἠῢς, Chym. *yo*, i. bonus.

2. Ἰήιος, & ἤιος dictus est Apollo ex eo, quòd ei accini in hymnis soleret ἰὴ παιὰν, ut indicat Apoll. Arg. l. 2. Quod epith. ei & à Sophoc. tribuitur in Oed. tyr. ἰήιε Δάλιε παιὰν. Plura apud Scap.

3. Μινυνθάδιος, brevi tempore durans, à μίνυνθα, i. paululum. Sic

4. Ab αἰὲν, semper, αἰανὸς, perpetuus, it. gravis, unde Lat. *Ianus*, Ital. *Giano*; aliis placet ab Hebr. JAIN, quod vid. §. 144.

5. Ἀντίος, adversus, è regione positus, it. obvius; est ab ἀντὶ, quando sum. pro contrà, adversus.

6. A πρόσθε, ante, est πρόσθιος, anterior, unde Angl. *breast*, Belg. *borst*, Germ. *brust*, i. pectus.

7. A παλαιὸς, q. d. qui fuit πάλαι, vetus, antiquus, priscus, derivo cum Harmaro πολιὸς, i. canus. Dicitur enim παλαιὸς interd. absolutè pro παλαιὸς γέρον: Et οἱ παλαιοὶ, homines prisci seculi. * Ita suspicor olim antediluvianos appellatos fuisse, unde Hebr. BALAH, i. vetus, tritum, it. veterascere; & Chald. BAAL, BELVS, ** qui & *Iupiter Belus*, *Baleus*, *Bel-sacer*, it. *Bel-Ocbus*, cognomento latino *Priscus*. Quomodo *Priscus*, *Priscianus*, & *Priscilla* apud Romanos. Item PHVL, PHVL-ASSVR, al. *Pil-esser*. *Tiglath-phul-assur*, al. *Tiglath-pil-esser*, apud Assyrios.

Et fortean fit à παλαιὸς, per aph. λαὸς, Att. λεὼς, turba, populus; quemadmodum οἱ πολλοὶ (à cujus cognato πολλὰ est πάλαι) sæpe dic. pro plerique, it. multitudo, vulgus, plebs, pullata turba.

Sic *Palæologus* per eand. fig. abit in *Lelegis*, unde *Lelex*, Lacedæmoniorum rex primus; & ab eo *Leleges*, Asiæ populi; aliis ita dicti qs. λελεγμένοι, eò quod diversis è locis collecti essent.

Et LEA, Jacobi conjux altera, ita vocabatur à παλαιὰ, sc. χάρις, i. pristina, seu antiqua gratia: aliam hujus nominis etymologiam habes §.46.

8. A *semi* est Lat. *semus* (Ital. *scemo*) imperfectus, & exinde *semo*, *onis*, qui Hercules fuisse creditur; & Hebr. SIMON; it. *Semones Dij*, de quibus leg. Andreas Cirino de Urbe Roma lib.1. cap.49. Sicut ex ὁ ἡμὸς, §.130. Ennianum *hemo*, *onis*, de quo s.l.

* M. Tullius in libello de Universitate: *Credendum*, inquit, *nimirum est veteribus & priscis, qui se progeniem esse Deorum dicebant*. Unde prov. *Priscis credendum*.

** *Belus* aliis ita dicitur à BEL, quod Assyriorum linguâ *Sol* interpretatur, tanquam per aph. à *Babel* ex §.84. Conf. *Silius* à Basilius, §.147.

161 X. Neque mireris εὖς factum esse ex ἐὸς: articulus enim seu terminatio in ος, non rarò mutatur in υς, en exempla!

1. Ἔυθετος, appositus, accommodatus, idoneus, contrahitur in εὐθὴς, ex quo fluit εὐθὺς, rectus (§§. 53. it. 57. 62. & 64.) & ex hoc ἦθος, τὸ, domicilium, mansio.

2. Ἡδὺς, Dor. ἁδὺς (unde Hebr. GEDI, i. hœdus, it. HEZ, i. capra: & Lat. *hœdus*; nec non Germ. *hode*, i. testiculus) suavis, jucundus, lætus, erit ab ἀδαῖος, abundans, largus, satietatem adducens; & h. ἄδος, τὸ, satietas.

3. Ἐυροὸς, & ἔυρες, §. 53. & 58. bene fluens, facilem cursum habens, abit in εὐρὺς, latus, amplus, unde εὖρος, τὸ, amplitudo.

4. Ab ἔπακρος, in summitate angustus, in angustum desinens, erit βραχὺς, brevis, parvus & exiguus.

5. Στιβαρὸς, densus, spissus, grassus, it. gravis, firmus, robustus, per aphær. mutatur in βαρὺς, ponderosus, gravis: βαρὺς ἀνὴρ, exp. robustus, unde βάρος, τὸ, pondus, onus. A βαρὺς est quoque Belg. *swaer*; & per epenth. *swangher*, unde Germ. *schwer*, & *schwanger*, i. gravis & gravida. Conf. & *schwager* à vago, §.69.

6. A λιγυρὸς (quod per aph. duco à μελίγηρυς, pro quo Poëtæ & Dores μελίγαρυς, melleam vocem edens, suavisonus; quæ vox nominis originem prodit Perillustrium Comitum à *Melgar*) stridulus, argutus, interd. & canorus, jucundus, est λιγὺς, quod idem, unde λίγγω, stridorem edo. Et λίγυς, υος, ὁ, ἡ, Lat. *Ligus*, sive *Ligur*, *uris*: In plur. λίγυες, *Ligures*, gens ejus regionis Italiæ, quæ ab ipsis dic. λιγυρία, *Liguria*. Ab illius autem fæm. λιγύη, est Lat. & Ital. *lingua*, Hisp. *lengua*, Gall. *langue*: Veterum *dingua* verò est Græc. φθογγὴ, i. sonus, à φθέγγω, loquor, unde Angl. *a tongue*, Belg. *tonghe*, Germ. *zunge*, i. lingua.

Nil melius linguâ, linguâ nil pejus eâdem.

7. A μακαρτὸς, beatus, opulentus, fit μακάρτερος, & per aphær. καρτερὸς, robustus, fortis, validus, unde & κάρτος, τὸ, robur, vires, vis, potentia.

A καρτερὸς per metath. iterum fit κρατερὸς, & κραταιὸς, itid. fortis, viribus potens, validus; hinc κρατὺς, quod idem. Et exinde κράτος, τὸ, robur, vis, it. regnum, imperium, it. victoria, &c.

8. Δριμὺς, acri gustu, & sapore, asper, factum est à δριμὸς, quernus. Sic

9. Ab ἀρτηριακὸς, raucus, per aphær. erit τραχὺς, Ion. τρηχὺς, asper, scaber, agrestis.

10. Ὕπατος, quod per sync. dicitur pro ὑπέρτατος, summus & imus, profundissimus, transit in βαθὺς, profundus, unde βάθος, & per epenth. βένθος, τὸ, fundum, profunditas: Nec non βυθὸς, ῦ, ὁ, Lat. *fundum*, (Ital. *fondo*, Hisp. *hondo*, Gall. *fond*, i. ima pars, imus gurges.

11. Ab

11. Ab αἰπὸς (quod factum est ex ἄπιος, longinqvus, remotus) altus, excelsus, in edito loco positus, est αἰπὺς, quod idem significat. Ab hujus deriv. αἰπύτιος, itidem altus, esset Lat. *puteus*, Ital. *pozzo*, *pozza*, & *pozzanghera*, Hisp. *pozo*, Gall. *puit*, Angl. *a pit*, Belg. *put*, & *putte*, Germ. *pfütze*, i. palus; nisi obstaret βύθιος, profundus, quod ab anteced. βυθὸς, à βάθος, i. puteus.

Hac in re Græcos imitantur Latini ducendo 162

1. A mollus, *mollis*; à quietalus, *quietalis*, de quibus s. l. plura.

Ab effrenus, pro effrenatus, *effrenis*.

Ab imberbus, pro non barbatus, *imberbis*.

Ab interpolus, pro iterum politus, *interpolis*.

A conjugus, pro conjugatus, *conjugis*, & h. *conjux*, per epenth. *conjunx*.

Ita ab anguinus, id est, serpentem referens, est Lat. *inguinis*, & h. *inguen*, à cujus derivato: *inguinalia*, sunt Ital. *anguinaglia*, & *anguinaia*, Hisp. *ingla*, *ingle*, seu *yngle*, Gall. *l'aine*, (Angl. *croin*, seu *croine*) Belg. *ingheniſſe*, *engheniſſe*, & *eegheniſſe*, it. *waeninghe*, & *dunne*.

2. Nec non substantiva quædam ceu sunt:

Ab aula, seu αὐλὸς, *vallis*; à collum, *collis*; ab ora, εὐρὴ, (§.44.) *auris*; à bura, §.43. *buris*; à ruma, *rumis*.

Ab ὄνυχος est Lat. *unguis*, & Græc. ὄνυξ, à cujus accus. ὄνυχα, Lat. *unga*, & h. *ungula*, Ital. *unghia*, Hisp. *uña*, & *uñuela*, Gall. *ongle*, & *onglet*, Angl. *a nail*, Belg. *naeghel*, Germ. *nagel*.

Sic *Solis*, unde *Sol*, aliis est à Græc. σέλας, nobis ab eorund. σόλος, i. discus, ex §. 148. sumitur autem δίσκος aliquando pro orbe Solis. Itali hinc dicunt *Sole*, unde Hisp. *Sol*, à cujus dim. *solillo*, est Gall. *soleil*.

A πέπανος, maturus, mollis, lenis; est non solum Messapiorum πανὸς, unde Lat. *panis*, Ital. *pane*, Hisp. *pan*, Gall. *pain*; sed & Græc. πόπανον, placentula lata, tenuis, & rotunda.

Et sæpe ducunt adjectiva in *is*, immediatè à Græcis in ος, ut: 163

1. *Grandis* à γέροντος, genit. τοῦ γέρων, ὁ, senex. Ideoque senatores, i. e. γέροντες, Hispanis vocantur *Grandes*. Nec silentio prætereundum, quàm appositè Germana Curiosorum Academia *D. Iacobum Grandium*, Illustre Medicorum hujus seculi sidus, νῦν ἐν ἁγίοις, *Senecæ* agnomine insigniverit.

2. *Fortis* est à φέρτος, quod quidem desideratur, arguitur autem ex comparat. Φέρτερος, robustior, validior, it. melior & utilior. Et superlat. φέρτατος, validissimus, robustissimus, it. præstantissimus.

3. *Gravis* pro duplici significatione duplex habet etymon: Nam pro grandævo est à γεραιὸς, i. senex vir, unde non solùm est γεραιὰ, contr. γραῖα, anus, vetula; sed & γεραὸς, senex, honoratus, unde contrahitur γραὸς, genit. τοῦ γραῦς, ἡ, senex mulier, anus.

Pro amaro autem *gravis* est à γραῦς, alarum fœtorem significans, quod itid. gignitur à γράος, ου, ὁ, sordes, quæ in ovium lanis colliguntur, it. axillarum gravis odor; hoc autem à γράσος, ου, ὁ, quod idem, it. hircorum fœtor; & per metath. corruptum est ex τράγος, ου, ὁ, (quod per aphær. duco à λίταργος, velox, celer, ἀργὸς) hircus, it. fœtor, qui aliàs γράσος, & κινάβρα.

4. *Levis*, priore correptâ, Ital. *lieve*, est ab ἔλαφος, ου, ὁ καὶ ἡ, ex §.65. cervus, cerva, it. placenta quædam. *Levis cervus* est Græc. ἔλαφος κεραὸς, §.144. eaque conjungit Homerus Iliad. γ.

Εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα.

Et Virgil.

Ante leves ergò pascentur in æthere cervi.

Derivata rem magis declarant: exinde enim ducitur non solùm ἐλάφειος, cervinus; & ἐλαφρὸς, levis, & celer instar cervi; unde ὑπερέλαφρος, *perlevis*, valde levis: sed & ἐλαχὺς, & hinc ἐλαχὺς, parvus, exiguus, & vilis.

5. A

5. A *vegetus*, quod §.49. ab εὐγήθητος, eſt *vegetis*, & h. *veges*, id.

6. *Dulcis*, Ital. *dolce*, Hiſp. *dulce*, Gall. *doux*, eſt ab ἀνθελκὸς, verbi ἀνθελκέω, foreſtraho, ſeu extraho.

7. *Rudis*, olim *raudus*, *rhodus*, ſeu *rudus* Ital. *rude*, & *rozzo*, Hiſp. *rudo*, Gall. & Ang. *rude*, Belg. *rouw*, Germ. *rauh*, eſt ab ἀροτὸς, arabilis, qui arari poteſt.

Rudis autem pro virga gladiatoria, olim quoque *raudus*, eſt à ῥάβδος, virga, bacillus, ſceptrum, &c. quod contrah. ex ῥαπίδος, genit. τῆ ῥαπὶς, ἡ, virga, verbi ῥέπω. Hinc Angl. *a rod*, Belg. *roede*, & *roeye*, Germ. *rute*, id.

8. A πηκτὸς, Dor. πακτὸς, vel ab hinc deducto πηγὸς, ſeu παγὸς, ῦ, ὁ, bene compactus, & compoſitus, eſt Græc. παχὺς, & h. Lat. *pinguis*, Ital. *pingue*, i. obeſus, it. craſſus, ſpiſſus, denſus, it. opulentus.

9. *Bijugis* à δίζυγος, pro quo contractè dic. δίζυξ, ut δίζυγες ἵπποι, *bijuges equi*.

10. *Ingentis*, unde *ingens* corruptum cenſeo per aphær. à *quingentus*, cujus plur. olùm in uſu, *quingenti*, *æ*, *a*: Itali contra elementum hoc per proſth. pluribus præpoſuere, v. g. *quì*, *quà*, *quiui*, *quindi*, *quinci*, *queſti*, *quegli*, pro: hîc, hac, ibi, inde, hinc, iſte, ille. Conf. & *qualcuno* pro *alcuno*, §.132. Unde & Belg. *ghe*, & Germ. *ge*, in *gering*, &c. ibid.

164 Idem facit & Ionica terminatio in ης, ut:

1. Ἐυήκης, valde acutus, §. 60. degenerat in ὠκὺς, celer, velox, pernix; id quod denuò corrumpitur in ὀξὺς, acutus, it. celer, ſubitus, velox, cujus denominativum eſt ὄξος, τὸ, acetum.

2. Τανήκης, vel ταυνήκης, protenſam habens aciem, per contractionem abit in ταχὺς, itid. pernix, celer, & velox.

3. Sic ὑπεραχθὴς, oneratus, nimis gravis, contrahitur in βραδὺς, Lat. *bardus*, it. tardus, ſegnis. Quodque iterum mutatur in βριθὺς, ponderoſus, gravis; & h. βρίθος, τὸ, pondus, gravitas; nec non βρίθω, ſicut à βαρὺς, βαρύθω.

4. Πρέσβυς, υος, * & Att. εως, vel πρέσβις, ὁ, ſenex, it. princeps, ſacerdos, it. ſenator, it. legatus; cujus fæm. πρέσβεια, & per ſync. πρέσβα, & πρέσβειρα, anus, vetula: Eſt per aphær. à θεοπρεπὴς, divinum quid præ ſe ferens; quomodo ab ejus cognato ſynonymo θεοπρόπος, i. vates divinus, eſt Lat. *probus*, Ital. *probo*, Belg. *berve*, it. *vrom*, *vroom*, *vrome*, Germ. *fromb*. id.

Quando verò πρέσβυς pro ave ſumitur, corruptum videtur à βούπρησις, quod vid. §. 80. unde Lat. *presbis*, inſectum, quod Gall. dic. *boeuf de Dieu*. Germani verò cum Belgis à πρέσβα fecere *bresbe*, *bremſe*, & *bremme*, quod Angli reddunt *breeze*, & *brie*, i. aſilus, œſtrum, crabro, tabanus.

* Pro πρέσβυς dicitur & πρεσβεὺς, id quod poſtea corruptum fuit in βραβεὺς, & Hebr. RAB, & RABBI; niſi hoc malis ducere à θεραπευτὴς, de quo s. l.

165 Ad eundem modum formantur, & ſequentia ſubſtantiva in ὺς, ύος, ἡ, ut:

1. Ἐπητὺς, facundia, ab ἐπητὴς, έος, ὁ, ἡ, facundus.

2. Βρωτὺς, cibus à βρωτὸς, ῦ, ὁ, veſcus, edulis. Unde & Germ. *brot*, Belg. *brood*, Angl. *bread*, i. panis.

3. Γραπτὺς, inſcriptio (ſc. vulnerum) vel laniatio, ſcarificatio, à γραπτὸς, *ſcriptus*, Ital. *ſcritto*, & *ſcritta*, Hiſp. *eſcrito*, Gall. *eſcrit*, *écrit*, Belg. *geſchrift*, Germ. *ſchrifft*.

4. Ἀφρασὺς, inconſideratio, ab ἄφρασος, incogitatus.

5. Πινὺς, prudentia, ſapientia, intelligentia (pro πίνυσις, εος, ἡ, quod idem) à πινυτὸς, ſapiens, prudens, conſultus.

6. Τηθὺς (à τιθηνὸς, nutrix, & dic. etiam de terra altrice) vocatur terra, quoniam eſt communis omnium nutrix. *Tethys* à poëtis fingitur Cœli & Veſtæ filia, ſoror Saturni, conjux Neptuni, fluviorum & Nympharum mater: Ideoque à Latinis Poëtis pro mari potius accipitur, quam pro terra. Alia eſt *Thetis*, de qua paulò inferius.

7. Ὀσφὺς, dorſi ea pars, qua cingimur; totius ſpinæ partium craſſiſſimis, maximiſque

misque vertebris compacta, rectè deducitur ab ὀσοφυὴς, naturâ osseus. Expon. & lumbus, it. ilia.

8. Ab ὄροφος (ex ἐρέφω, tego) tectum, camera, fit ὀφρὺς, supercilium, it. pro tumulo; in littore sic dicitur τὸ ἔπαρμα, seu labrum. Hinc habemus Lat. *urbis*, & exinde *urbs*, cujus nominis est & Liguriæ fluvius, vulgò *urba*, seu *orba* dictus. it. Gall. *haure*, i. portus, & Bel. *oever*, nec non Germ. *ufer*, i. littus. *Urbs vetus* apud Italos coalescit in *Orvieto*. Ab hujus cognato ὀροφὴ, contignatio, tectum, nomen habet Assyriorum urbs *Oroba*; item maris rubri insula ὔρφη, corruptè OPHIR, apud Voss. in obrisum. Et fortassis etiam Ital. *roba*, Hisp. *ropa*, Gall. *robbe*: quomodo à Lat. *tignum*, Angl. *thing*, Belg. *dinck*, & Germ. *ding*, i. res: quode leg. Voss. in tignum.

9. Ἰσχὺς, robur, vires, unde Hebr. ISCH, vir; provenit ex verbo ἴσχω, idem quod habeo, it. teneo, valeo, &c.

Et paroxytona quædam in υς, υος, ἡ, ut: 1. Γένυς, mentum, maxilla, it. acies, à γενὺς, fœcundus. 166

2. Κίνυς, robur, i. sylvestris quercus, & metaph. vis, vires, à καυκὸς, Lat. *caucus*, i. hedera.

3. Ab ἰθὺς, έος, ὁ, ex §. 64. 9. provenit ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus ejus, qui rectâ fertur ad aliquid, seu prorumpit, unde Lat. *vitis*, Ital. *vite*, Hisp. *vid*, Gall. *vit* (penis) it. *vis*, & *viz*, i. vitis, & metaph. cochlea. Conf. & *vitis*, quando fluvium notat ex §. 53.

4. Ῥάπυς & ῥάφυς, Lat. *rapum* & *rapa*, Ital. *rapa* & *rava*, Gall. *rave*, Angl. *rape*, Belg. *raepe*, it. *roeve* & *roffe*, Germ. *rube*, est à σαράπους, * qui magnis pedibus est, & eos veluti trahit. Unde quoque σεραπιὰς, άδος, ἡ, herbæ nomen.

* Sic Lat. *napus*, unde Ital. *navo* & *navone*, Insubr. *gniffo*, apud Ferr. Hisp. *nabo* & *navo*, Gall. *naveau* & *navet*, Angl. *navew*, Belg. *naveel*, est ab ἐννεάπους, novem pedes habens.

5. Μίτυς, purgamentum ceræ, vocab. rei apiariæ, contractum est ex μυκητὸς, unde quoque μύκης, ητος, vel ου, ὁ, fungus, it. clavus oleæ, it. fungus ellychnij, &c. & hinc Lat. *mucus*, nec non Græc. μύξα, ας, ἡ, humor è naribus fluens, *mucus* & *mucor*, Ital. *mocci*, *moccico*, Hisp. *moco*, Germ. *schmutz*. Est etiam humor ille, & veluti mucus, qui in ostreis, & testudinibus visitur. Usurpatur & de lucernæ ellychnio, Ital. *mocco*, it. *moccolo*, & *smoccolo*, Hisp. *moco*, Gall. *mouchon*.

Μύκης, ητος, præterea signif. illud, quod in ima capuli parte fungi simile vaginam tegebat, it. membrum virile, unde Græc. μυττὸς, quando Hesychio teste, signat τὸ γυναικεῖον; & hinc juxta Voss. μυττὼν, Lat. *muto*, πέος.

6. Ab ἄτρυτος, indomitus, infatigabilis, qui nullis laboribus frangitur, est ὄτρυς, & m. ἄδρυς (unde ἄδρυα, navigia ex unico ligno, & h. *Adria*, & *mare Adriaticum*) ex quo per aph. δρῦς, υὸς, ἡ, quercus, it. quævis arbor. Unde *Dryades*, *Hamadryades*, & Gall. *Druidæ*, vulgò *Druide*, Hisp. *Druyda*, Belg. *Drutin*, sive *Trutin*, i. Deus, apud Kilian & Schottel. Germ. *Drud*, sive *Drut*, i. venefica.

7. His adjungenda in mentem veniunt γῆρυς, εος, ἡ, vox, ab ἀγοραῖος, forensis, it. circumforaneus. Et

8. Θῆλυς, εος, ὁ, ἡ, fæmineus, vel fæmina, ab εὔθηλος, ex §. 75. n. 33.

Et masculina quædam in υς, υος, ὁ, ut: 1. Στάχυς, spica, it. herba quædam, it. ligamen quoddam medicinale, ab ὕσακος. paxillus corneus. 167

2. Κάνδυς, indumentum persicum, à κονδὸς, quod in Gloss. Meursij corruptè dic. pro κοντὸς, i. curtus, parvus. Vel erit ab ἀκέντητος, acu non elaboratus, neque pictus.

3. Βότρυς, *botrus*, uva, it. herbæ nomen, à βέτυρος, § 85.

4. Κότυς, *Cotys*, Thracum rex ita dictus ob naturalem iracundiam, à Plutarcho descriptam, à κοτήεις, vel per aphær. à ζάκοτος, valde iratus. Quando verò dæmonem notat, turpitudinis præsidem, cujus cognatum est Κοτυττὼ, *Cotytto*, impudentiæ

dentiæ Dea, eſt per eand. fig. ab ὀγκωτὸς, tumidus, inflatus, magna mole aſſurgens.

5. Ἰχθὺς, ύος, ὁ, piſcis, eſt per epenth. vel ab ἰθύω, rectâ feror, ſeu rectâ pergo, it. impetu feror; Vel ab ipſo them. ἰθὺς, έος, ὁ, rectus, quod vid. §.64. & 161. it. in §. anteced. Conf. & ἰχὺς, ab ἴχω, ex §.165.

168 Item neutra quædam, ut: 1. Ἄςυ, εος, τὺ, aſtu, urbs in qua qui bene verſatus eſt, aſtutus dicitur, ab ἀςὸς, civis, & quidem propriè Athenienſis, ita dictus ab ἀείσιτος, i. qui quotidie cibum Athenis in Prytaneo capiebat: unde & Æſtyi, Germaniæ populi apud Tac. de mor. Germ. Nec civis Latinorum aliunde derivabitur, quam à cibus * contr. pro cibatus. Cibare autem à ſubſtantivo cibus, quo veſcimur, quod à κύβος, i. panis quadrati ſpecies.

2. Πῶϋ, ύος, τὸ, grex, verbi πάομαι, poſſideo: unde & παὶς, ſeu πηὸς, ȣ, ὁ, propinquus, affinis.

3. Et apud Lat. gelu, per aph. à ῥιγηλȣ, genit. τȣ ῥιγηλὸς, ὁ, pro quo Screv. ῥιγελός, ὁ, horrendus, horrificus, it. alſioſus, qui ſtatim rigore, ſeu frigore corripitur. Ab hujus cognato ῥιγεδανὸς, horribilis, eſt Gedanus, corruptè Kedaunus, ſive Codanus fluvius, unde Codanium, uſitatius Gedanum, vulgò Dantiſcum, Angl. Gdansk, Germ. Dantzig, Pruſſiæ emporium.

* Syncopatio ſimilis occurrit (apud Græcos in ἔγγαλον, pro ἐγγάλακτον πρόβατον, i. ovis quæ lac habet.

Item ἄκορος, contr. ex ἀκόρητος, quod poët. dic. pro ἀκόρεςος, inſatiabilis. Ab ἄκορος eſt ἄκορον, Lat. acorum, herba quædam, quod iterum contrah. in ἄρον, Lat. arum, itidem herbæ ſpecies. Conf. & Valacus ab εὐλάκατος, §. 69.

(2) Apud Latinos in ſervus, pro ſervatus. Truncus, pro truncatus, & mactus, pro mactatus. it. inhonorus, pro inhonoratus; & hirtus, pro hirſutus. Muſtela à muſtellus, quod contrah. ex mus ſtellatus: ſicut capricornus ex cape r. cornutus.

Sic baccâ laureatus contrah. in baccalaureus, unde Ital. bacelliere, & corruptim baccalare, Hiſp. bachiller, Gall. bachelier, ubi non tam pro baccalaureo, quam pro amaſio ſumitur. Vid. Richel. in notis ad Bachelier, i. e. qui fait l'amour à une jeune fille. Hinc apud Anglos a bachelor vocatur cælebs, it. procus: unde factum, quod Germ. beſcheller, per aph. ſcheler, & ſchelhengſt apud Schottel. ſignificet equum admiſſarium: quo epitheto Plautus utitur in Mil. Ad equas tu quidem ſcitus fuiſſes admiſſarius, qui conſectare æquè mareſque, & fæminas. Conf. & hengſt ab henetus, §.66.

Pro Deus Conſultus Romani dixere Conſus, unde Coſſus, & Coſſutius, apud eoſdem: niſi cum aliis id nominis ducere malis à coſſis vermibus, de quibus s. l.

Sic inſignis dic. pro inſignitus. Impunis, pro impunitus, Conf. & finis à finitus, §.72.

(3) Apud Italos in ſcaltro, pro ſcaltrito, ex ἁλίτρευτος, in mari vexatus, ἁλίτρευτος γέρων, apud Theocr. Sic à logoro ex §. 75. n. 17. eſt logorare, cujus ſup. logorato contrah. iterum in logoro, hoc in logro. Sic guaſto dic. pro guaſtato; tocco pro toccato; viſſo pro viſſuto; deſtino pro deſtinato; manſo pro manſueto; ſodo pro ſedato: Et in Paſt. Fido: Paga lei pago il mondo.

(4) Apud Hiſpanos in mancebo pro emancipato; Amo (Bel. oom, Germ. ohm, obem, & oheimb, i. avunculus) pro amato: & ama, ſive amma, uti apud Dom. Magr, in Notit. V. E. (Germ. & Belg. amme, i. obſtetrix) pro amata, unde & Lat. amita, Ital. amita, amida, & Venet. amia, Belg. moede, & moeye. Amata quoque vocabatur Latini Regis uxor: Et Amata à Pontifice appellabatur virgo Veſtalis, cum ad miniſterium Veſtæ capiebatur, quod prima, hoc ritu capta, eodem fuerit nomine.

(5) Latini *quadratus* contrahunt in *quadrus*; Itali quadrato in *quadro*, Hisp. quadrado in *quadro*, Gall. quarré in *carré*, Angl. squared in *square*, quod ipsis etiam norma exponitur ab Italorum *squadra*, seu *squarra*, unde Hisp. *esquadra*, Gall. *esquierre*, *equierre*, & *equerre*, Germ. *quere*, verbi gratiâ: *die creutz und die quere*, idem signif. quod Gall. *à tort & à travers*, Hisp. *a troche y a moche*.

Quadro Italis & Hisp. sumitur etiam pro verubulo, it. pro pugione, unde Angl. *sword*, Belg. *swaerd*, Germ. *schwert*, i. ensis, seu gladius. Sicut Ital. *squarcina*, i. acinaces, deriv. à *squartare*, i. in quatuor partes dissecare.

Ex jam dictæ terminationis nominibus formantur nonnulla apud Latinos, quæ declinationi quartæ subscribunt, ut: 169.

1. *Boatus* à βοατὺς, ύος, ἡ, clamor, vociferatio. Sic

2. *Fastus* pro superbia à φαςὺς, verbi φάσκω, apud Voss. hinc Ital. *fasto*, Hisp. *fasto*, & *fausto*, Gall. *faste*.

3. *Ritus* à τριτὺς, * i. sacrificium perfectum, & omnibus suis numeris absolutum, quod tribus constabat: *sue*, scilicet, *ariete*, & *hirco*.

* Similiter à τρυπάω, ῶ, terebro, perforo, pertundo, fit Lat. *rupo*, & per epenth. *rumpo*, unde Ital. *rompere*, Hisp. *romper*, Gall. *rompre*. Angli autem ab Ital. *rotto*, vel *corrotto*, dicunt *to rot*, Belg. *rotten*, Germ. *rotten*, & *verrotten*, putrere, it. *ausrotten*, extirpare. Conf. & *ros* à δρόσος, ad §. 157.

4. A τονθρὺς, quod expon. φωνὴ, contractè pro τονθορὺς, ύος, ἡ, murmur, quod etiam agnoscit Vossius in Tractat. de Lit. permut. p. 41. est Lat. *tonitrus*, & *tonitru*, Ital. *truono*, & *tuono*, Hisp. *trueno*, & *tronido*, Gall. *tonnere*, Angl. *thunder*, Belg. *den donder*, Germ. *der donner*.

5. *Sexus* contractum puto ex Genit. ἕξεως, unde & ἕξις, i. habitudo corporis, vel affectio in animo, vel corpore stabilis, & à subjecto ægrè mobilis, sive bona ea sit, sive mala, &c. Ital. *sesso*, Hisp. *sexo*, Gall. *sexe*, Angl. *a sex*. Pro eod. veteres dixere & *secus*, quod e leg. Vossius.

6. *Singultus* per aphær. sic dicitur à θρασυγλωττὸς, i. linguæ audacia, exinde Ital. *singhiozzo*, it. *singotto*, & *singozzo*, Hisp. *solloço*, *sollipo*, & *hipo*, Gall. *sanglot*, it. *hocquet*, & *hochet*, Angl. *a sob*, & *sobbing*, it. *the hicquet*, sive *hickock*, it. *yexing*, Belg. *den hick*, sive *huck up*, it. *snick*, *snack*, *snock*, *nocke*, & *nockinghe*, Germ. *hixen*, & *hixung*, it. *hatich*, *hatsch*, & *heetsch*, it. *klucksen*, & *schlucksen*.

7. *Situs* pro positione loci est à *positus*; pro lanugine autem à *sino*. Sic à colo est *cultus*; ab ago *actus*; & à verto, *versus*.

8. A *vultum*, apud Frischlin. pro volitum, verbi volo, est *vultus*, & *voltus*, Ital. *volto*, Hisp. *bulto*, Angl. *build*, Belg. *beeld*, Germ. *bild*, i. effigies, statua. Cumque antiquis mos esset juxta Horat. de Art. Poët.

——— *leges incidere ligno*:

Olim statuæ erigebantur, in quibus vitæ præcepta incisa erant, quæque nihil humani præter pudenda, & caput habebant. Heurn. pag 246. Sic jurisdictio civitatis, quæ lignea crucis statua erecta designari solet, Belgis vocatur *Wyck-beld*, unde Germ. *Weichbild*, i. vici statua. Conf. Crux, ex Pr. Ph. n. p. 118.

9. *Astus* pro astutia, abstrahitur ab *astutus*; pro acuto & callido autem, ut apud Plaut. *astis confertum fallacijs*, ex eod. contrahitur, sicut *hirtus* ab hirsutus, in §. 168.

10. *Portus* contrahitur à portatus. Et *exercitus* ab exercitatus sc. militum numerus.

11. *Ducatus* autem est à Dux; *Senatus* * à senex; *Consulatus* à consul; *Comitatus* à comes, & sic de cæteris.

* *Sena-*

* *Senatus*, inquit Comenius, *à senio est dictus; apud senes enim sapientia: quanquam & fieri solet, ut ætate juvenes mente sint senes.*

170 Absque hoc articulo postpositivo enunciantur adhuc quorundam nominum vocativi, idemque articulus fortean ideò omittitur, quia ὦ plerunque ipsis præponitur, ut: ὦ γάθε, ô *bone*! ô *Domine*! ô *fili*! ô *Palla*! ô *Panthu*!


Et Hebræorum vox acclamativa: HOSIANNA, quid? nisi antiquum Græc. ὦ Ζεῦ ἄνα, vulgò ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, quod in Rosario Antwerpiano pag. m. 24. redditur: *O Rex Israel in altissimis*. Conf. & §§. 22. & 23.

Horat. de arte poet.

Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si Græco fonte cadant; parcè detorta.



SECTIO



Utor permisso; Caudæque pilos ut equinæ
Paulatim vello, demo unum, demo etiam unum. Horat.

SECTIONIS TERTIÆ
CAPUT PRIMUM.

§. 171.

Ε Tertiæ personæ nota, vel (liceat ita loqui) primæ & secundæ nexus & copula, post *tenues* assumsit & *medias*, novasque ex se formavit in ore vulgi particulas sequentes:

Κὲ, κὲν.	Πὲ.	Τὲ, τὲν.
Γὲ,	Μὲ, * μὲν.	Δέ.

* In Princ. nostro Philolog. pag. 52. l. 10. observabis μν etiamnum vices occupare τοῦ βν.

Κὲ, & κὲν, unde Hebr. affirmans KB, i. etiam, & Lat. *ce*, in *ceve*, *ceu*, it. in *ecce*, *illicce*, *hicce*, *ejusce*, *cujusce*, *&c.* poëtica est particula idem significans, quod in prosa ἂν potentiale, & aliquando accipitur pro δή. 172

Κὲ aliquando vocibus præfigitur; ubi etiam Atticè adspirationis vicem nonnunquam subit, ut: 173

1. KEHAN, Chald. jam, nunc, à κὲ ἂν, sive αἰὲν, §. 160.

Sic KEDI, quum, à KB & DI, quod, quia. §. 125.

A κε & νόμος, modus, lex, norma, KENEMA, i. hujusmodi; hunc in modum, in hanc sententiam, ac si dicas, ἐκ τοῦ νόμου, seu κατὰ νόμον.

A κε & ὀπὴ, foramen, KAVVA, i. fenestra.

A κε & θέλω, seu ἐθέλω, volo, & Att. possum, KEHAL, i. posse.

2. Κόκυ, Att. idem quod ὠκὺ, celeriter. Κείη, Dor. pro κε εἴη.

Κόλος, magnus, ab ὅλος, totus. §. 148. Conf. & κόλος §. 38. & 75.

Sic à ῥαπὶς, virga §. 163. it. fibula, fit κρηπὶς, i. basis, fundamentum, it. calceamentum subæratum, à cujus accus. est Lat. *crepida*, Ital. *scarpa*, Hisp. *escarpia*, & *escarpin*, Gall. *escarpe*, *&c.* Hinc χρυσόῤῥαπις expon. auream habens virgam, vel aureos calceos.

3. Nec dubium, quin Latinorum *cacumen* apud Voss. pari modo factum sit ab acumen: *Caula* ab αὐλὴ. *Costa* ab ὀστᾶ, & nobis *cunæ* ab εὐναὶ, nec non ab ὥρα, *cura*; & *carmen* à carminis, ex Græc. ἅρμενος, congruens, aptus, accommodus, it. ἅρμενον

idem

idem quod ὄργανον, unde eſt, quod carmen etiam pro inſtrumento ſumitur. Conf. *caligo*, ex §.37.

4. His accedat Anglorum *Cumbria*, vulgò *Cumberland*, pro Umbria, de quo infra. Item *Ombi*, *Combi*; & *Colbi*, Æthiopiæ ſub Ægypto gens, à Græc. ὄλβιος, i. beatus; unde *Olbia* Sarmatiæ urbs; Conf. & *Cubi* pro Ubij, ex §.44.

174 Sæpius idem κε ipſis particulis affigitur, ut: Εἴκε & εἴκεν, ſi, etſi, Lat. *ſic*, Ital. *sì*, Gall. *ſy*, Angl. Belg. & Germ. *ſo*.

Ἐπεί κε & ἐπείκεν, id. it. ſiquidem. Αἴκε, αἴκεν, pro αἰ, vel εἰ, *ſi*.

Ἤκεν, pro ἤ, aut, it. an, it. certè.

Ὅσκε, & ὅσκεν, pro ὅς, qui. Ἔνθακεν, tunc ibi.

175 Vices hujus particulæ ſuſcipit γε, ut:

Εὖγε, Lat. *euge*, rectè, ſanè. Πάνυγε, ita, ſanè.

Νῦνγε, Lat. *nunc*, Germ. *nun*, Belg. *nu*, Angl. *now*, id.

Οἵγε, Lat. *hic*, Ital. *quì*, & *ci*, Hiſp. *aqui*, Gall. *icy*, *cy*, Angl. *this*, *he*, & *here*, Belg. & Germ. *hie*, *hier*, it. *die*, *der*.

Ὅγε, Lat. *hoc*, Ital. *ciò*, Gall. *ce*, Germ. *es*, verbi gratiâ: Latinorum *propter hoc*, contrahitur vulgò in *per hoc*, unde Ital. *perciò*, & *però*. Sic Lat. *propter hoc quod*, in Ital. *perciocbe*, & *perocbe*, pro quibus dicitur etiam *imperciocbe*, & *imperocbe*, Hiſp. *pero*, *por eſſo*, *por eſto*, *porque*, & *paraque*, Gall. *pour ce*, *parce*, & *parceque*.

Εἴγε, ſiquidem, ſi modò, Hebr. ECH, i. quomodo?

Δέγε, verò. Τόγε ἐμὸν, Ion. pro, quantum in me.

Διάγε, tamen, propter. Μήτιγε, nedum.

Μενοῦνγε, & μὲν οὖν γε, imò verò.

Οὐ μήν γε, non tamen, veruntamen non, idem quod οὐ μήν.

Σφόδραγε, pro σφόδρα, vehementer, impetuoſè, it. admodum, maximè, quando adhibetur reſponſioni affirmativæ.

Μαλιςάγε, pro μάλιςα, maximè potiſſimùm.

Ἀλλάγε, & ἀλλ' οὖν γε, at certè.

Ἄραγε, nempe, forte, igitur, convertitur in Lat. *ergo*, ultimâ correptâ, ad differentiam τοῦ *ergô*, ab ἐργῷ, pro ἕνεκα. Sic

Κάρταγε, pro κάρτα, valde, vehementer, fit affirmantis adv. Lat. *cergo*, i. certè, profectò.

176 Eadem præfigitur etiam particulis, ut: Γεάρα, contractè γὰρ, nam, enim. οὐ γὰρ, non enim, it. interrogativè, nonne? οὐ γὰρ ἀλλὰ, enimverò, at verò, interdum ſimpliciter pro γὰρ.

Γεοῦν, contr. γοῦν, Dor. γῶν, igitur, certè, it. quippe, nam. Hebr. JAHAN, i. propter.

Γεμὴ, ἀλλ' ὅμως, ſed, verùm.

Γεμὴν, utique, autem, verò: unde Hebr. GAM, i. etiam.

Γεσὺν, contr. ξὺν, cum. Sic σύμπαν, Atticè dic. ξύμπαν, omnino, prorſus, in univerſum.

177 Imò & nominibus nonnullis, ut: 1. Γλήμη, pro λήμη, gramiæ, lippientes oculi: unde adag. Κρονικαὶ λῆμαι, *Saturniæ lemæ*.

2. Γιτέα, pro ἰτέα, ſalix.

3. Γιχὺς, pro ἰχὺς, robur, vires.

4. Γύψος, *gypſum*, Ital. *geſſo*, Hiſp. *algez*, & *yeſſo*, Gall. *gy*, Belg. *gyps*, & *gbips*, Germ. *gips*, ab ὑψὸς, altus.

5. Γυπὸς (Ital. *cupo*) altus, pro ὕπος, per ſync. pro ὕπατος, ſummus & imus.

6. Γοργὸς (unde Lat. *gregis*, & h. *grex*, Ital. *gregge*, & *greggia*, Hiſp. *res*, & *requa*, ſeu *recua*) velox, citus, vel agilis, facile mobilis, verſatilis, it. vividus, acer, it. terribilis; nobis eſt ab ἀργὸς, albus, it. celer, & velox, it. otioſus, & piger, de quo s. l. plura.

7. Γίννος, (unde Belg. & Germ. *Kind*) pro ἴννος, puerulus. An hinc & Anglorum *Kind*, quando pro humano & benigno sumitur, vel potius à *jucundus*; æquè obscurum est ac idem eorund. *Kind*, quando genus, speciem & formam denotat, an sit à Lat. *genus*, ut videtur, vel ab Ital. *gente*: sicut eorund. *mind*, omninò est à *mente*.

8. Γυνὴ, fæmina pro ὑννὴ. Γύναιξ autem à γυναικὸς, (ex γυνῇ εἰκῶς) quo illius obliqui formantur. Conf. §.135. Belgis hinc *quene* non tam de uxore, matreque familias, quam de meretrice, imò & de taura, & juvenca sterili dicitur: Apud Anglos autem *a queane*, seu *quean*, meretricem quidem significat; *queene* verò sive *queen* ἐξόχως regina seu Regis uxor nuncupatur. Vid. Lips. Ep. p.922.

9. Γράβιον, dicitur ilignum, quernumve lignum, quod fractum, fissumve & accensum iter facientibus lucem præbet, & est à ῥάβδιον, parva virga, ramulus, scapus.

10. Sic γλαυκὸς ab ἀλυκὸς, & 11. Γλυκὺς à λευκὸς, de quibus s. l. Conf. & *Gubaldus* §. 68. it. Hebr. GEH, pro ἐ, §. 124. & GEDI ab ἡδὺς, ἕω, ὑ, §. 161. Sic *gire* Itali quoque dicunt pro ire.

12. Abij tandem abiere *Gabij*; Abali, *Gabali* apud Cæs. & Homerus, ex §. 66. Hebr. GOMER, & *Gomerus*, Phrygum & Gallorum conditor, qui aliis & *Comerus* dicitur.

Πὲ, cujus vestigia monstrat Lat. *pe*, quod itidem vocibus accrescit in fine, ut: 178

1. Nam, *nempe*, Germ. *nemlich*. 2. Quid, *quippe*.

3. Satis, *saepe*, qs. *saipe*: Italicæ etenim dialecti est pro *satis* dicere *sai*, in *assai*, unde Hisp. *assaz*, Gall. *assez*.

4. Ubivis, *ubivispe*, contr. *usque*, Gall. *jusques*, *jusque*, & *jûque*, Germ. *bis*.

5. *Ispe* mutatum in *ipse*, unde Ital. *esso*, exhibet §. 128.

Ipsum autem πε * apud Græcos abijt in με (quo de leg. §.133.) & μὲν, i. quidem, 179
unde quoque Lat. *men*, vocibusque in fine adnectitur, ut:

Κατάμεν, (Lat. *tamen*, Belg. *teems*, idem vid. & §.66. n.4. ubi cribrum notat) contrahitur in κάμμεν, utique.

Ἐιμὲν, siquidem, pro quo Æol. ἔικε, Dor. αἴκε, vel αἴκα.

* Per antistoechon π, β, & apud Lat. v, & qv, mutantur in μ, vel m, ut:

1. Πολυβόρος, multivorus, mutatur nobis in μολοβρὸς, gulosus, vorax.
2. Πολύθυρος, multum impetuosus, abit in μολόθυρος, herbæ nomen.
3. Pro βένευρος Græco-barbari dicunt μένεβρος, flagellum.
4. Sic *promuscis* vocatur, quod antiquioribus *proboscis*, ex Græc. προβοσκὶς. Et
5. *Promulgare* dicimus pro *provulgare*: nisi malis id factum esse quomodo Hisp. *comulgar* ex communicare. In Colesij Diction. Latino-Anglico extat *mulgo*, *are*, *to publish*.
6. *Obliquus* per aphær. abit in *liquus*, quod obsoletum, & *liquis*, quod Voss. ex antiquo Scriptore adducit, quæque iterum degenerarunt in *limus*, & *limis*, idemque significant, quod *obliquus*, seu transversus, unde post Angl. *slim*, Belg. *slem*, & *slim*, Germ. *schlim*.
7. Sic *Vagamundo* Hispani dicunt pro *vagabundo*.
8. Ἀτραπιτὸς, via trita, non habens diverticula, sed recta, semita, evadit in Lat. *tramitis*, unde per sync. *trames*, à cujus ablat. *tramite* Latini contraxere *trama*, & in Lege Salica *trappa*, quo de Magri, unde Ital. *trama*, & *tramaglio*, it. *trappa*, *trappola*, & *trampella*, it. *trampolo*, aliis *trampalo*, & *tramplo*, Hisp. *trama*, *trampa*, & *trampear*, Gall. *trame*, *treme*, *traime*, *trappe*, & *tromper*, Angl. *trappe*, Belg. *trame*, & *trappe*, Germ. *trum*, i. licium, it. *treppe*, i. gradus, scala, it. *trempeln*, i. fulcire.

Similis figura occurrit in *mólita* sc. farina, unde Lat. *mola*, pro farre tosto. Et quomodo à *farre* est Lat. & Ital. *farina*, Hisp. *harina*, Gall. *farine*; ita à *mola* est Angl. *meal*, Belg. *meel*, Germ. *mehl*, quod idem. Cui quidem

prope alludunt, & ὠμήλυσις in §. 36. & θυμέλη (verb. θύω, sacrifico) farina, quæ sacrificiis adhibebatur, unde nobis Lat. *simila* (nisi malis à σεμιδαλὶς §. 36.) Ital. *semola*, & *sembola*, Hisp. *semola*, Gall. *semole*, & *semolle*, it. *som*, & *son*, Angl. *simnel*, Belg. *semel*, & *semel-mehl*, Germ. *semmel*, & *semmel-mehl*. Quemadmodum à θυμέλη, fulgur & tonitru, verbi θύω, rapido, & furibundo impetu feror; est Poët. σεμέλη, Lat. *Semele*, quæ & θυώνη, Dor. θυώνα, pro quibus etiam dic. διώνη, & διώνα, unde Lat. *Diana*; quod alij derivant à θέαινα, i. Dea.

9. Ἀτάρβητον mutatum videmus in ἀτάρμυκτον, i. intrepidum, imperterritum, impavidum; & quomodo

10. Ab ἀθυμέω, animum despondeo, animo concido, it. angor metu ne-est ἀτέμβω, i. contristo, tristitiâ afficio, it. privo: Ita

11. A ταρβέω, paveo, timeo, trepido, est Græc. τρέμω, Lat. *tremo*, (Ital. *tremare*, unde *tremolare*, & *trembolare*, it. *trempellare*, & *tempellare*, unde iterum Hisp. *temblar*, & *retemblar*, Gall. *trembler*, Angl. *to tremble*) & à τρέμω, τρέω, Lat. *terreo*.

12. Contra verò mutatur μ in π, vel β, in seqq.

(1) Ὑπεδαπὸς pro ὑμεδάπεδος, vestras, qui est ex vestro loco. Sic Æoles, notante Vossio, pro μικκύλος dicunt πικκύλος, i. parvulus, unde ipsi Ital. *piccolo*.

(2) *Nimbus* à νήνεμος, ventos non habens: quando autem fasciolam notat, tum per antith. dicitur pro *limbus*, §. 345.

(3) *Bubastus*, Ægypti civitas prope Heliopolim, nomen habet à βέμασος, §. 78. An hinc, vel ab Anglorum *Bumbast*, i. xylum, seu gossypium sit Theophrasti Paracelsi cognomen *Bombast*, dubito, cùm propius accedat ad Ital. *di buon pasto*, i. ἀδδέφαγος.

(4) Μακεδωνία, *Macedonia* australibus ejus incolis efferebatur *Bagadonia*; unde Perillustris apud Venetos familiæ *Basadonna* nomen adhuc esse arbitror.

(5) *Baga*, al. *Bagasi*, Africæ urbs, nomen habet à μέγας, μέγα. Et *Bacabasus* apud Just. l. 3. c. 1. Persis corruptè dic. pro *Megabyzus*. Μέγας etenim à Thracibus, & Persis corrumpitur in Beg; unde *Georgius Castriotes* Epiri princeps, ab ipsis vocabatur *Scander-Beg*, id est, Alexander Magnus. Sic *Abul-Chairuzbeg*, *Uzbeg*, & *Chus-beg*, it. *Trogul-beg*, &c. de quibus legesîs Hornij Hist. ubi & *Scanderi* cujusdam regis Indiæ fit mentio. Floret adhuc in Germania prænobilis familia *Knesebeg*, quo nomine à Ruthenis, sive Russis originem prodit, quibus Knes nobilem notat, à γνήσιος, i. legitimè genitus.

(6) A μαλακὸς, mollis, rectè fit Græc. βλακὸς, & h. βλὰξ, socors, hebes, ignavus, supinus, iners, it. piscis quidam omnino inutilis, & qui nulli animanti est esui. Ab hujus derivato βλακικὸς, itidem socors, piger, it. stolidus, est Lat. *flaccus*, Ital. *fiacco*, & corruptius *fiappo*, Hisp. *flaco*, Gall. *flasque*, *flaque*, & *flac*, Angl. *flaggy*, & *slow*, Belg. *flauw*, & *lauw*, Germ. *lau*, tepidus. Et à βλακέω (pro quo in usu βλακεύω, socorditer me gero) Lat. *flacceo*. Cujus synon. *langueo*, unde Ital. *languire*, Hisp. & Gall. *languir*, Angl. *languish*, Belg. *langen*, & cum Germ. *verlangen*, per aphær. fit à μαλακιάω, mollis sum, & langueo.

(7) *Bela*, unde *belare*, & *balare*, ab antiquis Latinis diceb. *ovis*, à Græc. μῆλα, τά. Sic

(8) Βλίττω, exprimendo aufero, est à μελίττω, mellifico; &

(9) Pro μεμβρὰς, άδος, ἡ, Atticè dic. βεμβρὰς, & βεβρὰς, quæ species apuæ, piscis.

(10) Et ab Ital. & Hisp. *mezana*, Belgæ dicunt *besane*, i. epidromus, epidromon:

dromon: velum ad puppim, five in parte posteriori navis extentum. Conf. & *buscalfana* ex §. 79.

Aliquando particulis præponitur, ut: Μέντϐ, & μέν πϐ, quidem, certè, sanè. 180

Μέν γαρ, enim, etenim. Μέν ϐν, & μενϐν, imò verò.

Μέντοι, & ὅμως μέντοι, tamen, attamen: ϐ μέν τοι, non tamen, §. 38. ϐ μέν πως, nequaquam.

Ex eadem particula με originem ducit μ protheticum in sequentibus, ut: 181

1. Ὄχος, μόχος, ramus novellus, palmes.

2. Ὀχλος, (pro quo in usu ὀχλεὺς, έως, ὁ) μοχλὸς, vectis, it. cardo, it. vinculum, it. pessulus.

3. Ὄνθος, fimus jumentorum; Μίνθος, stercus humanum.

4. Ὀρφνὸς, μορφνὸς, obscurus, tenebrosus.

5. Οὐνὸς, μϐνος, & ὄνος, μόνος, vid. §. 133.

6. Ab ἀλγέω, pro *algeo*, fit μαλκέω, frigore contrahor, ex frigore obtorpesco.

7. Et apud Lat. *alces*, *achlis* abeunt in *maclis*, & *machlis*.

Τε est conjunctio copulativa enclitica, quæ plurimùm postponi solet, idemque valet, quod Lat. *que*, ut: 182

Εὖτε, & *bene*, estque interd. adv. similit. cui respondet ὡς ἄρα. Pro eod. poëtæ dicunt

Ἠΰτε, & facta dialysi ἠΰτε, ceu, sicut, velut, unde Lat. *uti* & *ut*.

Αὖτε, rursus, iterum, porro; Hebr. או, aut.

Ἤτε, pro ἤ, unde (nisi rectius ab antecedente ἄυτε) Lat. *aut*, Ital. & Hisp. *o*, Gall. *ou*, Angl. *either*, *or*, Belg. *oft*, Germ. *oder*, olim *odo*.

Ἦτε, Lat. *ita*, itaque, certè, profectò.

Οὔτε, nec, neque; Lat. *haut*, qs. & non. Μήτε, Lat. *neque*, & per apoc. *nec*, Ital. *nè*, Hisp. *ni*, Gall. *ny*, Angl. *neither*, *nor*, *not*, *no*, Belg. & Germ. *noch*.

Εἶτε, sive; cujus compos. ἐπείτε, postquam, siquidem. Ὅςε, pro ὅς, qui.

Ὥςε, ut, ita ut, adeò ut, it. quamobrem, itaque, it. ut, sicut, velut.

Τεν itidem adjicitur in Αὖτεν, idem quod ἄυτε, Lat. *autem*. 183

Εἶτεν, Lat. *item*, postea, deinde, tum. Ἔπειτεν, idem quod εἶτεν.

Ex præfixione hujus voculæ originem agnoscunt 184

Τὸς, inusit. pro ὁ, unde τϐ, *hujus*, §. 115.

Τοὶ, plur. poët. pro οἱ. Τὶς & τὶ, videsis §. 125.

Ad Latinos hinc per conversionem venit 185

Et (Ital. *e*, & seq. voc. *ed*, Hisp. *y*, & *e*, Gall. &, Angl. *and*, Belg. *ende*, Germ. *und*) cujus composita sunt: *etiam*, *etsi*, *tamenetsi*, contractè *tametsi*.

Te, quæ syllabica est adjectio in *tute*, *tete*.

Tem, in *autem*, *item*: nec non *Met*, in *egomet*, *ipsemet*, ex quorum crasi corruptâ: *egomedissimet* ortum est Ital. *io medesimo*, Hisp. *mesmo*, *mismo*, Gall. *mesme*, *méme*.

Δὲ, antecedentis cognata, fit conjunctio discretiva significans: verò, autem, igitur, sanè. Ex eaque Latini suum fecere *sed*, & *dem* in *idem*, *quidem*. Eodemque sicut τε subjungitur modo, ut: 186

Εἴδε, pro quo Poëtæ εἴθε, αἴθε, & αἰ, utinam.

Ἠδὲ, apud Poëtas idem quod καί. Μηδὲ, *neque*, nequidem.

Οὐδὲ, Lat. *haud*, ϐδὲ γρῦ, ne gry quidem.

Ὅδε, ἥδε, τόδε, Lat. *quod*, &c. §. 127.

Ὧδε, hoc modo, sic, ita, it. adeò, it. huc, unde Hebr. OD, i. propter.

Τῇδε, hac via, sic, ita, it. hîc, hûc.

Ἡμοσδε, quùm, cùm, quando.

Τηνικάδε, tum. Τηλικόνδε, tantillum.

Τοιόσδε, τοσόσδε, idem quod τοῖος, τόσος.

Ἐνθάδε, hic, huc, &c. Διχάδε, dupliciter, bipertitò, it. divisim.

Ἔτι δὲ, quin etiam, insuper, præterea.

187 Præponitur δε, vel δ sequentibus;

Δέχομαι, capio, ab ἔχομαι, habeo. Δοχὸς, capax, ab ὀχὸς, id.

Δολιχὸς, prolixus, longus, ab ὁλικὸς, totalis, universalis.

Similiter fit à Græc. αἷμα, sanguis, it. cædes, Hæbr. DAM, quod idem.

Et eorund. DAIAH, i. milvus, ab AIAH, i. pica, it. coturnix; quod ab αἶγα, accus. τῦ αἲξ, quando avem notat.

Huc pertinet etiam Lat. *Dubius*, pro *Vbius*, ad §.44.

188 Τε & δε aliquando consonantem abjiciunt, ε remanente, quod poëticè adnectitur, ut:

Ἠὲ, pro ἤτε, an. Exinde factum est Lat. *ve*, in *sive*, *ceve*, *neve*, per apoc. *seu*, *ceu*, *neu*.

Ὑὲ, pro ὗδε, vox minitantis, q. d. *tu autem*, sc. vapulabis.

189 Μὲν & δὲ interdum ponuntur ἐκ παραλλήλε, ut:

Ὅπε μὲν, & ὅπε δὲ, alicubi, alibi, it. quandoque.

Ποτὲ μεν, ποτὲ δε, interdum quidem, interdum verò; nunc quidem, nunc verò; aliàs quidem, aliàs verò.

Ὅμως μεν, ὅμως δε, etiamsi, tamen. Ἐι μεν, ἐι δε, *si*, *sin*.

Sic ἠμὲν, & ἠδὲ sunt conjunctiones copulatiuæ apud Poëtas, idemque valent, quod apud Latinos &, ac, atque.

190 Nec mirum particulas hasce primæ, & secundæ personæ pronominibus jugiter adnexas fuisse, siquidem constat, pronomen hoc variare significatione, prout tam primæ & secundæ, quam tertiæ personæ verbis adjungitur.

191 Quid! quod tum *temporis*, tum *loci* adverbia exinde formavêre veteres: *Temporis* quidem ex earundem compositione cum articulo ὅς. *Loci* verò adverbia desumta sunt ex vltimis ejusdem pronominis casibus, ceu sunt:

Pluralis Numeri.

Gen.	σφὶν,	φὶν,
Dat.	σφὶ,	φὶ,
Acc.	σφὲ,	ψέ.

CAPVT II.

192 PRæcedentis capitis particulæ κε, πε, τε, mutatæ à Doriensibus fuere in κα, πα, τα, ab Atticis autem in κὶ, πὶ, τί.

193 Κὰ scribitur adhuc in Αἶκα, pro εἴκε, *si*, & *sic*, ex §.174. Ἐπεὶκα, pro ἐπείκε, idem quod ἐπεὶ ἂν, quum.

Hebræi hinc dicunt KACH, & KOH, sic, ita: quando affirmantis, & similitudinis sunt particulæ.

Latini conversim illud enunciant: *ac*, unde (nisi malis à *quoque*) Belg. *oock*, Ger. *auch*, i. etiam; adjungiturque aliis, ut: *æquè ac*, *perinde ac*, &c.

194 Cæterùm abijt in καὶ, unde propriè procedunt Lat. *qui*, in *atqui*; & *que*, in *quisque*, *quoque*, *plerique* (Ital. *parecchi*) *uterque*, *utroque*, *utrobique*, *utrinque*, *utique*, &c. enclitica, quæ exactè respondent Græc. πε & τε, * ut:

Ἤδε καὶ, Lat. *adque*, pòst *atque*.

Δή νυ καὶ, Lat. *denique*, hoc est, & *demum*; vel si mavis à *denuò*, denuoque, *denique*.

Ἶσα καὶ, perinde ac, æque atque. Ἅμα καὶ, simul ac, simul atque.

Ἀλλώς τε καὶ, præsertim, & præsertim.

Διὸ καὶ, quamobrem, quocirca, proinde.

Ὅμως καὶ, tametsi. Ἢν καὶ, quanquam.

* Πε

* Πε & τε etiamnum mutantur apud Lat. in *qui* & *que*, v.g. πέντε, Siculis πέτῃε, Æol. πέμπε, Lat. *quinque*, Ital. *cinque*, Hisp. *cinco*, Gall. *cinq*, Angl. *five*, Belg. *vijve*, *vijf*, Germ. *fünfe*.

Sic à θέσπις, *Thespis*, divinus, ex Deo loquens, it. vaticinus, (cujus nominis apud Athenienses fuere primus poëta tragicus, it. Erichthei regis filius) & Lat. *testis*; à θεσπία sc. loca autem sunt Lat. *tesqua*.

Item ab ὑπηλόω, sub cicatrice lateo, est Lat. *squaleo*. Conf. *valeo* ab ὐλέω, ex §. 40.

Sic Lat. *squalus*, piscis, erit Græc. ὕπηλος, quando metaph. sumitur pro eo, sub quo vitium aliquod latet, occultus, subdolus, fallax.

Ita *queo* est à ποιέω, ago, facio, efficio: sicut à παύω, finem facio, cesso, it. finem impono, finio, est Lat. *quieo*, unde *quiesco*.

Similiter à λείπω fit Lat. *linquo*; à λοιπὸς autem *liquus*, pro quo in usu *reliquus*.

Eadem vocula etiam præponitur, & per crasin interdum accrescit sequenti, ut: 195
Καὶ εἰ, pro εἰ καὶ, etsi. Καὶ ταῦτα, eoque. Κὐκ, pro καὶ ὐκ, & non. Κηῦ, pro καὶ εὖ, & bene. Κἀκεῖ, pro καὶ ἐκεῖ, illic.

Κἀκ τέτω, Dor. pro καὶ ἐκ τέτε, sc. χρόνε, ex hoc tempore, unde suspicor esse Lat. *actutum*.

Κἀπὶ, pro καὶ ἐπὶ, & sic, & post. Unde Ital. *cape*, i. euge, & quid tum postea?

Κἄπειτα, pro καὶ ἔπειτα, & deinde, & postea, Ital. *capita*, *caspita*, & *caspitra*. Nisi rectius ab adagio: *Capita aut navim*. Vel etiam à Plautino in Mostell. *væ capiti tuo*.

Καλὸς κἀγαθὸς, pro καλὸς καὶ ἀγαθὸς, bonus, probus, æqui bonique amans, honestus. Dicitur & de viro strenuo. Cognomen hinc habere autumo nobilem in Germ. familiam *Keget*: Quemadmodum Florentiæ alia quædam ejusdem, sed italicè redditi nominis claret: *Bell' e buono*. Contra vocant Itali pyrorum quandam speciem *brutta e buona*, unde Gall. *brutte bonne*.

Τὰ δίκαια κἄδικα, quo jure, quave injuria.

Καὶ δικαίως κἀδίκως, per fas & nefas, quacunque ratione.

Γα dicitur in ἐγώγα, pro ἔγωγε, sic ἰώγα, ἰώνγα, & ἐγώνγα, ego. Duo hæc vocabula 196
sola excipiuntur, ubi ν ante γ non transit in γ. notante Vossio in Tract. de permut. lit. p. 24.

Τύγα, pro σύγε, tu. Αὐτόγα, pro αὐτόγε, hic profecto.

Πα nullo accentu notata, enclitica est juxta Screvelium. 197

Τα agglutinatur in 1. Δῆτα, igitur, interrog. nam? it. nempe, in ironia, scilicet, 198
Hebr. DADA, Lat. per conversionem, *tandem*, v.g. τὶ δῆθ' ὁρᾷς; *quid tandem vides?* πῶς δῆτα; *quo tandem modo?*

2. Εἶτα, postea, deinde, tum. hinc Lat. *ita*, pro postea. Interdum est dubitantis, anne? nunquid? Interd. in interrogationibus indignantis est pro; *itane verò?*

3. Ἔπειτα, id. Hujus decomposita sunt ἐσέπειτα, & μετέπειτα, in posterum. Unde poët. μέσφα, dum, donec, usquedum.

4. Τηνικαῦτα, pro τηνικάδε, vel τηνίκα, tum.

Δα, Lat. *dam*, in *quidam*, apud Græcos amplius non est in usu, sed potius inde 199
ductum δαὶ, in interrogatione repetita: τὶ δαὶ; quid ergo?

Κι præfixum voci δαφοινὸς, * cædis admodum avidus, vel cruore ex cæde valde 200
conspersus, it. rubeus, maculis rubris ac veluti sanguineis distinctus: originem dedit τῷ κίνδαφος, unde κίδαφος, ** vulpes, it. adject. dolosus, subdolus, fraudulentus, astutus. A cujus fœm. κιδάφη, itid. vulpes, &c. est Chald. KIDEFA, i. mendax, & h. KEDAF, i. mentiri, sicut ab illo κιδαφεύω, malitiosè & vafrè ago, more vulpino. Hebræi d in z mutando dicunt KAZAF, i. mentiri, & mendacium.

* A δαφοινὸς est Ital. *daino*, & fortean Hisp. *dañino*, quomodo apud Hom. dicuntur δαφοινοὶ θῶες. Per aphær. autem fit exinde Ital. *foina*, & usitatius

 faina,

faina, Hisp. *fuyna*, seu *fuina*, Gall. *foüine*, seu *foine*, Belg. *fouwine*, & corruptius *flouwine*, seu *fluwyne*.

** A κίδαφος per eand. fig. est Comicorum *Davus*, qui apud Terent. dicit: *Davus sum non Oedipus*. it. Angl. *thief*, Anglo-Sax. *theouwe*, Belg. *teewe*, & *dief*, Germ. *dieb*, i. fur. A κιδάφη autem Belg. *teve*, i. canis fæmina.

2. Eadem particula adnexa invenitur negativis, ut:

Ὀυκὶ, Homericum, per apoc. ἐκ, non. Eoque utimur sequente vocali tenuis spiritus, ut in illo Aristippi dicto apud Plut. ἔχω λαΐδα, ἀλλ' ἐκ ἔχομαι. Habeo Laidem, at non habeor, id est, teneor.

Μηκὶ in μηκέτι, non amplius, non jam.

201 χὶ pro κὶ usu postea invaluit, ut: Ὀυχὶ, & per apoc. ἐχ, itidem non, sequente vocali aspirata, v. gr. ἐχ ἅλις, sub. ἐςὶ, *non sat est*. sumiturque sicut & antecedens ἐκ & ἐ, interdum interrogativè, pro nunquid, nonne, annon?

Ναίχι, pro ναὶ, imò profecto. Ἧχι, pro ἧ, ubi.

202 Πὶ reperitur quidem in ἐπὶ, sed alius est originis, eaque de particula agetur paulò inferius. Probabile interim manet, eandem olim in hoc ordine, & sensu extitisse.

203 Τὶ (Lat. *ti*, in *uti*, cujus compos. sunt: *utinam*, *utique*, *neutique*, & *neutiquam*) adjungitur eodem modo aliis, ut: Ἤτι, an.

Ὄυτι, poët. pro ἐ, non, Lat. *haut*. Conf. §. 26.

Νεαςὶ, pro νέως, nuper, recens, à paucis diebus.

Μεγαλωςὶ, pro μεγάλως, magnificè, it. valde, vehementer.

204 Δὶ itidem dicunt Attici pro δὲ, illudque adjiciunt sequentibus, ut:

Ὁδὶ, ἡδὶ, τοδὶ, pro ὅδε, ἥδε, τόδε, §. 127.

Ὡδὶ, pro ὧδε, sic, hoc modo. Ἐνθαδὶ, pro ἐνθάδε, hic, illic.

205 Pro τὶ vel δὶ aliquando remanet ι, ut:

Νυνὶ, pro νῦν, nunc; hoc quidem de præsenti, præterito & futuro; illud autem de præsenti tantùm.

Ἐνὶ pro ἐν, in. Μενὶ pro μὲν, quidem.

Προτανὶ, nuper, novissimè, it. ante, à πρῶτον, primum, ante omnia.

Δευρὶ pro δεῦρο, huc. Τετονὶ, pro τῦτον, hunc.

Ταυτηὶ, pro ταύτῃ, ea ratione, & modo.

Τοσετοσὶ, τοσαυτηὶ, τοσετονὶ, & τοσετὶ, pro τοσῦτος, τοσαύτη, τοσῦτον, seu τοσῦτο, tantus, a, um.

Ἐντευθενὶ, pro ἐντεῦθεν, hinc.

Τυννετοσὶ, τυννετονὶ, pro τυννῦτος, τυννῦτον, parvulus, parvulum.

Ἐκεινοσὶ, pro ἐκεῖνος, ille. Ὁυτοσὶ, pro ὅτως, sic, ita.

Ἀφαρὶ, & ἀφαρεὶ pro ἄφαρ, statim.

Προὶ (qs. à παροσὶ) πρωῒ, Att. πρῷ, Lat. *pri*, & *pris*, i. mane, it. tempestivè, præmaturè, ante tempus constitutum. Hujus compos. est πρωΐερνος, i. tempestivè germinans, unde Lat. *Privernum*, hodie *Piperno*, Volscorum urbi nomen. Et forsitassis est hinc quoque per aph. *Verona*, cujus alii *Brennonem* conditorem faciunt, siquidem ibi adhuc crescit *vinum privernatium*, quod vulgò *vernaccia*, al. *guarnaccia* dicitur.

CAPVT III.

206 ANtequam ad temporis, locique adverbia progrediar, ἐυ in Sect. I. cap. 6. non satis enucleatum hic reassumendum propositi ratio efflagitat, refiguratur itaque juxta §. 62. in

ἦ

equidem, certè, sanè, profecto, &c.

Adver-

Adverbium hoc adſcivit κατ' ἐφελκυσμὸν τὸ ν (conf. quæ ad §.101.) & factum 207
Ἦν, ex cujus converſione nata eſt
Νὴ, quam ceu encliticam adjectam videmus vocibus ἐγώνη, ἐμοίνη, idque olim factum eſſe ſimplicioribus quoque, ceu ſunt:
1. ὦ, ὦνη, quod vid. §. 101. 119. & 131.
2. ὗ, ὗνη, unde ὗνος, & ὕννος, equuleus, ſeu equulus, mannus, ex quo Lat. *hinnus*, & *hinnulus*. Et ſpiritu in ſibilum mutato
3. Συ, σύνη, unde σύνος, i. filius, ex quo Slavor. *ſini*, & Germ. *ſun*, *ſohn*. Apud Græcos autem non ſuperſunt niſi compoſita quædam, ut: Διὸς σύνος, conjunctim διόσυνος, & per metath. διόνυσος, Lat. *Dionyſius*, * Gall. *Denys* (Dei filius) Bacchus, Liber pater.
Σύνος in eod. ſenſu quoque habes in δεσπόσυνος, & δεσποσύνη, filius, & filia herilis; unde facile perſuadeor eſſe Hebr. ZONAH, i. meretrix, & h. ZANAH, ſcortari. Metaphoricè autem in aliis, ut: δικαιοσύνη, juſtitia, πολυπραγμοσύνη, ſolicitudo de multis negotijs, & quidem nihil ad nos pertinentibus; curioſitas ardelionis. Sic Ἐλεημοσύνη, miſericordia, Lat. *eleemoſyna*, Ital. *elemoſina*, & *limoſina*, Hiſp. *limoſna*, Gall. *aulmoſne*, hod. *aumône*, Angl. *almeſſe*, & *alms*, Belg. *aelmoeſſe*, & *aelmiſſe*, Germ. *almuſe*, & *almoſen*, &c.

* Sic *Zoronyſius*, pretioſi lapidis magici genus, dic. ἀπὸ τοῦ Ζωρο σύνος, tanquam efficacis ſc. virtutis filius.

4. Eodem modo à τὺ eſt τύνη, & hinc τύνος, & τύννος, parvus, parvulus, unde Lat. *tinnunculus*, ſc. accipiter.
5. Ἶ, ἴνη, unde ἰννὸς, & h. ἶνις (quomodo §. 131. ab ἐνὸς, ἔννις) parvulus, pullus, it. puerulus: & ἴννη, puella parvula, it. pupilla oculi.
Ἦν verò conjunctum cum particula με, uti §. 181. docuimus, coaluit in 208
Μὴν, Dor. μὰν, nec aliter quàm ſequens
Δὴ, ex δὲ ἢ fuit conflatum.
Atqui hinc eſt, quod hoc pro δὲ, illud autem pro μὲν ſæpius ponatur, quamvis aliàs ſignificatione conveniant cum ſuo ſimplici, cui etiam non rarò pleonaſticè adjunguntur, ut: 209
1. Ἦ μὴν, & poët. ἦ μεν, idem quod ἔυμεν, certè, quidem, profectò; frequentiſſimumque uſum habet in ſponſionibus, & jurejurando. Conf. ex §. 63. Hebr. AMEN.
2. Ὀυ μὴν, & ὀυ μὴν γε, non tamen, veruntamen non.
3. Ἤδη, unde Hebr. HATTAH, i. jam, it. confeſtim, mox, it. nunc, it. continuò, protinus, eique opponitur ἔπω, i. nondum.
Δὴ præter ſignificationes jam dictas ſignat etiam *demum*, duntaxat, it. igitur, proinde, &c. imò aliis quoque poſtponitur, & jungitur adverbijs, & verbis etiam quibuſdam imperativi modi; ut: 210
1. Φέρε δὴ, age, agedum, ageſis, vel age jam, aut cedò dum, per metath. abit in δεῦρο, quod idem notat. Et ſic ex
2. Ἴθι δὴ, vel quod idem eſt ἴτε δὴ, per eandem fig. fit δεῦτε, i. huc agite.
3. Ὀυ μὲν δὴ, ſed tamen, veruntamen.
4. Καὶ δὴ, ponitur pro continuò, & protinus, it. ideo, it. jam jam.
5. Διὸ δὴ, quamobrem, quocirca. 6. Πρὶν δὴ, donec, uſquedum, quoad.
7. Ἔνθα δὴ, quo tempore, quo facto. 8. Ἐνταῦθα δὴ, tum demum.
9. Pro νῦν δὴ, Poëtæ dixere δὴ νῦν, unde Lat. *demum*. Conf. *denique*, à δή νυ καὶ, §. 194.
10. Ἀυτίκα δὴ μάλα, pro quam primum, vel mox, cujus cognatum ἔυ μάλα, apprime, ſeu oppidò quàm; Oppoſitum verò πάμαλα, pro ἔπω μάλα, haudquaquam, nequaquam, nullo modo.
11. Ἐιδὴ, ſimul, unâ. Et ejus compoſitum
12. Ἐπειδὴ, id. it. poſtquam, poſteaquam, it. quando, quoniam.

13. Ὁπȣδὴ, ubicunque, ubivis. 14. Ὁθενδὴ, undecunque.
15. Ὁσδὴ pro ὅς, qui; ὅτȣδὴ, cujusvis, cujuslibet; ὅτῳδὴ, cuivis.
16. Ὑψιδὴ, pro ὕψι, & ὑψόθι, in alto, in sublimi.

211 Δὴ interdùm poëticè perdit consonantem, id quod §. 188. & 205. etiam fecere δε, & δὶ, ut:

Ἐπειὴ, unde Lat. *quia*, & Hebr. KI, (Conf. quæ ad §. 194.) idem est quod ἐπειδὴ in §. antecedente.

Τίη, vel τιὴ, pro τί, quid. Et Ὁτιὴ, pro ὅτι δὴ. Sic

Δηλονοτιὴ pro δηλονότι, videlicet. Πανσιδύη, seu πασσιδύη, pro πασσυδὶ, omni impetu, festinatissimè, vel cum toto exercitu, catervatim.

CAPUT IV.

212 HIc intermittere non possum, quin obiter de adverbiis aliquid dicam, vel de iis particulis, quæ verbis originem debent, quamvis jam intentio mea non sit, verborum evolvere radices.

213 Ἄγε, hortantis adv. factum est ex imperat. verbi ἄγω, idemque signif. quod Lat. *age*, *agesis*, *eia*, quando compellatur unus; cum verò plures, dic. ἄγετε, Lat. *agite*.

214 Adjunguntur huic adverbio particulæ δὴ & ἂν, ut:
1. Ἄγε δὴ, *agedum*, quod etiam ad plures accommodatur.
2. Ἄγ' ἂν, conjunctim ἄγαν, valde, vehementer, it. nimis, immodicè, supra modum; unde Hebr. ACHEN, certè, & fortassis etiam HAGAN, i. rectà.

215 Ἄπαγε, *apage*, adv. est rejicientis sive abominantis: vel potius imperativus verbi ἀπάγω, adverbialiter positus, sive usum adverbij habens. Dicunt Latini pro eod. etiam *apagesis*, & contr. *pax*, adv. comicum, silentium imperantis. Forsitan est hinc Angl. *apace*, i. citò, propere, festinanter, curriculo.

216 Ἄγρει, imperat. verbi ἀγρέω, hortandi vim habet, idemque valet apud Poëtas, quod age, agedum, agesis. Estque translatum à celeritate, quæ adhibetur in venatione. Et in plur. ἀγρεῖτε, idem.

217 Ab ἄγρει duco particulam Græc. ἄχρι, & ἄχρις, & per prosth. §. 181. notatam μέχρι, & μέχρις, usque ad, ad usque, &c. ab ἄχρι vel ἄγρει autem fit per conversionem Lat. *erga*.

218 Φέρε, quod etiamnum est imperativi modi, adverbialiter interdum usurpatur, & expon. age, agesis. Hinc Lat. *fere*, absque accentu: sicut à φέρε μοι, est eorund. *ferme*, quod idem notat.

219 Εἶα, sive εἴα, hortantis adv. Latinis *eia*, Germ. *eya*, factum est ex εἴη, verbi εἰμὶ, sum: sicut ex εἴησαν per sync. att. fecere εἶεν, & εἶεν, quibus respondent Lat. *sit ita*, *sic fiat*, *esto*.

220 Εἶεν δὴ, expon. age verò, jam verò. Nec abs re; Nam ex εἴα fit Lat. *jam*, unde Ital. *già*, * Hisp. *ya*, Gall. *ja*, Angl. *i*, (*sayi or nò*, id est, ai vel nega) *yes*, *yea*, Belg. & Germ. *ja*, & *je*: atque olim sicut εἴα, hortantis erat, ut apud Ter. in Eun. *Iamne imus*: Jungiturque sicut illud, adverbijs præsentis temporis, ut: *Age, eamus intrò: nunc jam orna me*. ibid. præeunte Aristoph. in Vespis: Εἶα νῦν γ' ὦ συνδικασταὶ σφῆκες, &c.

Alijsque modò præfigitur particulis, ut: *jamdiu*, *jamdudum*, *jampridem*; & separatim: *jam olim*, *jam antea*, *jam tum*. modò aliis affigitur, ut fit in *etiam*, *quoniam* (pro *quod jam*, Ital. *già che*, unde Hisp. *achaque*) *quippejam*, seu *quippiam*, *ubivispejam* (§. 178.) contr. *uspiam*, *nuspiam*, unde *usquam*, & *nusquam*: Et sicut à *quispiam* est *quisquam*; ita ab *unoquopiam* sc. tempore, est *unquam*, cujus contrarium est *nunquam*.

* M sicut per prosth. vocibus præponitur; ita multis etiam per paragog. adnectitur, ut in *admutum*, *tandem*, *quidam*, *idem*, *quidem*, & aliis observaveris:

ris: vel ut fit apud Italos, per apoc. abjicitur; dicunt etenim pro, jam, già, it. *unqua* (unde Gall. *oncque*, *oncques*, *onc*) pro unquam; & pro nunquam, *nunqua*, unde Hisp. *nunca*: Et ficut à Lat. *illorum* fit Ital. *loro*, Gall. *leur*: ita ab eorund. *eorum* fit Angl. *their*, Belg. *hare*, Germ. *ihrer*, *ihr*.

Ex antecedenti εἴα per conversionem, seu metath. originem quoque ducit ἀεὶ, poët. αἰεὶ, & αἰὲν, diciturque de brevi tempore, & de perpetuo, semper. Vid. & αἰὲν §. 160. & 173. 221

Varias præterea vocula hæc subit mutationes: mutatur etenim apud Latinos vel in æ, ut: 222

1. Ἀειθερὴς, semper calidus, est Græc. αἰθὴρ, έρος, ὁ, Lat. *æther*, unde Ital. *etera*, & *etra*, Angl. *weather*, & *wether*, Belg. *wedder*, *weder*, *weer*, Germ. *wetter*, i. tempestas, aura, cœlum.

2. Ab ἀεὶ ὤν, Aristoteli placuit esse αἰὼν æternitas, quæ finem ignorat, juxta illud: Τέκμαρ αἰὼν οὐκ εἴδει. Hinc Lat. *ævum*, Ital. *evo*; ab illius plurali *æva* autem est corruptum *evva*, quod videsis apud Dom. Magri, unde Angl. *ever*, i. semper, æternum; *for ever*, in perpetuum. Eorundem verò *ever* in alio sensu factum est ex *ecqua*, ecquis, & *ecquando*. Belg. *eeuwe*, & *eeuwigh*, sive *eewigh*, i. ævum, & æviternus; & hinc *eewe*, *ewe*, *ee*, *e*. id est, lex & matrimonium: Ex quo Germ. *ehe*, matrimonium, it. testamentum; & *ewig*, it. æternus.

Cui subjungo à τὸ ἐὸν, id quod est, esse Græc. ὠεὸν, contr. ᾠὸν, & dim. ᾠίον. Lat. *ovum*, Ital. *vovo*, & *huovo*, Hisp. *huevo*, & *guevo*, Gall. *un oeuf*, Angl. *an egge*, Belg. *een ey*, Germ. *ein ey*.

Ab ovo est *ovifera*, ut: *ovifera gallina*; & *ovipara*, unde per aph. *vipera*, * Ital. quoque *vipera*, Hisp. *bivora*, Gall. *vipere*, corruptius *vivre*, & *guivre*, in insignibus gentilitijs. Angl. *a viper*: quemadmodum ab ᾠοτόκος, i. ovum partu suo edens, oviparus. Belg. *aketisse*, pòst *haeghdisse*, & *heghdisse*, Sax. *egedisse*, Germ. *heydechs*, & *eydex*, i. lacerta.

Quamvis non abnuerim idem vocab. pari ratione derivari posse etiam ab εὔτοκος, §. 35. facile pariens, fœcundus; minus verò ab ἰοτόκος, venenum pariens, venenatus; siquidem in Italia manu capiuntur, & in sinu gestantur.

* Sic *viverra* contrahitur à *vivifera*, seu *vivipara* sc. mustela; definitur enim quadrupes digitatum, viviparum; Græcis ἰκτὶς, dantur autem ἰκτίδες ὑμενόπτεροι, ex membrana alas habentes, ut vespertiliones, qui ad differentiam ovipararum avium, vivipari dicuntur.

Vel in *o*, ut: 1. Ἀειλαμπὴς, semper lucens, * semper splendens, & fulgens, factum est Græc. Ὄλυμπος, *Olympus*, unde per sync. ὄλβος, ὁ, felicitas; & ὄλβιος, beatus, pro ὀλύμπιος, cœlestis. 223

* Sopra la cima del monte Olimpo soavemente riluce vn imperturbabil sereno. Filos. Moral. del Tesauro. lib. 5. c. 2.

2. Ἀείφυλλος, semper folia habens, est Lat. *opulus*, * Ital. *oppio*, Gall. *obel*, it. *opier*, *obier*, & *oubier*, nec non *aubier*, & *olbier* in Diction. Delbrun, Angl. *the ople-tree*. Conf. *ebulus*, §. 65. & *lupulus*, §. 46.

* Sic ἐπάμερος, Poët. Æol. & Jon. dicitur pro ἐφήμερος, ου, ὁ, unius diei, qui durat unum diem.

Et πανὸς pro φανὸς, lucerna.

Item πηνίκη, seu πηνήκη, pro φενάκη, coma additia, galericulum, capillamentum.

Vel in *i*, ut: Ἀειγενὴς, sempiternus, contrahitur in Lat. *ignis*. Ἀειγενὴς autem idem significans ἀφαιρετικῶς abit in γεέννα, Hebr. GEHENNA, Gall. *gehenne*, *genne*, & *géne*. 224

Vel in *ie*, ut: Ἀεισόος, quod expressissimum est Servatoris nomen JESVS, * Græcis ἸΗΣΟΥΣ, id est, semper servans; unde & Hebr. JESCHVAH. Conf. ELOAH ex §. 147. it. *Ianus* ex §. 160. 225

*Sic

* Sic à *μελισσόος*, apiarius, apum servator & custos, nomen accepit Μέλισσος, *Melissus*, Cretensium Rex antiquissimus, qui primus Diis sacrificasse dicitur.

Sic *Lausus* apud Virg. & alios à λαοσσόος, populi defensor, it. qui populum concitat.

Sic. *Drusus*, unde Belg. *droes*, i. gigas, homo valens, fortis bellator, est à δορυσσόος, hastâ impetuosus. Vid. & Dom. Magri in Notit. Voc. Eccl.

226 Vel in *io*, id est, semper, in antiqua lingua Germanica, quod vid. in Lipsij Epist. Cent. 3. ad Belgas. Ut plurimum verò mutatur in *iu*, ut:

1. Ἀεὶ νάων, semper & perpetuo fluens, contractum fuit in ἀενάων, οντος, unde nobis *Iuno*, * *onis*.

* Sic à λέων, οντος, est Lat. *leo*, *onis*, Ital. *leone*, Hisp. *leon*, Gall. *lion*, Angl. *a lion*, Belg. *leeuw*, Germ. *löw*.

(2) A δείδων, οντος, timens, metuens, est *Dido*, *onis*, & *us*, quæ & *Elisa*, Beli Tyriorum regis filia: δείδω vid. §. 38.

(3) A δράκων, οντος, Lat. *draco*, *onis*, Ital. *drago*, & *dragone*, Hisp. *drago*, & *dragon*, Gall. *dragon*, Angl. *a dragon*, Belg. *draeck*, Germ. *drach*.

(4) A σαπὼν, οντος, qui putrescit, est Lat. *sapo*, *onis*, Ital. *sapone*, & *savone*, Hisp. *Xavon*, & *javonete*, Gall. *savon*, Angl. *soap*, & *sope*, Belg. *seepe*, Germ. *seiffe*.

(5) Ab ἁδὼν, οντος, ὁ, qui placuit, est *Adon*, *onis*. *Adonis*, *idis* autem est ejus dim. ἄδωνις, ιδος, in acc. ἄδωνιν.

2. Ab ἀέναος, itidem semper, & perpetuo fluens, erit *Iunius*, qui & *Iunonius* mensis: sicut *Majus* ab ἰκμαῖος Jupiter, q. d. humidus Jupiter, id est, humoris dator, Apoll. Arg. l. 2. Hinc colliges, unde Jupiter apud Macrob. l. 1. c. 12. vocetur *Deus Majus*. De cujus etymo audi Ovid. in quinto Fastor.

Quæritis unde putem Majo data nomina mensi,
Non satis est liquido cognita causa mihi;
Ut stat & incertus qua sit sibi nescit eundum
Cum videt ex omni parte viator iter;
Sic quia posse datur, diversas reddere causas:
Quo ferar ignoro. Copiaque ipsa nocet.

3. Ab ἀειλιβὴς, semper distillans, semper defluens, suspicor esse Arabum Medicorum IULEB. Quemadmodum ab ἀειλιβὴς ὄμφη, i. vox perennis, per metath. fit Lat. *jubilus*, Ital. *giubilo*, cujus derivat. *giubilivo* contrahitur in *giulivo*, unde Gall. *joly*. Alias hujus vocis origines suppeditat Dom. Magri in voce: *Iubilæum*.

4. Ab ἀειφανὴς, semper apparens, & perspicuus, duco Lat. *juvenis*, unde *juvenari* (quod in adag. Erasmi) & per aphær. *venari*. A *juvenis* autem est Ital. *giovine*, *giovane*, & *giovene*, Hisp. *joven*, Gall. *jeune*, Angl. *young*, Belg. *jonck*, Germ. *jung*. Ab Ital. *giovene* præterea fit Germ. *zofen*, i. pedissequa. Et à Gall. *jeune*, Belg. *schoon*, Germ. *schön*, i. pulcher: it. *schon*, & *obschon*, quæ adverbialiter, & conjunctivè usurpantur pro Ital. *bello*, & *se bene*, ut: *la camiscia è bell' e calda*, it. *Di bell' e fatti* (cioè guanti) *dubito di non hauerne tante* (cioè seidozzine) *ma se li vorrà ordinare, per hoggi otto saranno ammaniti*. ℟. *In tanto lasciatemi veder quelli, che vi trovate di bell' e fatti, &c.* ne' Dialoghi Italiani tradotti da Melch. Hofelmeyer. Hujus vocis comparat. *juvenior* contrah. in *junior*: sicut *juvenicus* in *junicus*, & h. *junix*; aliis autem in *juvencus* sc. bos, & *juvenca* sc. vacca, Ital. *giovenco*, *giovenca*, * & *giovencella*, ex quo Angl. *a wench*, & fortean Germ. *mensch*, quando sum. pro ancilla. Conf. & §. 130. Galli juvencam à *jeune*, *jeunisse* appellant, & *genisse*: Sicut Itali *giovanetto* sc. cavallo, contrahunt in *gianetto*, seu *giannetto*, unde Hisp. *ginete*, Gall. *genet*: nisi hæc malis à Græc. γίννος, i. equus parvulus, plura vid. §. 177.

* Satyrus in Guarini Tragicomœdia, quæ *Pastor fido* inscribitur, Coriscæ dicenti: *Come se fossi una giovenca*; respondet. *Tu'l dicesti appunto*.

Vel

Vel in *a*, ut: 1. Ἀειπαθὴς, ſemper patiens, ſempiternæ & perpetuæ paſſioni obnoxius, abit in Lat. *abietis*, unde *abies*, Ital. *abete*, Hiſp. *abeto*, & *avieto*, Gall. *avet*: Quomodo à δυσπαθὴς, firmus, provenit Græc. σπάθη, i. palma. 227

2. Ab ἀείνας, αντος, ὁ, ſemper fluens, eſt Lat. *anas*, *atis*, Ital. *anitra*, Hiſp. *anade*, Belg. *endt*, Germ. *ente*.

3. Pro ἀείναος in §. anteced. dicitur & ἀέvναος, metaph. perennis, perpetuus, unde Lat. *annus*, Ital. *anno*, Hiſp. *año*, Gall. *an*. Et Græc. ἔννος, ſeu ἔνος, pro quo etiam ἔννος, & ἔνος, i. annus, it. annuus, anniculus, annotinus, it. apud Atticos, vetus.

4. Ab ἀείπλανος, q.d. ſemper vagus, qui perpetuis erroribus huc illuc jactatur, nomen habere videtur *Albanus*, Armeniæ fluvius, cujus accolæ *Albani*, regioque *Albania* dicta: Atque ab his *Albani* illi orti creduntur, quorum pars hodie in Peloponneſo; pars in Macedonia ſedet, quique Italis *Albaneſi*, Gallis *Albanois* appellantur. *Albani* verò in Latio ab *Alba Longa* nomen accepere. Vocabatur & Scotia ab albis montibus olim *Albania*, ejuſque populi *Albani*, unde Gallis *Aubain* dicitur extraneus, & *aubaine*, bona caduca.

Ab ejuſd. verbi infinitivo εἶναι per aph. derivamus Græc. ναὶ (Hebr. NA, i. quæſo, obſecro) Lat. *næ*: Ab ejus compoſito ἀεῖναι autem Hebr. AIN, & EN, id eſt, nullus, nihil, & non. His accinit Auſonius Idillio 9. cujus inſcriptio ναὶ καὶ οὐ Πυθαγορικόν. 228

EST & NON cuncti monoſyllaba nota frequentant,
His demtis nihil eſt, hominum quod ſermo volutet.

Non fuit in illo, inquit D. Paulus * de Chriſto Salvatore, *EST & NON*; ** *ſed EST in illo fuit. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt in illo EST.*

* II. Corinth. 1. v. 19. 20.

** Ex notis Cl. Gregorij Michaelis in Jac. Gaffarelli curioſitates, pag. 120. Promontorium eſt, Atlantis montis pars, prope regni Maroccicani confinia in mare ſe extendens, illud appellatur NON, eò quod præterna vigantes illud promontorium nunquam redire viſi, ut vel ab Oceani vorticibus abſorpti, vel à cetis deglutiti, vel à ventis disjecti, vel à piratis interfecti crederentur. Dan. Bartoli de Æternit. p. 2. Conſil. 5. Idem dixeris de Inferno: Datur egreſſus? NON! datur liberatio? NON! datur pœnæ remiſſio? NON! datur infernalium tormentorum finis? NON! Vermis enim NON morietur, & ignis eorum NON extinguetur, & erunt uſque ad ſatietatem viſionis abominatio omni carni. Eſa. 66. 20.

Similiter ab ejus participio ὢν, qui eſt, fit Hebr. HON, i. tempus; & Græc. ὄντως, ὄντι, & τῷ ὄντι, verè, reverâ: Imò ab hujus compoſito ἄων eſt Hebr. HAON, i. iniquitas, perverſitas. Sic ἄοντι Græci contraxêre in ἀντὶ, contra, adverſus, it. pro & propter, it. loco, vice, inſtar, &c. 229

Ἔε, ἔι, Lat. *i*, imperativus eſt verbi ἔω vel ἔιω, *eo*, unde progerminant ſequentia: 230

I. Εἰ, Lat. *ſi*, it. an, it. pro ὅτι, quod, it. pro εἴθε, utinam, Dor. αἰ, id. 231
Μόνον εἰ, ſi modò. Ἐπεὶ, poſtquam.
Οἱονεὶ, tanquam. Ὡσεὶ, velut, tanquam.
Ὡσανεὶ, velut, tanquam, it. circiter, ferme.
Ὡσπερανεὶ, id. it. ſicut, quemadmodum.

II. Ἢ, ſive, aut, vel, it. alioqui. Sæpe ſignif. an, tum in interrog. tum extra interrogationem, it. quàm, in comparatione. Interd. & pro ἀλλὰ, it. pro καὶ poni exiſtimatur, it. niſi, vel quàm, quod. 232

Comparationis exempla ſunt:
Πρὶν ἢ, & conjunctim πρινὴ, priuſquam.
Πρότερον ἢ, priuſquam, antequam. Πλεῖον ἢ, pluſquam, &c.

III. Ἐὰν, *ſi*, & *ſin*, idem quod εἰ, pro quo dicunt & ἂν, & ἢν, Hebr. HEN, Lat. *an*, & *ne*, interrogativum in *tune?* pro an tu? *Nonne?* pro an non? Et hinc Germ. *vvenn*, ſi. 233

Ἂν

234 Ἂν (Hebr. AN, i. quo?) præterea conjunctio fit interdum potentialis; interd. expletiva. Composita ejus sunt:

Ἐπὰν, Jon ἐπὴν, pro ἐπεὶ ἂν, postquam.

Ὅτ' ἂν, sive ὅταν, idem cum ὅτε, ponitur & pro quando, quum, it. quandoquidem.

Ὅπυ ἂν, & ὁπυπερ ἂν, ubicunque, ubivis.

Ἐπειδὰν, pro ἐπειδὴ ἂν, idem quod ἐπάν.

Ἐπειδὰν τάχιςα (unde nobis per aphær. Lat. *duntaxat*) Tursell. exp. *ut primum*, idque jungit cum partic. *statim*.

Οὐκ ἂν; annon? nonne? nunquid?

Ἄγαν vid. §.214. In ejus autem compositis prolixiores erimus alia vice.

235 IV. Ἵνα, conjunctio causalis, *ut*, ὅπως, ὄφρα, it. quamvis, apud Hom. ἵνα μὴ, ponitur pro ἐὰν μὴ, nisi.

Ἵνα τὶ, vel ἱνατὶ; quare? cur? item

Ἵνα, adv. loci, ubi, it. quô, it. illic, it. ubicunque.

236 V. Ἴϑι, est ejusd. verbi imperativus pro ἴϵ, & aliquando adverbialiter ponitur pro ἔια, age, agedum. Pro eod. dicitur etiam ἴτε, & ἴτε δὴ, agite. Vid. §.210.

237 Modò dictæ particulæ progenies est

Ἰϑαρὸς, per aph. ταρὸς, celer, velox, unde Lat. *iteris*, & h. *iter*, per epenth. *itiner*, *itineris*: sicut pro *jecoris* dicimus *jecinoris*.

Ἴϑορος, adv. adhortantis, & incitantis. videsis in adag. Eras. p. 152.

Ἶϑαρ, celeriter, citò, cujus compos. εἶϑαρ, (ab ἐν ἴϑαρ) statim, confestim, per antistoech. iterum mutatur in ἄφαρ, statim continuò. §.205. Et hoc per eand. fig. in Hebr. ACHAR, i. post, seu postea. Τὸ εἶϑαρ χρόνυ μακρότητα βραχύνει. Longinquitatem temporis *confestim* abbreviat.

238 Pari modo ab ἴϑι est

Ἶφι, validè, fortiter, magno animo, magna cum potentia. Ex quo (adjungendo articulum ex §.160.) oritur.

Ἴφιος, robustus, fortis, it. celer & velox, unde per aph. Græc. βίος, & h. βιότη, Lat. & Ital. *vita*, (Hisp. *vida*, & *bida*, Gall. *vie*, Angl. *body*, i. corpus, in qua significatione, & vita sumitur apud Italos) & βιὸς, arcus, it. βία, ας, ἡ, Lat. *vis*, robur, à cujus compos. ἄβιος, quâ liberum notat, est Hebr. HOPH, i. volucris, unde eorund. HUPH, i. volare, it. Syr. OF, & Lat. *avis*, Hisp. *ave*, * i. gallina, & *avezilla*, unde Angl. *vveesel*, Belg. *vvesel*, Germ. *vviesel*, i. mustela. Latini ex obsoletis hujus vocis derivatis, *avicus*, & *avica*, fecere ὑποκοριστικὰ *aviculus*, & *avicula*, unde κατ' ἐξοχὴν eorund. *aquila* (Græcis ἀετὸς, ex ἄδετος, i. liber, & solutus, nullis constrictus vinculis) & exinde *aquilaster*, Ital. *aquilastro*, Germ. *aglaster*, *egelster*, *aelster*, *elster*, it. *aegerst*, *egerst*, & *atzel*, Sax. *hegester*, Belg. *aeckster*, *eghster*, *exter*, it. *elster*, & *atsel*, i. pica.

Cum Latinis dicunt & Itali, *aquila*, corrupt. *aguglia*, & dim. *aquilotto*, Hisp. *aguila*, *aguilucho*, Gall. *aigle*, *aiglon*, & *aigleron*, Angl. *eagle*, Belg. *aelcke*, i. graculus, Germ. *aigel*, i. ardea, ** & *Igle*, i. ad aquilas, urbis nomen.

Ex *aviculus* autem, seu *avicellus* est Ital. *augello*, *augellino*, & *augelletto*, it. *uccello*, Belg. & Germ. *vogel*, quod Angli corruptius reddunt *a fovvl*.

Similiter *avica* contractum fuit in *auca*, unde Ital. *occa*, & *oca*, i. anser; *ocarello*, *occato*, & *occastro*, corruptè per aph. *garzo*, *garza*, Hisp. *garça*, Gall. *jars*, & *jar*, it. *oye*, *oison*, *oisillon*, *oiseau*, & *oiselet*. Avicus autem in Angl. *a havvk*, Belg. *havick*, Germ. *habicht*, i. accipiter.

Ἴφιος præterea contrah. in ἶφις, ιος, ὁ, nec non in ὄφις, unde ὄϊς, contr. οἶς, ἡ, Lat. *ovis*, (vid. & §. 142.) quod quidem propriè in masc. gen. arietem notat: Unde apud Hom. ἴφια μῆλα dicuntur pingues, & vegetæ oves. Ab hujus vocis ablat. *ove* est Angl. *an evv*, sive *a yevv*, i. agna. Belg. *ouvve*, & *oye*, i. ovis, ab ejus autem dim. *ovicula* est Hisp. *oveja*, unde per aph. Belg. *veech*, seu *vee*, Germ. *vieh*, i. pecus; ex

quo

quo iterum fit Ital. *pecora*, quod ipsis ovem designat. Conf. & *bien* ab *abeja* ex §.63. Ab ὄφις autem serpentem denotans est Hebr. OF, i. Pytho, & Dor. ἄχις, Lat. *anguis*, Ital. *angue*, Germ. *uncke*, seu *unck*, boa.

* *Ave* Hispanorum, compositum

(1) Cum avis epitheto, *ramarius*, Italis *ramingo*, fit *averamia*, aliis *avertamia*, i. onocrotalus, seu butio.

(2) Cum Lat. *curruca*, facit *abejuruco*, i. parus; id quod facile confunditur cum *abejaruco*, i. merops.

(3) Cum Ital. *cucco*, i. cuculus, facit *avechucho*, i. milvus; & metaph. sumitur pro emunctorio.

(4) Cum Ital. *struzzo*, i. struthio, *abestruz*, seu *avestruz*, unde Gall. *austruche*, & *otruche*, Angl. *ostr ch*, & *estrich*, Belg. *struys*, Germ. *straus*.

(5) Sic *avis tarda*, i. otis, quæ Latinis, Italisque simpliciter *tarda* audit, coalescit in *bistarda*, Hisp. *abutarda*, unde iterum Ital. corruptum *abuzzago*, *buzzago*, & *bozzago*, Gall. *oustarde*, *outarde*, *otarde*, & dim. *otardeau*, it. *busard*, seu *buisard*, Angl. *bustard*, & *buzzard*, Germ. *bushart*, seu *bussart*, i. buteo, qui Italis etiam *bittore*, Hisp. *bueytre*, Gall. *butor*, Angl. *bittour*, Colesio *botaurus*, & *butio*, Belg. *butoor*, seu *putoor*, i. ardea stellaris, it. bostaurus: Et *butoor*, piscis quidam, Lat. *putorius*, apud Kilian. Verùm Ital. *bittore*, & quæ vocem illam sequuntur, corrupta sunt ex ὑποτριόρχης, qs. d. subbuteo.

** Germani *aquilam* cum *ardea* commutarunt, dicitur etenim ipsis *adeler*, ab ἄρδαλος, i. qui mundè non vivit; nec abs re, quoniam in sacris primas tenet inter aves impuras: Ex cujus contractione ἄρδα, vel ἀρδέη, est Lat. *ardea*, quod Itali augmentativè reddunt *airone*, & *aghirone*, corruptius *anghirone*, & *anghiorno*, Hisp. *araniego*, Gall. *hairon*, & *heron*, Angl. *an iran*, it. *heron*, & *hern*, Belg. *arend*, i. aquila, Germ. *arnt*, *ahrn*, & *aar* pro eod.

Ab ejus dim. *ardeola* demum est Angl. *a teal*, i. querquedula, it. *a daw*, & Belg. *dole*, Germ. *dole*, & *thale*, i. graculus, (Ital. *gracula*, & *gracchia*, Hisp. *grajo*, *graja*, Belg. *Kraeye*, Germ *Krähe*) à *gracus*, quod per aph. à *pygargus*, Græc. πύγαργος, nates albas habens, quo substantivè vocatur aquilæ genus cauda albicante: sicut ab ἀργὴ sc. χὴν (apud Hom.) Gallis diminutivè dic. *aigrette*, i. ardeola alba, in Diction. Widerholdi.

Belgarum *reygher*, & Germ. *reiger*, sive *reiher*, denique sunt ab Angl. *berayer*, i. fœdator, inquinator, unde & Gall. *preier*, apud Pomey, i. cychranus (Colesio, cychramus) vel cenchranus, nobis à κεγχρίνης.

Mediante præfixione τοῦ ἰῶτα, juxta §.98. ex ἕω, mitto, factum est ἱέω, id. unde 239
ἰὴ, adverb. seu interjectio, quæ hymnis in Apollinem decantatis læto clamore accini solebat, ut: ἰὴ παιὰν, seu ἰὴ παιών, vel ἰὴ παιῆον. it. apud Callim. hymn. in Apoll. ubi inquit, ἐπηύτησε ὁ λαός, ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος. *Iò Pæon, immitte telum*. Ex eodem Callimacho Scapula colligit; ephymnij hujus Apollini accini soliti causam fuisse, quod Delphi olim ei in certamen cum Pythio angue descendenti, & sagittis eum conficere paranti acclamarint, ἵει παιών, dimitte, seu immitte Pæon: scilicet tela in feram. Aristoph. in Pace, ἡμῖν δ' ἀγαθὰ γένοιτ', ἰὴ παιών, ἰή. Ibidem etiam triplicatum reperitur ἰὴ ἰὴ ἰή. plura ibid. Idem Latini exprimebant dicendo: *Feri puer*, it. *macte animo*, *macte virtute*, quod absolutæ virtuti gratulantes dicere solemus. In adag. Eras.

Ἴδε, Lat. *vide*, & ἰδοὺ, ecce, adverbia sunt ex imperat. verbi εἴδω, i. video, facta. 240
Hinc nomen habere videtur Ἴδη, Dardani Scytharum regis filia *Ida*, it. Mons Phrygiæ altissimus, unde *idicus*, & *idæus*.

Vide quid agas, trita est clausula, quâ eos monemus; qui magna aggrediuntur: non terrentis tamen est, sed excitantis, ut inquit Donatus in illud Terentij in Phorm. *Vide, quid agas: prima coitio est acerrima*.

Vide-

Viderit Epicurus, inquit Cic. 4. Acad. μελέτω τῷ ἐπικύρῳ, i. *videat*, hoc est, hujus rei illi cura sit, vel hujus opinionis rationem reddat, non ego. Sic accipienda sunt; *Tu videris, vos videritis, illi viderint, &c.* Itali hinc dicunt; *vedi*, & *vè*, Hisp. *vè aqui, hè aqui, helo aqui*, it. *ves alla, hè alla, heys alla*, Gall. *voicy, voila*, it. *voire*. Huc pertinent quoque Florent. *guata guata*; Senens. *mira, mira*, Hisp. *Aba el lobo*, & *hela el lobo*, Gall. *harlou, hareloup*, it. *harelevrier*, quod Hispani reddunt: *hela hela perros*.

241 Ab ἔχω, i. proxime sequor, ducunt

Ἑξῆς, deinceps, ordine, serie perpetua, unde per aph. Hebr. SCHESCH, Chald. SCHIT, & per apoc. Græc. ἕξ, Lat. *hex*, & *sex*, Ital. *sei*, Hisp. *seys*, Gall. & Angl. *six*, Belg. *sesse*, Germ. *sechs*, numerus quinarium, supra quem Melitis numerare non poterat, sequens. Conf. ἑ, *se*, &c. ex §. 124.

242 Ab ejus compos. ἐπέχω fit ἐπίχω, & hinc ἐπιχερῶ, itidem deinceps, ordine. Item ἐγχερῶ, & χερῶ, pro ἐφεξῆς, deinceps, ordine, prope, juxta, it. perpetua serie.

243 Ejusdem verbi imperativi ἔχε, i. *præbe*, usus frequens est in compositis, ut:

1. Ἐχέθυμος, mente præditus, l. qui animi cupiditates coërcet.

2. Ἐχέμυθος, qui cohibere se novit, quo minus loquatur, taciturnus. Unde per aph. μύδος, vel μυτλὸς, sive μίτης, apud Hesych. & h. Lat. *mutus*, Ital. *muto*, Hisp. *mudo*, Gall. *muet*, Angl. *mute*.

3. Ἐχέφρων, q. d. habens mentem, mentis compos, cordatus, prudens, qui mentem reprimit.

4. Incudem super eandem cusum est Latinorum *vehemens*; *veho* etenim non minùs originem agnoscit ab ἔχω, quàm Græc. ὄχος, i. currus, ab ὀχέω, porto.

5. Nec tacendus usus, qui ex aliis ejus modis elicitur, ut: λόγον ἔχει, rationi consentaneum est. τὸ νῦν ἔχον, nunc. it. ᾄδεις ἔχων, *canis*, in adag. Eras. pro eo quod est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Ζωτικῶς ἔχων, vivere volens. Οὕτως ἔχει, ita se res habet.

244 Ἀμέλει, adv. factum est ex imperativi secundâ contractâ verbi ἀμελέω, q. d. ne cures, ne sis sollicitus. Quidam expon. atqui, certè, nimirum, it. etenim, quoniam, l. quandoquidem; capitur & pro itaque, it. pro verbi gratiâ, non aliter atque quomodo, utique.

245 Βᾶ, eorum qui se mutuò inclamant, est imperat. βὰ, pro βάθι, accede; vel uti apud Screv. lego: βᾶ, incede, pro βῆθι. Βᾶ istud geminabatur in βαβαὶ, *babæ*, admirantis; & multiplicabatur in βαβαὶ βαβαιάξ.

246 Idem fiebat & particulâ παῖ (vocativo nempe τῦ παῖς, puer) in παπαὶ, *papæ*, unde ἀππαπαὶ, & παππαιάξ, contr. πάξ, *pax*, mirantis, & interpellantis. Conf. & §. 215. Et generatim παππάξ, imò παππαπάππαξ, vox imitans crepitantem alvum.

247 Pro *pax* alii dicebant *tax*, & *cax*; tenues enim inter se facile commutantur. Sed & πύππαξ, & ἱππαπαὶ, equisonum erant; ῥυππαπαὶ verò nautarum; nec non eorundem ὢὸπ ὄπ. *Eugepæ* habet Plautus in Rud. & in Sticho. Sed ἴσομ' ἔχε παῖ.

248 Σίγα, tacitè, etiamnum imperativus est verbi σιγάω, apud Eurip. σίγα λόγυς, *supprime* * *verba*. Sic

Βάλλε κημὺς, in malam rem, abjice camos.

Παῦε, tace, παῦε, παῦε, τῦ λόγυ.

Ἔχε ἥσυχος, vel μένε ἥσυχος, quiesce, mane quietus, aut etiam tace.

* Pro *supprime navim* Veneti remiges *premi, premi!* clamant; & pro *extolle* sc. navim, *stalli, stalli!* hoc dextrorsum; illo sinistrorsum cymbam occurrentem flectendam esse monentes: cum verò inhibenda, vel retro est agenda, *sia sia!* imò *scía scía!* clamitant, à Græc. χάω, vel χάζω, inhibeo, sisto, cohibeo, ut apud Pindar. κώπην ἤδη μοι χάσαις, inhibeas remum. leg. & Ferrar. in *siare*.

249 Ἔρρε, Imperat. verbi ἔρρω. Et ἔρρε, ab ἔρρομαι, abi, peri; redduntur Italis *arri*, Hisp.

Hisp. *arre*, Gall. *barry*, Angl. *sirra*, Germ. *schier dich weg*, tanquam ab ἔξερρε γαίας. sic apud Aristoph. ὑθλεῖς, ἄπερρε, nugaris, abi in malam rem.

Ἀβάλε, utinam, non est à Gall. *ab*, *baille*, quod aliis visum; sed est ab ὄφελε, quod in constructione τῶ εἴθε inseritur. Sic ὄφελον cum optat. etiam significat utinam, adverbialiter & sine discrimine personæ. Pro eod. Hebræi dicunt ACHALE, i. utinam. Conf. ACHAR ab ἄφαρ, §.237. 250

Imperativus ὑγίαινε in salutationibus usurpatur, cum prosperam valetudinem alicui precamur, seu cum alicui salutem dicimus, tam in colloquio, quàm in epistolis. Pro quo imperativo, & infinitivus adhibetur in inscriptionibus præsertim epistolarum: Κέλσῳ ὑγιαίνειν, sc. λέγω, vel λέγει. *Celso salutem*. Sic quoque χαῖρε, & χαίρειν, εὖ πράττειν, εὖ διάγειν, &c. Sic Germ. *lang leben und gesund seyn*, id est: diu vivere & valere, pro *vive atque vale*. 251

Idem evenit & apud Latinos, ut imperativi quidam, ceu sunt: *sine* à sino; & *pone* à pono, fiant adverbia; quibus adnumero antiquum *cette*, pro dicite; & *cedò*, i. dic, εἰπέ, pro dicito: vel si mavis à *cedo* pro do, unde & *cedite*; quod aliis per aphær. dicitur pro *concedite*. Sic quoque Ital. *zitto* factum est à Lat. *taceto*; & à *tacete*, Hisp. *tate*. 252

Ejusdem farinæ sunt: *obsecro*, *amabo*, *quæso*, *esto*, *fac*, *puta*, *sis*, *sodes*, *sultis*, *licet*: quæ per se sunt notissima. Huc pertinent etiam (1) *id est*, Ital. ab hoc est, *cioè*, & (2) *igitur* pro *agitur*, vel ut Vossio, *id agitur*; notatque non tantum *ergo*; sed etiam *inde*, *postea*, *tum*. it. (3) *pot 'st*, apud Plaut. in Mostell. pro pote, seu possibile est, unde Germ. *potz*, & *botz* apud Schottel. 253

Non minus & infinitivi cum gerundiis, & participiis abeunt in præpositiones, ut: 254

Ab instare, *instar*. Conf. *bostar* à boum stare, §.91.

A sequendum, *secundum*, Ital. *secondo*, Hisp. *segun*, Gall. *selon*.

A sequutus, juxta §.168. *sequus*, & *sequius*: sicut à secutus, *secus*, & *secius*. Idem *secus*, mediante præpos. *in*, adjicitur aliis quoque particulis, ut: *Intrinsecus*, *extrinsecus*, *forinsecus*.

Item *versus*, & *versum* à vertendo; cujus composita sunt; *adversus*, & *adversum*; *diversum* pro diversè. *Quoquoversum*, & *quoversum* contractè *quorsum*? ad cujus imitationem, vel redditionem dicimus: *Horsum* pro huc versum, seu versus hunc locum. Sic *istorsum*, *aliorsum* (Gall. *ailleurs*, Belg. *ellers*) *introrsum*, *rursum*, *prorsum* (pro quibus, & *rursus*, *prorsus*: à retrorsus autem est Ital. *ritroso*, sicut à transverso Venet. *tresso*, apud Ferrar.) *sursum*, & *susum*, (Ital. *suso*, & *sù*, Gall. *sus*) *deorsum*, & *jusum*, apud Dom. Magri, (Ital. *giuso*, & *giù*, Gall. *jus*) *seorsum*, *pessum*, *læuorsum*, *sinistrorsum*, *dextrorsum*, *longitrorsum*, *altroversum*, & *altrorsum*.

Et tantum de particulis verbalibus, redeamus ad pronominales.

CAPUT V.

Ex ἔ ortum sumsit ἕος, unde procedit temporis adverbium

Ἕως, poët. εἵως, quamdiu, donec, dum, usquedum, tantisperdum, it. interim, ad tempus aliquod, cui respondet 255

Τέως, tamdiu, it. antea, it. interim.

Ἕως aliquando nominascit, diciturque poët. ἠώς, ὄος, & ἑώς contr. ἕς, Lat. *eos*, i. aurora. 256

Ἅμα ἕῳ, prima luce, ipso statim diluculo, simul atque illuxit, it. pro toto die, per synecd. it. oriens, τὰ πρὸς ἕω μέρη, partes quæ orientem spectant, partes orientales. Unde nobis

Ἡμέρα, ας, ἡ, dies, lux diei. Pro ἡμέρα Poëtæ dicunt

Ἦμαρ, ατος, τὸ, idem; cujus ex genitivo per syncop. fit

Ἦμος,

Ἦμος, Hebr. IOM, i. dies, cujus dualem videsis in §.123. Dor. ἆμος, i. quando, extra interrog.

Πῆμος; quando? interrogativè.

Α πῆμος, non interrogativo, vel potius Jon. κῆμος, est Hebr. HIM, Lat. *quùm*, seu *cùm*.

Ὁππῆμος, idem quod ἦμος, quando.

Τῆμος, & interd. τημῦτος, Lat. *tum*: à quorum significatione temporali ad localem deflectunt Hebræorum TAM, & per antistoech. SCHAM, ibi, illic. Conf. DAD, & SCHAD, §.46.

257 Ὅτε, poët. ὅττε, quum, quando, quoniam.

Ὁτὲ, aliquando, quandoque.

Πότε; interrogativè, quando?

Ποτὲ, & per sync. πτὲ, aliquando. Hinc Lat. (1) *pote*, & *pte*, in *utpote*, *meapte*, *suapte*, &c. Nec non (2) *cunque*, tanquam ab Jon. κοτὲ, in Lat. *quicunque*, Ital. *chiunque*, Hisp. *chien*, Gall. *quiconque*.

Item Lat. *qualiscunque*, & *qualecunque*, Ital. *qualunque*, Gall. *quelconque*.

Item Lat. *quantumcunque*, Ital. *quantunque*, & corr. *chentunque*, Hisp. *aunque*.

Item Lat. *quandocunque*, Ital. *quandunque*, & *quandunche*.

Item Lat. *quotiescunque*, *utcunque*, &c. Conf. §.157. ubi *jucundus*, & §.72. ubi *facundus*.

Ὁπότε, indefin. quando.

Τότε, Lat. *tunque*, & per apoc. *tunc*, Ital. *dunque*, & per prosth. *adunque*, Hisp. *entonces*, & *estonces*, Gall. *donques*, *donq*, *doncq*, & *adonc*, recentius *donc*. Angl. *then*, Belg. *doen*, Germ. *dann*, & *alsdann*.

Τοτὲ, idem cum ὁτὲ, & ποτὲ, aliquando.

258 Ἕως ὅτε, donec, quoad.

Ἕως πότε; usquedum? quovsque?

259 Huc refero etiam

Ἅτε, quando, quia, quippe, utpote, it. tanquam.

Εὖτε, quando idem signif. quod ὅτε, quando, quum, it. quandoquidem.

260 Eædem particulæ τε, πότε, τότε, adjiciuntur iterum, & aliis, ut:

Ἔστε, donec, quamdiu. Ἐνίοτε, interdum, aliquando, aliquoties.

Ἄλλοτε, aliàs, alio tempore. Hinc Pompilianum *aliuta*, * quode leg. Voss. in *alius*.

Ἄχρι πότε; quovsque? usquequo? Ἀεί ποτε, semper, perpetuò.

Ὁπήποτε, Lat. *ubicunque*, Ital. *ovunque*, & *dovunque*.

Οἱόσποτε, & οἱοσδήποτε, *qualiscunque*, §.257. it. quilibet.

Ὁπηδήποτε (en! *butubata* veterum) ubicunque.

Μήποτε, ne quando, si forte.

Τίφθ' pro τίπτε; cur? Poëtæ dicunt etiam pro τίποτε; quid tandem?

Ἑκάστοτε, semper, & ubique.

Πάντοτε, omni tempore, semper, unde Lat. *quandoque*, & hinc per apoc. *quando*, Ital. & Hisp. *quando*, Gall. *quand*, Angl. *vvhen*, Belg. *vvanneer*, Germ. *vvann*. Conf. *tunc* à tunque, §.257. *nec* à neque, §.182.

* Sic *ita* ab ἦτε, §.182. Et εἶτα, pro εἶτε, §.198. it. *ut puta*, pro ut pote; & hic *butubata* pro ὁπηδήποτε.

261 Ἕως τίνος; idem quod μέχρι τίνος; quousque? Et

Ἕως τινὸς, idem valet quod μέχρι τινὸς, usque ad aliquod tempus.

Particulam hanc τινὸς exprimit Lat. *tenus*, in *cœlotenus*, i. usque ad cœlum, apud Just. Sic *oretenus*, *quatenus*, *eatenus*, *quadantenus*, *hactenus*, &c.

Propero ad localia.

CAPUT VI.

Φιν, ex §.191. κατ' ἀντιστοιχίαν mutatum in θεν, & θε, hoc quidem ſequente conſona; illud autem ſequente vocali, genitivis directè adjicitur in ἐμέοθεν, σέοθεν, ἕοθεν, aliiſque nominibus, imprimis autem particulis, & articulo ὁ, *motum de loco* ſignificandi gratiâ. 262

I. Προπαροξύτονα hujus generis adverbia ſunt: 263
Τροίαθεν, Jon. τροίηθεν, & Poët. τρωΐαθεν, ex urbe Troja.
Θύραθεν, foris, qs. d. è foris, forinſecus.
Πρώραθεν, è prora. Κίρραθεν, ἐκ τῆς κίρρας, è Cirrha.
Βόρραθεν, à Borea, ab Aquilone.
Ἀμύκλαθεν, ἐκ τῶν Ἀμυκλῶν, ab Amyclis.
Ἕκαθεν, procul, eminus, è longinquo.
Βορέηθεν, à parte Septentrionali.
Γαίηθεν, è terra. Ἴδηθεν, ab Ida monte.
Κλισίηθεν, i. ἀπὸ κλισίας, ex tentorio.
Πέρηθεν, ex ulteriori, ſeu de ulteriori parte.
Ἀντιπέρηθεν, id. it. ex oppoſita regione.
Ἄγρηθεν, ex venatione, ἀπὸ τῆς ἄγρας.
Ἀγέληθεν, ex armento ſeu grege.
Ἀθήνηθεν, Athenis. Θήβηθεν, Thebis.
Μυκήνηθεν, ex Mycenis. Πρύμνηθεν, à puppi.
Κάπηθεν, à præſepi. Περάτηθεν, ἐκ τῆς περάτης.
Θράκηθεν, ſeu Θρήκηθεν, ex Thracia.
Δαίτηθεν, è convivio, ex epulo.
Πάροιθεν, & πάροιθε, idem quod πάρος, ante, antea, prius.
Προπάροιθε, & per apoc. πρόπαρ, ante, è regione.
Ὄπιθεν, poët. pro ὄπιθεν, à tergo.
Ἀπόπροθεν, procul, eminus, it. ſeorſum.
Ἄλλοθεν, aliunde. Οἴκοθεν, domo.
Ἄποθεν, procul, eminus, è longinquo.
Πάντοθεν, undique, undiquaque. Ἔνδοθεν, ex interiore loco.
Ἄνευθεν, & ἄνευθε, ſine, abſque.
Ὕπερθεν, & ὕπερθε, Lat. *deſuper*.
Καθύπερθεν, in ſummo loco, ſupra.
Ὄπισθεν, & ὄπισθε, à tergo, pone: hinc Lat. *poſtidem*.
Ἔντοθεν, & ἔντοθε, intus, intra.
Ἔκτοθεν, vel ἔκτοθεν, & ἔκτοθε, extra, it. citra, ſine.
Ξένηθεν, * è regione extera, & peregrina.
Ἐνέροθεν, ἔνερθεν, ἔνερθε (ὑπένερθε, ſub pedibus) & νέρθεν, νέρθε, infra, inferius.

* Si à ξένηθεν originem trahit Arabum ZENITH, ut videtur; à νέρθε (unde Angl. *near*, *neer*, i. prope, pro pedibus, Belg. *naer*, Germ. *nieder*) dubio procul eſt ipſorum NADIR, punctum pedale, ſicut illud verticale denotans.

Quum verò *Zenith* in Lex. Med. ænigmaticè transfertur ad ſanguinem menſtruum virginum, & quidem primum, ſcire debes, & Italos hac formulâ uti, cùm tectè hac de materia loquuntur: *i foraſtieri ſon venuti*. id eſt, peregrini hoſpites advenerunt. Ξένον enim inuſitatum, inauditum; & ξενικὸν, peregrinum quid ſignificant, it. ξενισμὸς dic. mutatio, ſeu perturbatio, quæ fit peregrina, & inſolita rei novitate. Fortean eſt hinc quo-

que Ξενικὸν, quo nomine Gallos venenum cervarium vocasse ibidem legere est.

264 II. Παροξύτονα sunt:
Ὀλυμπιάθεν, ex vel de Olympia. Μυνιχιάθεν, ex Munychia.
Θεόθεν, à Deo, divinitus. Περαιόθεν, ex ulteriore parte.
Νειόθεν, pro νειατόθεν, ex imo. Οἰόθεν, ab uno duntaxat loco.
Διόθεν, à Jove. Ἐκ διόθεν, id. pleonasticè.
Παιδιόθεν, idem quod ἐκ παιδὸς, ab infantia.
Ἠερόθεν, ἀπ' ἀέρος, ex aëre. Πλευρόθεν, à latere.
Μυκτερόθεν, à naribus. Ἀστερόθεν, ex astris.
Μακρόθεν, procul, eminus, è longinquo.
Πατρόθεν, à parte patris. Μητρόθεν, à parte matris.
Ἀγρόθεν, in prosa ἐξ ἀγροῦ, rure.
Ἀνδρόθεν, ex vel à viro. Ἁλόθεν, è mari, ἐξ ἁλός.
Τηλόθεν, è longinquo, procul, unde Servio *telum*.
Κυκλόθεν, ex omnibus circuli partibus.
Ἀμόθεν, alicunde. χαμόθεν, è terra, ex humo.
Μηδαμόθεν, οὐδαμόθεν, nullo ex loco.
Δημόθεν, è populo, ex plebe.
Ὁμόθεν, ex eod. loco. Φρενόθεν, à mente.
Οὐρανόθεν, & ἐξ οὐρανόθεν, à cœlo, cælitus.
Λευκανόθεν, ex imo gutture. Πυθμενόθεν, è fundo, funditus.
Αἰνόθεν, à re gravi & horrenda.
Καμινόθεν, è fornace. Νειμονόθεν, ex prato.
Πρυμνόθεν, à puppi. Ἱππόθεν, ex equo.
Νειατόθεν, ex imo. Ποντόθεν, è mari.
Νοτόθεν, à latere australi.
Αὐτόθεν, illinc, inde, l. isthinc, it. ab hoc tempore, ex tempore, it. confestim, protinus, jam inde, *indidem*.
Ἐρεβόθεν, ex Erebo, à tenebris.
Λεσβόθεν, è Lesbo. Παιδόθεν, à puero.
Πεδόθεν, è solo, qs. à fundamentis.
Σχεδόθεν, prope, cominus.
Σπιδόθεν, procul, eminus, it. longè, ante.
χανδόθεν, hiatim, hianter. it. affatim, copiosè.
Πυθόθεν, per sync. pro πυθόοθεν, seu ἐκ τοῦ πυθωνόθεν, ex Pythone.
Μεσσόθεν, & μεσσόθε, è medio.
Βυσσόθεν, ex profundo, ex imo.
Ὑψόθεν, desuper, ex alto. Ῥιζόθεν, radicitus, stirpitus.
Ἐγγύθεν, prope, cominus, è propinquo.
Πρόσθεν, & πρόσθε, ante, coram.
Νέρθεν, vide ἐνέρθεν, infra, inferius, §. anteced.
Ἔνθεν, hinc. Ab ἔνθε est Lat. *inde*, cujus composita sunt: *deinde*, *exinde*, *perinde*, *proinde*, *postinde*, & *subinde*, Ital. *sovente*, Gall. *souvent*, Germ. *offt*; sicut à *deinde* Angl. *then*, *than*, Belg. *dan*, Germ. *dann*, *denn*. A simplici *inde* autem est Ital. *ne*, Hisp. *ende*, Gall. *en*, Belg. *hen*, Germ. *hin*; sicut à Lat. *re*, eorund. *her*. A Lat. *hinc & inde*, Itali dicunt *quinci e quindi*, Hisp. *allende y aquende*, quod olim Græci efferebant: ἔνθα καὶ ἔνθα, i. hinc & illinc.

265 Circumflexu notantur.
Ἀγορῆθεν, ἐξ ἀγορῆς, è foro. Κρῆθεν, à vel de capite.
Κατακρῆθεν, vi, it. prorsus, funditus.
Εὐνῆθεν, è lecto. Θερμαστῆθεν, è caminis,

Γῆθεν,

Ἐνθεν, è terra. Ἀρχῆθεν, ab initio.

χαμᾶθεν, humi, è fundo, ex terra.

Ἐκεῖθεν, κεῖθεν, illinc. Τηνῶθε, illinc.

Cæterùm hic notabis: 266

I. Θεν olim & latinis quibusdam vocibus adjectum, post latinè scriptum fuisse, ut:

Ibi-θεν, *ibidem*. Ita-θεν, *itidem*.

Tantum-θεν, *tantundem*. Toti-θεν, *totidem*.

II. *De* Latinorum, quando à θε originem ducit, etiam *motum ad locum* significare in *defero*, *deduco*: & quidem inferiorem, ut: *deversum*, contr. *deorsum* §.254. *susque deque ferre*, it. in *descendo*, *deprimo*, *detrudo*, *desidero*, *detraho*, apud Just. 38. 8. 12. Item aliquando privare, ut: *Demens*, i. sine mente. *Detono*, tonare desino. *Detego*, quod tectum erat aperio, nudo. *Debeo*, i. quod habeo est alterius: unde Ital. *dovere*, Hisp. *dever*, Gall. *devoir*, Angl. *to owe*. Apud Dom. Magri invenies etiam qui dixere *dehabeo*, & *habeo*; hoc pro debeo, & illud pro non habeo. 267

III. *De* à Græcis reassumtum mutari in δη, ut: Δήκοκτα sc. ὕδατα, sive δηκόκτης, apud Voss. & δηνάριον, quæ propriè sunt Latinorum *decocta*, sub. aqua, quæque & Martiali simpliciter *cocta* vocatur; & *denarius* sc. nummus. 268

Apud Italos verò abire in *di*, Hisp. & Gall. *de*, Angl. *to*, Belg. *te*, & *toe*, Germ. *zu*. Conf. ex §.121. *duo*.

Di apud Italos genitivi signum, nonnullis agglutinatur particulis, v. g. eh, *deh*; esso, *desso*; a, *da*; entro, *dentro*; retro, *dietro*; ove, *doue*; (Gall. *où*, & *d'où*) onde, *donde*, Hisp. *donde*, & *adonde*, per apoc. *do*, & *ado*, unde Germ. *da*, & *do*, &c. Conf. *dovunque* ex §. 260. Sic Italorum τῷ *di vero*, i. sanè, respondet Germ. *zvvar*, i. quidem.

IV. Θε mutare Æoles in θα, dicunt enim 269

Ἄτερθα, pro ἄτερθε, sine. Ὄπιθα, pro ὄπιθε, pone.

Ἔνθα, hic, ibi, illic. ἔνθα καὶ ἔνθα, vid. §. 264.

Quibusdam secundis personis in ς, uti observat Mart. Crus. p. 288. Æoles addunt θα, ut: ἦς, ἦσθα, eras: οἶδα, οἶσθα, & per sync. Att. οἶσθα, nosti: ᾔδεις, ᾔδεισθα, noveras. Eurip. Cyclope.

V. Θεν interdum commutari cum aliis terminationibus, ut: 270

Δεξιάδην, à dextra, pro δεξιάθεν, cui oppon. σκαιόθεν, à sinistra.

Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν, hinc, it. dehinc, deinceps, it. præterea.

VI. Interdum verò contrahi, ut: Πρωΐθεν, Lat. *pridem*, de mane, à mane diei, contractè: πρώην, Dor. πρὰν, nuper, non ita pridem, it. nudius tertius, it. primum, & hinc πρὶν, prius, ante, antea, it. donec. 271

Sic à θῆθεν (pro δήπουθεν, utique, nimirum, certè) videlicet, scilicet, fit per sync. θὴν, quæ itidem est particula expletiva, & pro quidem sumitur, aut certè; Hujus compos. est οὔθην, non equidem, haud sanè.

Ἀνόπιν dicitur pro ἀνόπισθεν, retrò, retrorsum.

Κατόπιν, & μετόπιν, pro κατόπισθεν, & μετόπισθεν, à tergo, retro, pone, it. postea.

VII. Provenire hinc quoque (iuxta §. 160.) Lat. terminationem in *tinus*, v. g. 272

1. *Protinus* à παραυτόθεν, confestim, & qs. jam inde ex hac ipsa hora.

2. *Pristinus* ab ὁ πρόσθεν, id. οἱ πρόσθεν, qui tempore præterito fuerunt, prisci, antiqui. Οἱ πρόσθεν ἀοιδοὶ, antiqui poëtæ.

3. Sicut ab ἕωθεν, pro quo dic. ἠῶθεν, i. ab aurora, est Græc. ἑωθινὸς, matutinus. *
Et à πρωΐθεν (πρωϊθινὸς) πρωϊνὸς, idem quod πρώϊος, itidem matutinus.

* Advertendum hic est: A *Matuta* olim dictum esse *matutatinus*, p. b. post matutainus, tandem *matutinus*, p. l. ad cujus imitationem dixere à vesper, *vespertinus*; ab intus, *intestinus*; à celandus, *clandestinus*, & à medius *mediastinus*, contr. *Mastinus*, (nî corruptum ex *Modestinus*) prænomen Scaligeri Veronensis.

F 2 Exin-

Exinde Ital. *mastino* (sicut *molino* à molendino) Hisp. *mastin*, Gall. *matin*: Anglorum verò *mastiff*, i. molossus, est à Gall. *mestif*, pro quo dic. & *metifs*, it. *metis*, & *metiz*, ab Hisp. *mestizo*, tanquam ab Ital. *mesticcio*, ex Lat. *mixtitius*; sicut *posticcio* dicunt pro *supposititius*.

Cùm aliàs, quæ ab adverbiis temporis fiunt, sint penult. brevi, ut: *diutinus*, *serotinus*, *annotinus*, *crastinus*, *pristinus*, contr. (*pristus*, & hinc) *priscus*. Vid. §. 160.

Matutinus præterea contrahi in *manus*: *Vespertinus* (qs. ab ἑσπερτινὸς, unde ἑσπερινὸς) in *vespernus*; id quod imitatum vides non solùm in *nocturnus*, νυκτερινὸς. *Diurnus*, & qs. à *diuturus* (sicut à mane dic. *maturus*) *diuturnus*: item *hesternus*, *hodiernus*, per sync. *hornus*, quod denuò augmentum accepit in *hornotinus*; *horna* autem in *hornotina*, apud auctores: sed & in *supernus*, *infernus*, *externus*, & *internus*; sic à mense, *mensurnus* apud Dom. Magri in Voc. Eccles.

273. VIII. Aliquando verò remanere integrum, ut:

Θεόφιν, & ἐκ θεόφιν, idem quod θεόθεν, à Deo, vel divinitus.

Κηρόφιν, cordicitus. Νηδυόφιν, ex utero.

Πασσαλόφιν, poët. dicitur pro πασσάλου.

χαλκόφι, pro χαλκοῦ, invenitur apud Hom.

Τεκνόφι, pro διὰ τοῦ τέκνου, adv. per filium, operâ filii.

Νόσφιν, & νόσφι, pro ἀνέως, unde s. l. ἄνευ, *sine*, de quo §. 263. habes ἄνευθεν, & ἄνευθε, absque, sine.

Ἔννηφιν, perendinum, ἐς ἔννηφι, in perendinum; unde puto esse Hebr. SCHANAH, i. annus, & h. SCHANAH, iterare.

CAPUT VII.

274. Φι, Lat. *bi*, in *mihi*; & *bi*, in *tibi*, *sibi*; de quibus §. 120. & seqq. it. in *ubi*, * & *ibi*, ** quorum composita: *alibi*, *alicubi*, *sicubi*, *postibi*, *nullibi*, *neutrobi*, *&c.* explanat Voss. & nos infra, pari modo integrum aliquando remanet, dativisque promiscuè adijcitur, ut:

Θύρηφι, *foris*, *** Ἑτέρηφι, aliâ viâ, seu ratione, modo.

Κεφαλῆφι, capiti. Εὐνῆφι, è lecto.

Ἠνορέηφι, dat. poët. ab ἠνορέη, Ion. pro ἀνορέα, seu ἀνδρεία, virilitas.

Κατ' ὄρεσφι, in montibus, & de montibus.

Ὄχεσφι, pro τοῖς ὄχεσι, ab ὄχος, τό. Sic

Στήθεσφι, à στῆθος. Ποντόφι à πόντος.

Ἀγέληφι, in grege. Βίηφι, poët. pro βία.

Ὁπλότερος γενεῆφι, natu minor.

Θεόφι, idem quod θεοῖς. Στρατόφι, pro στρατῷ.

Κοτυληδονόφι, pro ταῖς κοτυληδόσι.

Δακρυόφι, pro δακρύοις, lacrymis.

Λεχριόφι, in obliquum, seu ex obliquo.

* *Ubi* (ex ὃ & *bi*) abit in Ital. *ove*, unde Gall. *où*, & Germ. *wo*.

** *Ibi* Vossio rectè ducitur ab *is*, ut ab αὐτὸς αὐτόθι, quod idem signat. Sic *eibi* factum est *ibi*, significatque *eo loco*, sive *ibus locis*. Nam ab *is*, *ibus* olim, sicut à *quis*, *quibus*. Conf. §. 140. Præit autem particula hæc Italorum *ivi*, unde per prosth. *quivi*, & per aph. *vi*, Hisp. *ay*, Gall. *y*.

*** *Foris* est dat. plur. sicut *foras* ejusdem numeri accusativus, ab olim nom. sing. *fora*, per aph. ab ἔφορα sc. θύρα, i. janua, quæ in finibus est. Hinc Ital. *fuori*, & *fuora*, Hisp. *fuera*, Gall. *fors*, & *hors*, Angl. *forth*, Belg. *voord*, & *voor*, Germ. *fort*, *vor*, & *ver*, in compositionibus, de quibus infra.

Est

Est præterea ab Ital. *fuora*, sive propinquius ab Hisp. *fuera*, Angl. *farre*, & *far*, Belg. *verre*, Germ. *fern*, i. procul, longè.

Fit insuper à *fora* juxta §. 162. Lat. *foris* apud Comicos, cujus quidem pluralis *fores* magis usu est receptus.

Ut plurimum verò mutatur in θι, statumque seu *quietem in loco* significat, ut: 275

Ἀπόπροθι, procul, eminus, it. seorsum a-

Ἄλλοθι, alibi, (quod Caninio etiam inde ducitur) it. aliò.

Ἔκτοθι, vel ἔκτοθι, extra. Ἔνδοθι, intus. Ἔγγυθι, prope.

Τηλόθι, procul a-; unde Vossio *telum*. Conf. & §. 264.

Οἴκοθι, domi. Ἄγροθι, ruri. Μέσσοθι, in medio.

Οἰόθι, solum, i. seorsum, it. solitariè, quo in sensu Vossio hinc placet esse Lat. *otium*, quod vid. §. 47.

Νείοθι, pro νειατόθι, in imo fundo.

Κυρόθι, corde, animo. Unde Jos. Scaliger putat esse Lat. *corgo*, quod vid. §. 175.

Οὐδαμόθι, μηδαμόθι, nullo in loco.

Οὐρανόθι, in cœlo; οὐρανόθι πρὸ, ante cœlum, i. in aëre.

Ἀβυδόθι, Abydo oriundus, l. ibidem habitans.

Αὐτόθι, ibi, illic, isthic. Καταυτόθι, ibi.

Ἐκεῖθι, κεῖθι, illic. χερσόθι, in continenti.

Ὑψόθι, in alto, in sublimi, it. super.

Ἠῶθι, in aurora, diluculo, mane.

Nonnunquam abit Atticorum more in σι, vel σιν, ut: 276

Ἀθήνησι, & ἀθήνησιν, *Athenis*. Μουνυχίασι, in Munychia.

Ὀλυμπίασι, Olympiæ. Θήβησιν, pro ἐν θήβαις. *Thebis*.

Ἄστρασι, pro ἄστροις, in astris.

Ἀμέραισι, in diebus, interdiu, poët. pro ἡμέραις.

Θύρασι, promptè, qs. ad fores.

Ταῖσι, & Jon. τῇσι, pro ταῖς, his, ab ἡ, hæc.

Ἰδμοσύνησι, dat. pl. ab ἰδμοσύνη, peritia.

Sic à πάρος (quod §. 263. faciebat πάροιθεν) est πέρυσι, anno præterito; & προπέρυσι, anno abhinc tertio.

Aliquando οθι mutatur in οι, ut: 277

Οἴκοι, domi. Ἐξοῖ, extra.

Ἔνδοι, l. ἐνδοῖ, intus, Syracus. linguâ, unde Lat. *indu*. Conf. Bæot. ἐμῦ, pro ἐμοὶ, §. 120. Sic iidem καλὺ dicunt pro καλοί.

Ἐνταυθοῖ, hic, it. huc. Ἰσθμοῖ, in Isthmo.

Πεδοῖ, terrestri itinere, it. in solum, in terram.

Ἀμοῖ, quocunque in loco. Aliis etiam quemcunque ad locum.

Ἁρμοῖ, congruenter. Ἀρμοῖ (cum tenui) nuper, Syracusanorum vox, pro ἁρμοῖ, quod dic. pro ἁρμῷ.

Huc refero quoque: 278

χαμαὶ (factum ex χαμάθι) humi, in terra, it. in terram, ad terram.

Ἐκεῖ, illic, it. illuc, eò, Hebr. ÆHI, ubi? Τηνεὶ, illic.

Interdum etiam contractionem patitur, ut: 279

Αὖθι, pro αὐτόθι, ibi. Ὕψι, pro ὑψόθι, in alto, super.

Ἄγχι, pro ἀγχόθι, prope, iuxta, quode paulò inferius.

CAPUT VIII.

280 Ψὲ, (Lat. *pse*, in *eumpse*, & *eampse*) eodem planè modo abiit in
σε, δε, ζε,
quæ accusativis juncta denotant adverbia quæ ducunt *ad locum*, ut:
Ἄλλοσε, aliò, ad aliam partem.
Πάντοσε, quoquoversum, in omnes partes.
Ἔκτοσε, extra. Ὑψόσε, in altum.
Οὐρανόσε, in cœlum. Κυκλόσε, in orbem, circulatim.
Αὐτόσε, huc, illuc, it. eodem. Ὁμόσε, eodem, & eundem in locum.
Οὐδαμόσε, & μηδαμόσε, nuſpiam. Ἐκεῖσε, & κεῖσε, illuc, eò.

281 His meritò accenſemus:
Ὀψὲ, qs. ὄπισε, ab ἐπὶ, ſerò, poſt tempus, & longo poſt tempore.
Ἄψ, qs. ἄποσε, rurſus, iterum, ſtatim, it. retro, in averſum; quo in ſenſu per proſth. §. 181. cit. inde eruitur Græcorum
Μὰψ, fruſtra, in caſſum.

282 Δε, cui alludit Lat. *ad*, amant:
Μεγάραδε, *ad Megara*. Ἅλαδε, *ad mare*.
Ὑσμίνηνδε, ad pugnam. Sic Lat. *ad arma*, ſc. capienda, quod Itali reddunt: *all'arme*, Hiſp. *arma*, *arma*, it. *haſtas homes*, Gall. *alarme*, & *allarme*, it. *aux armes*, it. *vacarme*, & *faire vacarme*, Angl. *an alarum*, Belg. *wapen wapen*, it. *alarm*, unde Germ. *lerm*, & *lermen*: juxta illud Ovidij:
Certatimque omnes uno ore arma arma vocabant.
Κλισίηνδε, pro εἰς κλισίαν, ad tentorium.
Φύγαδε, in fugam. Λευκανίηνδε, ad gulam.
Οἶκονδε, domum. Πέδονδε, in ſolum, in terram.
Λόχονδε, ad vel in inſidias. Φόωσδε, in lucem.
Λέκτρονδε, ſeu λέχοσδε, lectum verſus, ad lectum.
Ὀρθιάδε, in arduum. Ἐνθάδε, hic, huc.
Διχάδε, in duas, ſeu geminas partes.
Ἀγορήνδε, in forum. Ἄγρονδε, rus. Δομόνδε, domum verſus.
χορόνδε, i. ἐπὶ χόρον, ductum choreas.
χερσόνδε, in terram, ſeu continentem.
Συφεόνδε, ad ſuile, ad ſtabulum ſuium.
Πυθοῖδε, Pythum verſus. Hîc δε affigitur dativo, ſed abuſivè.

283 Separatim etiam poſitum invenies, ut:
Πυθωνά δε, poët. pro εἰς πυθῶνα, in vel ad Pythonem.
Ἀΐδός δε, & ἄϊδος δόμον, pro εἰς ἄϊδος δόμον, ad Orcum, Ital. *in caſa del diauolo*.
Τέλος δε, poſtremo, denique, tandem.

284 Particulæ huic δε adjunge in fine poſtpoſitivum, (§. 160.) & præpoſitivum in principio, (§. 130.) & eveniet ὁδὸς, ȣ, ἡ, Æol. ὑδὸς, via, iter. A cujus deriv. ὁδόω, ῶ, duco, præeo; vel ſi mavis ab ὁδάω, ſive, ὁδέω, viatico inſtruo, nobis eſt Græc. δόω, pro quo in uſu δίδωμι, & διδόω, & h. Lat. *do*, & *dedo*; unde Ital. *dare*, Hiſp. *dar*. Ab ejus compoſ. autem ὁδηγὸς, eſt Lat. *ducis*, & exinde *dux*, * Ital. *duce*, *doge*, *duca*, Hiſp. *doge*, *duque*, Gall. *doge*, *duc*, Angl. *a duke*: Et ab ὁδηγέω, ῶ, Lat. *duco*.

* Sic à λόγος, ratio, fit Hebr. LOG, i. ſextarius, menſuræ genus; & Lat. *legis*, ex quo *lex*, juxta illud: ὁ νόμος ἐςὶν λόγος ὁ ὀρθὸς. *Lex eſt recta ratio*: unde Ital. *legge*, Hiſp. *ley*, Gall. *loy*, Angl. *a lavv*, id. unde Belg. *lof*, in *oorlof*, *verlof*. Germ. *laub*, *vrlaub*, *verlaub*, i. venia. Vid. & *laub*, i. frons. §. 75. 18. Conf. & *grex gregis* à γοργὸς, ex §. 177. it. *Lelex* à Palæologus. §. 160.

Z2

ζε sibi expetunt: 285

Ἀθήναζε, *Athenas*. Θήβαζε, *Thebas*.

Ὀλυμπίαζε, ad Olympiam. Μουνυχίαζε, ad Munychiam.

χαμάζε, humi, in terram. Θύραζε, *foras*.

Ἔραζε, in vel ad terram, unde Hebr. ÆRÆZ, i. terra, it. regio.

Alias exinde terminationes per paragogen invenêre Dores & Æoles, ut: 286

Οἴκαδες, Dor. pro οἴκαδε, domum.

χαμάδις, pro χαμάδε, humi, in terram.

Ἄμυδις, Æol. pro ἅμα, simul, unâ, pariter, it. subito, repente, ex insperato.

Ἄλλυδις, pro ἄλλῃ, alibi vel aliò.

Alias iterum per apocopen, ut: Θαλυσιάς, ad Thalysia. 287

Huic addo Lat. *foras*, i. extra domum. *Foras Cares, non amplius anthisteria*: Θύραζε Κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια, in adag. Erasm. vide & quæ ad §. 274.

CAPVT IX.

A Genitivo & dativo articuli relativi

ὅς & ἥ 288

nascuntur etiamnum particulæ, quibus locum & viam, seu modum & rationem rei describimus; respiciunt enim nomina, quæ simile quid significant.

I. Οὗ, *ubi*, cum particulis μεν & δὲ, expon. *alicubi*, *alibi*, significatque interdum motum ad locum, sicut οἷ, quò. 289

Κοῦ; ubi? & κοῦ δῆτα; (qs. *quo tandem*) ubinam? Jonicè.

Ποῦ, & ποῦ δῆτα; ubi? ubinam? itidem motum interdum significat ad locum, ut: μέχρι ποῦ; quousque?

Κοῦ & ποῦ abeunt in Hebr. KOH, & POH, i. hic, huc, fiuntque loci & interdum temporis particulæ. Vid. & §. 193.

πȣ (encliticum) alicubi, uspiam, it. circiter, ut: μέχρι πȣ, aliquousque vel aliquandiu. Δέκα πȣ, circiter decem.

Alicubi verò vacat, ut: ἤπȣ, pro ἤ, aut; vel pro ἦ, quàm. Ἦ πȣ itidem pro ἦ ponitur, id est, certè, profectò, utique.

Interdum servit comparationibus præcedente εἰ, vel ὅπȣ, ac tum expon. multo magis. Interd. signif. & multominus, nedum, nullatenus. Interrogationi etiam servit, ut nempe apud Lat. pro utrum? an? anne? Alioqui ἦπȣ ȣ; signif. utrum non? annon? nonne?

Δήπȣ (& δή πȣ, disjunctim) utique, nimirum, certè. Aliquando signif. nunquid? annon?

Οὐ δήπȣ; nonne? nunquid?

Οὔτε πȣ, nec dum. Ἀμηγέπȣ, ubique, ubivis.

Μένπȣ, & μέν πȣ, quidem, certè.

Ὅπȣ, ubi (indefinitè) ubicunque, it. quò, it. quàm, quandoquidem.

Τȣ̃, voculæ hujus significatio localis periit, casualis remansit, §. 115.

Aliàs τȣ̃; dicitur pro τίνος; cujus? & τȣ, pro τινὸς, alicujus. Idemque τινὸς contrahitur in τὸς, adjiciturque particulis ἐν & ἐκ, ut: ἐντὸς, intra: ἐκτὸς, extra; παρεκτὸς, id. it. extrinsecus, excepto, præter, præterquam. Id quod fit etiam apud Lat. cum part. *tus*, pro *tenus*, §. 261. in *intus*, *subtus* (Ital. *sotto*, Hisp. *so*, Gall. *soubs*) it. *similitus* per sync. *simitus*, & per apoc. *simitu*. 290

Et quia *tenus* olim genitivum regebat, v.g. *Cumarum tenus*, *crurum tenus*, *Barbæ tenus sapiens*, *&c.* Ideoque *tus* plerunque huic adnectitur casui, describiturque particulis; *de*, *ex*, *a*, ut: *cœlitus*, i. de cœlo; *penitus*, ex intimis præcordiis; *animitus*, ex animo: unde postmodum nata adagia, ut: *Funditus*, *radicitus*, apud Tullium. *Me-*

dullitus, *oculitus*, ex Plauto. it. *Autoritas divinitus*, cujus παράλληλον. *Felicitas à Deo*, apud Hom.

291 Ὅτε adhuc dicitur pro ἕ, cujus: sic ὅτω pro ᾧ, cui. Et in plur. ὅτων, pro ὧν, quorum, quorumcunque. Ὅτοις pro οἷς, quibus, vel quibuscunque.

292 Genitivi terminationem ε Dores, & Æoles mutant in ω, dicere enim amant λόγω & μαλακῶ, pro λόγε, & μαλακε. Hinc factum, quod πε; & τε quoque mutaverint in πῶ; & τῶ, unde post enata terminatio in sequentibus, motum plerunque *ad locum* significandi gratiâ, ut:

Δεύρω (à δεῦρο §. 210.) huc, in hunc locum.

Ἔισω, in, intra, it. intro, & intus.

Ἔξω, extra, it. foras, it. præter citra.

Ὀπίσω, poët. ὀπίσσω, retrorsum, retro, in aversum, it. post, it. postea, in posterum.

Πρόσω, poët. πρόσσω, it. πόῤῥω, & πόρσω, ante se, in anteriorem partem, it. longè, ante, procul, & Lat. *porrò*.

Ἄνω, supra, vel sursum, signif. tam in loco, quam ad locum.

Ἐπάνω, supra, it. supra quàm, amplius quàm. Additur & adv. temporis: ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ἐπάνω, ab eo die & deinceps. Ὑπεράνω, supra.

Κάτω, infra, it. deorsum. Interd. etiam infernè, inferiore parte, subter, it. apud Inferos.

293 Κάτω significat etiam, ad mare, οἱ κάτω, maritimi, qui maritima incolunt, unde *Catti*, inferioris Germaniæ populi, cujus nominis reliquiæ adhuc visuntur apud Batavos in ostio Rheni hodie obstructo ad *Cattorum vicum*, vulgò *CatWig*, ubi olim Romanorum *Armamentarium*, cujus vestigia, & ruinas accolæ *het Britten huys* vocant: De illo evolve Caroli Stephani Dictionarium; De hoc Fridericus de Wit in Comitatus Hollandiæ tabula ita: *Olim hic ostium Rheni, & Arx Britannica anno* 1520. 1552. 1571. 1588. *visa, multæque admirationis summæ antiquitates effossæ*; Hæc ille.

Contra οἱ ἄνω ibidem dicebantur superiores, vel qui in superiore parte habitabant, contracto vocabulo *Hunni* (quo Normanni apud Cl. Rudbeck. Part. 2. p. 534. vocantur) vulgò *Heunen*. *

Et sicut *Catti* hinc inde migrando pro cujusvis populi dialecto nomen originarium aliquomodo mutavere: Bohemis etenim vocabantur *Quadi*, cujus nominis illustris familia adhuc viget in Holsatia; Flamingis *Cattuaci*, Frisiis concisius *Chauci*, *Cauchi*, *Cayci*, & *Cauci*; Britannis *Cassi*, unde *Abcassi*, *Circassi*, al: *Kircassi*, *Tricassi*, *Velocassi*, seu *Velocasses*, pro quibus alii *Bellocassi* dicere amant, & *Verocasses*. Thuringis autem & Germanis superioribus *Hassi*, nunc dierum *Hessi* audiunt; Ligiisque Hungariæ populis olim proximi erant: Sic *Hunni*, aliis cum prosthesi *Chuni* (unde adhuc prænomina *Huno*, & Hunibaldus, Gundebaldus, it. *Cuno*, *Cunipertus*, seu *Cunibertus*, contr. *Cumbertus*, Germ. *Gumbrecht*; Nob. fam. cognomen) Aliis absque adspiratione dicebantur *Unni*, & *Uni*, populi qui usque ad mare Cronium migrati, Caspium accolunt; Hi aliis iterum mixti vocabantur *Ingauni*, *Vellauni*, *Cassivellauni*, *Charauni*, *Tauni*, ** & *Tainni*: Et in Cæs. Comment. de B. G. l. 7. Arvernus quidam princeps vocatur *Vergasillaunus*, quod compositum esse reor ex *Verus Casella*, seu *Casellius Hunnus*; cujusque populi *Segalauni*, & *Segovellauni*. *** Sic *Gunduni*, & *Gorduni* Galliæ Belgicæ, it. *Bodunni*, Britannicæ insulæ populi à Claudio in fidem accepti.

* *Heunen* in Germania Gigantum nomine veniunt, quique aliis *Riesen*, *Reussen*, Latinis *Rutheni*, Sarmatis *Russi* audiunt; unde factum quod in Illustrissima Comitum Ruthenorum (qui proceritate gigantea præ cæteris eminent) prosapia olim duo hæc nomina *Heune Reuse* fuerint conjuncta, usquedum in Saxonici Imperatoris Henrici Aucupis, cuius cum sorore Heros quidam hujus nominis, & stemmatis matrimonio junctus fuit, memo-

memoriam nomen *Heune* in *Heinerich*, sive *Henericus*, quo hodiedum omnes, & singuli appellantur, commutaverint. Imò ipsæ *Ruthenorum*, & *Hunnorum* nationes & populi commutati sunt ita, ut hi orientem; illi occidentem occupaverint, ex quo Flandria olim *Ruthenia*; populique Provinciales in Gallia *Rutheni*, vulgò *Rhodes*, seu *Rodez*, Ruthenusque ager *Roüergue* fuit appellatus.

** Apud Tac. fit mentio *Tauni* montis, ubi adhuc castellum, & sedes Comitum Taunorum, totusque ille tractus in hodiernum diem vocatur *Hundsryck*, i. e. Hunnorum regnum, seu refugium, nobilitatusque est Hunnorum castro, vulgò *Castelhun*.

*** *Secalaunia*, Gall. *Soloigne*, seu *Sologne*, est Biturigum regio.

Gaudent eadem terminatione quidam etiam comparativi, & superlativi, ut: 294

Προτέρω, idem cum προσοτέρω, seu πορρότερω, longius ante se, ulterius.

Παροιτέρω, longius progrediendo, ulterius.

Ἑκατέρω, in utramque partem.

Ἐνδοτέρω, interius, & ἐνδοτάτω, q. d. intimè, maximè intus.

Περαιτέρω, ulterius, l. ulterius quàm.

Ἀσσοτέρω, proprius, & ἀσσοτάτω, proximè.

Ἀπωτέρω, ἀπωτάτω, magis procul, maximè procul.

Imò hac ipsa terminatione apud Latinos quoque motus ad locum indigitatur in quo? eò, illò, aliò, aliquò, sic: *ultrò*, *citrò*, *intrò*, *retro*, *neutro*, & *porrò*, contr. *prò*, in *protenus*, *procul*, *pronuper*, *proinde*, *propalam*, *proporro*. Et in verbis: à porro tendo, *portendo*; sic à porro habeo, *prohibeo*; *profugio*, qs. procul fugio, it. *prodigo*, qs. porrò seu procul ago. 295

II. ῶ, quatenus, quomodo, quemadmodum, it. quare, quocirca. 296

πῶ; interrogativè, quatenus? quomodo?

πω, (enclit) aliquatenus, quodammodo, ut: Μήπω, nondum. Οὔπω, & οὐδέπω, nequaquam, nunquam. Sic ὄυτιπω, Dor. pro οὐδαμῶς, nullo modo. Quocum convenit Lat. *neutiquam*.

Τῷ, eò quod, propterea quod, it. quapropter.

Τῷ; (interrog.) quare? quâ ratione? unde?

Τῷ μὲν, τῷ δὲ, hic quidem, illic verò.

III. Ἧς, vulgò mutatum videmus in ὡς, idque per eand. fig. quâ §. 22. ῶ mutatur in ῆ. Est itaque 297

Ὡς, & compos. ejus καθὼς, adv. similitudinis, ut, sicut, velut, v. g. ὡς λόγος, sub. ἐςὶν, ut fama est, ut ferunt, it. tanquam, quasi, perinde ac si.

Interdum est adv. temporis, significans *ut*, i. postquam, simul atque. Interd. indicat causam finalem, poniturque pro ἵνα, vel ὅπως, ut, it. pro ὥςε, ita ut, adeò ut, it. pro εἴθε, utinam.

Dicitur etiam ὡς εἴθε, ὡς ὤφελες, it. ὡς, quàm, cum adv. superlativi gradus, it. ὡς ἐδύνατο τάχιςα, i. quàm celerrimè potuit, pro quo concisius: ὡς ἐδύνατο, corruptè: ἔνδυο, i. ταχέως, celeriter, ocius, citò.

Sic pro ὡς τὸ πολὺ, ut plurimum, dicunt: τὸ πολὺ, plerunque; & ὡς τὰ πολλὰ, per crasin efferunt: ὡςαπολλὰ, idem quod ὡς τὸ πολύ. ὡς ἐπιπολὺ, & ὡς ἐπιτοπολὺ, plerunque, fere, pene, semper, ut plurimum.

Ὧς, cum accentu, signif. ita, sic. Et ὡς, ὡς, est tam, quàm. 298

Cui subjungo:

πῶς; quomodo? qui? quo pacto? quâ ratione? sæpeque jungitur alicui particulæ, ut: πῶς πότε; quonam tandem modo? πῶς οὐ, nonne? πῶς γαρ οὐ, quid ni? Interdum in admiratione pro quàm, ut: πῶς δυσκόλως; quàm difficile?

πῶς, extra interrog. pro; certo quodam modo, secundum quid.

πως (extra interrog. encliticum, & ὀξύτονον) quodammodo, aliquo modo, aliquantum. Cum quibusdam particulis exp. forte, ut: εἰ πως, si forte. εἴπερ πως, id.

vel

vel si quo pacto. μή πως, ne forte. ὄπως, & Ion. ὅκως, nullo modo. ὀ μεν πῶς, nequaquam. Sæpe vacat, ut: ἀκριβῶς πως, ὅτω πως. Adjungitur & aliis particulis, ut: ἀμωσγέπως, quodammodo, quadantenus. Μόλις πως, cum quadam difficultate.

Ὅπως, quomodo, dicitur etiam ὅπωσδὴ, ὁπωσδήποτε, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπωσοῦν, & ὅπωσιοῦν, quomodocunque, quocunque modo, utcunque.

Ὅπως, & ὅππως apud Poëtas; ut, velut, sicut, tanquam, it. quam, ut: ὅπως τάχιστα, quàm celerrimè, unde Ital. *tosto*, Gall. *tost*, & *tôt*, Belg. *toch*, & *doch*, Germ. *doch*. Conf. *noch* ex Angl. *not*, §.182.

Huc quadrat

Τῶς, sic, ita. Aliàs τῶς, Dor. dicitur etiam pro τοὺς.

Pariter οὕτως, & sequ. conson. οὕτω, sic, ita, ad hunc modum, it. ita demum. Interdum est jurantis, & fidem facientis. Interd. optantis. Ut plurimum verò respondentis: *ita*.

299 Apprimè autem thesin nostram 297. confirmat, quod ὡς, πῶς, ὅπως, & οὕτως, sæpius constructa inveniuntur cum genitivis fæminini generis, ut:

ὡς εἶχεν ὀργῆς, quâ erat irâ percitus.

πῶς ἔχεις δόξης; quam opinionem habes?

Οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. ignoro enim quam sit doctus, quam vir bonus.

Οὕτως ἔχω φύσεως, tali sum naturâ præditus.

300 IV. ᾗ, quomodo, quopacto, quâ ratione, quatenus, it. quâ viâ, qua parte. Cum comparativo signif. *quò*, ut: ᾗ μᾶλλον, quo magis. Cum superlat. expon. *quàm*, ut: ᾗ μάλιστα, quàm maximè, it. ᾗ, quo in loco, ubi, it. ex quo, unde, quapropter.

πῇ; & Ion. κῇ; (interrog.) qui? quonam modo? quâ? qua ratione? it. qua? quo?

πῆ, extra interrog. pro aliquatenus, aliqua ex parte, it. pro aliquo modo, seu quodammodo. Interd. pro alicubi, seu aliquibus in locis.

πη ponitur & ἐγκλιτικῶς sine accentu, ut: ἄν πη, si quo forte modo, vel si qua ratione, it. pro alicubi, ut: εἴπη, sicubi. Accipitur etiam pro aliquò, ut: πη ἄλλη, aliquò, aliò, it. ἄλλῃ πη, alia in parte. Ἀμηγέπη, quodammodo, quadantenus. Οὐδέπη, nullo modo, nullatenus, haudquaquam.

Τῇ, eo modo, ea ratione, eatenus, it. ea parte, eo loco, ibi, it. hac, &c.

301 Pro ᾗ, & πῇ; Dores dicunt etiam

Ἇ, quô, idem quod ὅπου, vel οἷ.

πᾶ; qua? quo? it. sicut πῇ; qui? quonam modo? ut:

πᾶ βῶ; πᾶ στῶ, πᾶ κέλσω; quô appellam, seu quô me vertam? Eurip. in Hec.

Pro eod. dicitur & πῦς, ut docet Ammon. in Sophrone.

CAPUT X.

302 Ὁ articulus relativus, qui poëticè dicitur pro ὅς, præfigitur supradictis particulis:

θεν, θι, σε,

ad exprimendum, interrogandum & reddendum motum de loco, & ad locum, nec non statum, seu quietem in loco, ut videre licet in sequentibus exemplis.

303 I. Ὅθεν (indefin.) unde, it. quare, quocirca, quamobrem; interd. adnexas habet particulas δὴ, οὖν, περ, de quibus s. l. Ab ὅθεν verò per metath. factum est Lat. *unde*, Ital. *onde*, & juxta §.268. *donde*, Gall. *dont*.

πόθεν; Dor. πῶ; (interrog.) unde? undenam? quomodo? *sed* πόθεν *ornamenta*? apud Plaut. in Persa.

ποθὲν, Dor. πω (enclit.) alicunde, & pro eod. ἔκποθεν.

Ὁπόθεν, unde poët. ὁππόθεν, idem.

Τόθεν, inde, ex illo loco.

Τόθεν arripuêre Latini, suisque affixere adjectivorum genitivis, unde quemadm. 304
§. 272. ex syllabica adjectione θεν factum est Lat. *tinus*: ita hîc ex τόθεν veteres fecisse τόθινος, & progressu temporis — *tudinis*, equidem valde mihi persuasum habeo, sequentibus innixus exemplis, ut:

Magni - τόθεν, magni - τόθινος, ——————
—————— magnitudinis, magnitudo.

Ubi alia proveniunt: 1. Ab adjectivis in -*us*, ut: *altus, latus, longus, lassus, castus, perperus, prolixus, amarus, clarus, rectus, celsus, beatus, aptus, amplus, amplitudinis* (amplituden) & h. *amplitudo*. 305

2. Ab aliis adjectivis in *is* & *er*, ut: *Similis, turpis, fortis, fortitudinis, fortitudo*, & à *creber*, *crebritudo*. His adnumero: *necesse, par* & *vicissim*, unde *necessitudo, paritudo* & *vicissitudo*.

3. Quædam patiuntur syncopen in radice, abjiciendo *ti*, vel *tati*, ut: Pro solliciti - tudo, *sollicitudo*. Et pro habiti - tudo, *habitudo*. Sic *aletudo, valetudo, consuetudo, mansuetudo*. Et à testatus (testati - tudo) *testudo*.

4. Quædam eandem patiuntur figuram in terminatione, abjiciendo *tu*, & mutando i in e, ut: Pro salsitudo, *salsedo*: Et pro dulcitudo, *dulcedo*. Sic *pinguedo, acredo, paucedo, scabredo*, it. *flavedo, rubedo, livedo, raucedo*, &c.

Halcedonis (unde natum *halcedo*) corruptum est ex *halcyonidis*, ab *halcyonis*, cujus primitivum est *halcyon*, ἀλκυών.

5. Sunt & alia, quæ *tu* simpliciter abjiciunt, ut: Pro libitudo, *libido*; cupitudo, *cupido*; & pro formitudo, *formido*, quode plura s. l.

6. His accensenda verbalia, quæ infinitivis originem debent, ut: A torpere, *torpedo*; ab urere, *uredo*; & à cupere, *cupedo*; à capere, *capedo* & *intercapedo*.

Ab ὅθεν, & τόθεν autumo profluxisse genitivi pluralis terminationem ῶν, & τῶν, quomodo pro δι' αἰνιγμάτων, contractè dicimus δι' αἰνιγμῶν. 306

II. Ὅθι (indefin.) ubi. 307

πόθι; (interrog.) ubi? ubinam? quo?

ποθὶ, alicubi, aliquando, it. εἴποθὶ, sicubi, & οὔποθὶ, nusquam.

Τόθι, ibi, illo in loco.

πόθι; juxta §. 160. abit in πόθος, desiderium, it. cupido, it. flos æstivus. Quidam & pro Priapo accipiunt, §. 167. diciturque diminutivè πόθιον, & per epenth. ex §. 53. πρόθιον, in Lex. Med. pudendum virile. 308

A πόθος est ποθέω, ῶ, (Lat. *opto*) desidero, it. magno cum desiderio cupio, expeto, it. amo. Ex quo contrah. πόω, unde πόσις, ιος, ὁ, maritus: Et apud Lat. inchoativum *posco*, & diminutivum *postulo*.

Ab ejus derivat. πόθησις est Græc. πόσθη, pellis, qua glans pudendi virilis integitur, it. penis. Et πόσθία, tuberculum in palpebris.

Latinorum *putus*, i. πόθων, est à ποθητὸς, desideratus.

A ποθητὶς, desiderium, amor, per aph. nomen accepit θέτις, *Thetis*, Nerei marini Dei filia, Pelei Thessaliæ regis uxor, & Achillis mater. Pro mari etiam accipitur. Alij idem à τίθημι deducunt. *Tethys* autem vid. §. 165.

A ποθὴ, quod idem cum πόθησις, seu πόθος, est Hebr. POT, i. pudendum muliebre, it. cardo fæmina; nec non Lat. *puta*, & hinc Ital. *potta*, unde Belg. *fotte, futte*, Germ. *fotz, votze*, & cuidam neoterico, *potz*.

III. Οἷ (contractum ex ὅθι) quô, it. ubi. 309

Ποῖ; interrog. quô? quonam? it. ubi? it. quousque? quamdiu?

Ποι, sine accentu, aliquò, it. alicubi, it. quodammodo, ut: Ἄλλη ποι, aliò aliquò, it. alibi. Αλλοσέποι, alio quopiam. Ἀμηγέποι, quemcunque ad locum.

Ὅποι, ubi, it. quocunque.

His accedat.

Τοι, particula enclitica, quæ abverbiis & conjunctionibus adnectitur, interdum orna-

ornatus tantum gratiâ, aliàs: quidem, it. itaque, ut:

Μέντοι, *tamen*, conf. & §. 179.

Ουμέντοι, *non tamen*; adhibetur & responsioni, pro minimè verò.

Ἤτοι, aut, it. quidem, it. ita, profecto. Ουτοι, non.

Επείτοι, postquam, alioqui. Ὅτι τοι, eò quod, quia.

Eadem præponitur etiam in

Τοι γὰρ, equidem, itaque. Τοιγαροῦν, idem. Τοίνυν, igitur.

310 Ab ὅθι & τόθι, vel οἷ & τοῖ, procedunt, me judice, dativi in ᾧ & τῷ, quique idcirco notantur jotâ subscripto.

311 IV. Ὅσε olim in usu fuisse testatur interrogativum ejus Πόσε; quo? quem in locum? cætera desiderantur.

312 Latini hîc quidem respondent: *Huc*, pro hunc sc. in locum. *Istuc*, pro ist-hunc in locum. *Illuc*, pro ill-hunc in locum.

313 Quomodo autem Latinorum casus plurales in *is* & *as* à σι, σε, & ζε originem traxerint, id pueri vident.

CAPUT XI.

314 SEquitur exemplum eorum nominum, ad quæ antecedentis articuli casus respexisse probabile est.

1. χοῦς, ὁ, & χεία, vel χειή, unde nobis γαῖα, sive γαίη, contr. γῆ, terra & humus; ex quo iterum γύια, γύα, & γύη, arvum, via, Germ. *gau*, & Hebr. GÆ, id est, vallis.

2. χοῦς, οὸς, ὁ, Dor. χῶς, & χοῦς, ἡ, modius, seu modus & mensura quædam liquidorum, &c. id quod patet ex sequentibus.

315 I. Ὁσαχοῦ, quibuscunque in locis, ubicunque, it. quotiescunque.

Μοναχοῦ, hoc solùm in loco. Τριχοῦ, tribus in locis.

Ἐνιαχοῦ, alicubi, it. aliquò. Ἀλλαχοῦ, aliò.

Πολλαχοῦ, multis in locis. Ὀλιγαχοῦ, paucis in locis.

Πανταχοῦ, ubicunque, it. quemcunque in locum.

Ἀπανταχοῦ, ubique, quaquaversum, passim.

Ἑκασαχοῦ, ubilibet, ubique.

316 II. Ποσαχῶς; quotnam modis?

Τοσαχῶς, tot modis. Τοσαυταχῶς, id.

Μοναχῶς, uno tantum modo. Πολλαχῶς, multifariam.

Διχῶς, & διπλαχῶς, dupliciter, bifariam.

Τριχῶς, tripliciter, it. in tres partes.

Τετραχῶς, quatuor modis, quadrifariam.

Πλεοναχῶς, multifariam, it. q. d. plurifariam.

Ἰσαχῶς pariter, it. totidem modis. Ἀπειραχῶς, infinitis modis.

317 III. Ποσαχῆ; quot in locis?

Ὁποσαχῆ, quot in locis, quot modis. Μοναχῆ, una sola parte, solitariè.

πανταχῆ, ubique, it. quoquo modo, & per sync. παντῆ, pro quo Dores παντᾶ, i. ubique.

Ἀπανταχῆ, ubique, passim, & per sync. ἀπαντῆ, undiquaque.

Ἑκασαχῆ, ubique, ubilibet. Διχῆ, dupliciter, bifariam.

Τριχῆ, tripliciter, in tres partes.

Τετραχῆ, quadrifariam, quatuor modis.

318 IV. Μοναχόθεν, una solum ex parte.

Διχόθεν, à duabus partibus.

Τριχόθεν, tribus ex locis. Ἀλλαχόθεν, aliunde.

Πανταχόθεν, undiquaque, ex omnibus partibus.
Ἁπανταχόθεν, undevis, omni ex parte.
Ἑκασταχόθεν, undique, undelibet. Ἀγχόθεν, cominus, è propinquo.
V. Ἀλλαχόθι, alibi, aliò. 319
Ἑκασταχόθι, passim, ubique gentium. Ἁπανταχόθι, ubivis, in omni loco.
Ἀγχόθι, prope, juxta. Dicitur etiam de tempore, & signif. brevi. Hinc fit per sync. ἄγχι, §.279. usumque præbet in compositionibus, ut: Ἄγχουρος, & Jon. ἄγχουρος, conterminus, vicinus, unde *Anxur*, & Jupiter, qui ibi colebatur, *Anxurus*: quod alij interpretantur qs. ἄνευ τοῦ ξυροῦ, i. sine novaculâ, quia imberbis, & nondum barbam rasisset. Eadem urbs aliàs ab asperitate loci *Trachyna*, hodie corruptè *Tarracina* vocatur.
VI. Πανταχοῖ, quocunque, quoquoversus, in omnes partes. 320
VII. Ἀλλαχόσε, aliò, ad aliam partem. 321
Πολλαχόσε, ad multa loca.
Πανταχόσε, Dor. παντᾶ, quoquoversum, in omnes partes.
Ἁπανταχόσε, in omnem partem, quoquoversum.
Ἑκασταχόσε, in quemcunque locum.
His meritò accensenda sunt adverbia loci in ω, quæ jam dictas particulas θεν, θι, σε, sibi assumunt, ut: 322
I. Ἄπωθεν, procul, eminus, è longinquo. Ἔσωθεν, extra, foris, forinsecus.
Ἄνωθεν, desuper, supernè, it. denuò, it. retrò.
Ἐπάνωθεν, desuper. Ὑπεράνωθεν, id. it. de loco superiori.
Κάτωθεν, ex inferiore loco, ab ima parte: unde Hebr. KATON, i. parvum, in CHIREC KATON: cui oppon. CHIREC GADOL, de quo s. l. Hinc ex Syria in Græciam remigravit κόττανον, Lat. *cottanum*, i. parvum ficorum genus apud Plin.
Ἑτέρωθεν, alterâ seu adversâ ex parte.
Ἑκατέρωθεν, poët. ἑκάτερθεν, ab alterutrâ parte.
Ἀμφοτέρωθεν, id. it. utrinque.
Ὁποτέρωθεν, utra ex parte, uel utralibet ex parte.
II. Ἀμφοτέρωθι, utrobique. 323
Ἑκατέρωθι, id. it. in alterutra parte.
Ἐπάνωθι, supra. Ἑτέρωθι, alibi, alio in loco.
Ποτέρωθι, utra in parte, utro in loco.
III. Ἀμφοτέρωσε, in utramque partem. 324
Ἑκατέρωσε, id. it. in alterutram partem.
Ἑτέρωσε, aliò, alteram in partem.
Ποτέρωσε, & ὁποτέρωσε, utra in parte, & utram in partem.
Προτέρωσε, & ἐπιπροτέρωσε, longius ante se, ulterius.
Οὐδετέρωσε, & μηδετέρωσε, neutram in partem, neutrò.

CAPUT XII.

EA, quæ de οἷος, & ὅσος §. 159. promisimus, hîc ordine jam sequuntur. 325
I. Οἷος, citra interrog. qualis. 326
ποῖος; qualis? interrogativè.
Ὁ ποῖος, poët. ὁπποῖος, qualis.
ποιός (oxytonum) vel potius ὁ ποιός, & ποιός τις, certa qualitate præditus, cujusdammodi.
Τοῖος, talis hujusmodi.
Ab οἷος, & Jon. κοῖος conjecto esse Lat. *hujus*, & *cujus*. Conf. & *ejus* ab ἑός ex §. 139.

II. Ὅσος,

327 II. Ὅσος, poët. ὅσσος, & ὁσσάτιος, quantus, citra interrog.
Κόσος; interrog. apud Jones, communiter autem
πόσος; quantus? & πόστος; quotus?
Ὁ πόσος, poët. ὁππόσος, & Jon. ὁ κόσος, quantus.
ποσὸς, aliquantus, certæ cujusdam quantitatis.
Τόσος, poët. τόσσος, & τοσσάτιος, vel τοσσάσιος, tantus.

328 Ὅσος per metath. convertitur in σόος, poët. σάος, contr. σῶς, integer, perfectus, it. salvus, incolumis, sospes.

329 A πόσος; fit quidem Lat. *quotus*, & ex eo consequenter *totus* (Ital. *tutto*, Hisp. *todo*, Gall. *tout*) unde *quot* & *tot*: *Quanti* autem & *tanti* etymologia dispalescet in §. sequente.

330 III. Εἰς, ἔντος, Æol. pro ὤν, ὄντος, οὖσα, ὄν, mediante consuetâ tenuium prosthesi, abiit in

Πᾶς, * πᾶσα, πᾶν, i. omnis. A cujus casu patrio παντὸς est Lat. *quantus* (Ital. *quanto*, & corruptè *chente*, Hisp. *quanto*, Gall. *quant*, Belg. *gants*, & *gantsch*, Germ. *gantz*, i. integer) cui, quod amissum apud Græcos, respondet eorundem *tantus*.

Tantum & *quantum* post contraxêre Grammatici in *tam* & *quam*, Hisp. *quan* & *tan*, in *quanbien* & *tambien*, *tampoco*, it. *quamaño*, & *tamaño*, *tamañico*, seu *tamañito*, unde Ital. *tamanto*.

* Ita ab ἀολλήεις, εντος, pro ἀολλής, confertus, densus, est ἀλλᾶς, ᾶντος, ὁ, farciminis genus.

331 Πάντα itidem non solùm mutatum fuit in πέντε (quod e in Princ. Phil. nostro; & §. 194.) unde Lat. *quinque*, & hinc *quinctus*, ex quo iterum fluit *cunctus*: *Cuncti* enim dicuntur simul omnes; ut cum apud Sueton. quidam Vespasianum laudibus efferrent: assensêre *cuncti*, nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt.

Sed & in κόντα, quæ vox terminatio facta est numerorum græcorum, ut: Τριάκοντα, sicut exinde Lat. *ginta*, in *triginta*, *&c.* usque ad centum, quem numerum Homerus circumscribit δέκα πάντα in hoc versu:

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα.

id est:

Auri autem appendens Ulysses decem tota talenta.

332 Nec non in τόντα, unde probabile fit, Græcos olim dixisse pro δέκα πάντα, δεκατόντα, pòst (δ abjecto) ἑκατόντα, & per apoc. ἑκατὸν, Lat. *centum*, Ital. *cento*, Hisp. *ciento*, Gall. *cent*. Adhuc etenim dicimus: Ἑκατονταέτης, centenarius. Ἑκατοντακάρανος, qui centum habet capita. Ἑκατοντάχους, centies auctum sese in horreum refundens, &c.

333 IV. Ab ὅλος, totus, sunt:

1. Ὁλικὸς, totalis, universalis, unde nobis Lat. *longus*, * Ital. *lungo*, Hisp. *luengo*, Gall. & Angl. *long*, Belg. *langh*, Germ. *lang*. Vid. & §. 187.

2. Ἡλίκος, quantus, cujus derivata sunt:

Ἡλικία, statura, it. juvenum multitudo.

Ἧλιξ, coëtaneus, pro quo ἄλιξ, coævus; & ex hoc Ἀλίγκιος, similis. Nec non Lat. *lixa*, i. qui exercitum sequitur, quæstus gratiâ.

Πηλίκος; quantus? interrogativa particula de quantitate continua; uti πόσος; de discreta:

Τηλίκος, tantus.

* Eadem epenthesis occurrit in

(1) *Lentus*, ab ἑλετὸς, qui capi, seu prehendi potest.

(2) *Junctus*, à ζευκτὸς, conjugatus, vel qui jungi potest.

(3) *Trunco*, cum Voss. à τρύχω, attero, absumo, vid. & *truncus* §. 168.

(4) Sic Hispani *ronco*, dicunt ab Ital. *roco*, ex Lat. *raucus*, Gall. *enroüé*, Germ. *rauh*.

Metathesin autem similem, quâ Græcorum ολ in Lat. *lo* mutatur, habes in

ὄλυρα,

ὄλυρα, species seminis mediæ inter frumentum, & hordeum naturæ, affinis zeæ, unde Lat. *lora*, & Germ. *laur*.

V. Ab ἄλλος juxta §.162. est Lat. *alis*, unde per tenuium prosthesin *qualis* & *talis*, 334
(Ital. *tale e quale*, Hisp. *tal y qual*, Gall. *tel quel*) unde prov. *qualis vir*, *talis oratio*.

Ab *alis* & *quis* Latini fecere *aliquis*, *aliqua*, *aliquod* & *aliquid*, unde Ital. *qualche*, Hisp. *algo*, Gall. *quelque*, Angl. *eache*, & *which*, * Belg. *elck*, & *welck*, Germ. *welcher*, *welche*, *welches*, qui, quæ, quod: cujus redditivum est eorundem *solcher*, Belg. *solck*, sive *sulck*, Angl. *such*, * i. talis, ab ὁλικὸς, totalis, ex anteced. §.

* *Each*, *which*, & *such* liquidam abjiciunt, quod & aliis usu venit, v.g. Italis, qui pro *glote* dicunt *ghiote*, ex quo Germ. *göte*, i. susceptrix, seu parens lustrica, it. (2) Hispanis, qui *otro*, pro altro: & (3) Gallis, qui *sauver*, & hinc Angli *to save* dicunt pro *salvare*. it. à κόλαβος, verticillus citharæ, est Lat. *clavus*, Ital. *chiovo*, & *chiodo*, Hisp. *clavo*, Gall. *cloud*, & *clou*, pro eod. unde Germ. *gluff*, & *guff*, i. acicula, apud Dasypod. Cujus quidem glossæ exemplum præ cæteris notabile præbet historia Cæsaris, qui cum dimicaret in Gallia, & ab hoste raptus equo ejus portaretur armatus, occurrit (Helvetus seu Germanus) quidam de hostibus, qui eum nosset, & insultans ait. *Geb gehossen* (pro *gehn gelossen*) *Cæsar*, quod horum linguâ dimitte, seu missum fac Cæsarem significat, & ita factum est, ut dimitteretur. Ipse verò linguæ ignarus ægrè perceptam vocem in ephemeride sua, ubi propriam commemorat felicitatem, notavit: CECOS CÆSAR. Conf. quæ ad §.35. it. §.69. 6.

Ab ἄλλος autem mediante præpositione est ἄπαλλος, alius post alium, unde nobis 335
Homericum πολλὸς, ex quo §.161. πολὺς, i. multus, cum suis derivatis de quibus suo loco.

CAPVT XIII.

Ἄλλος esse Lat. *ollus*, unde *olim*, §.155. ostensum fuit: jam à πολλά, qs. ἤδη ἐκ πολλοῦ, 336
i. jam diu, est

πάλα, pro quo in usu πάλαι, olim, quondam, §.160. it. ἔκπαλαι, & πρόπαλαι, jam olim, vel jam dudum, jam pridem. It. δεκάπαλαι, vetustissimis temporibus. Conf. §. 194. & 199.

A πάλα, & πάλαι iterum fiunt per aphæresin 337

λα, & λαι,

particulæ per se nihil significantes, quæ verò significatum in compositione augent.

Cum particula λα componuntur: 1. Λάθυρος, cicercula, genus leguminis, & 338
λαθυρὶς, ejus dim. herba quædam, nobis sunt à λάθουρος, i. multum impetuosus; quomodo etiam ὀξὺς, herbæ nomen fit. Conf. πολύθουρος, §.179. Pythagorici ideò fabas, & cicerculas aversati sunt, quia falsò eas credidêre τῆς λύθης paronyma.

Cæterùm fuit *Lathurus* cognomentum octavi, & decimi Ptolomæi, Ægypti regum.

2. Λάσαυρος, insigniter mutoniatus, salax, it. hirsutus, seu hispidus ea parte, quæ σαῦρος dicitur.

3. Λάβρος, nimium vorax, accipitur plerunque pro avidus, & qui hiante ore ingerere in ventrem omnia cupit. Et τὸ λάβρον, ejusmodi est aviditas hiante ore omnia devorandi. Hinc Lat. *labrum*, & exinde *labium*, Ital. *labbro*, Hisp. *labio*, & *labrio*, Gall. *levre*, Angl. *a lip*, Belg. & Germ. *lippe*. Λάβρον στόμα, exp. procax. A λάβρος verò per sync. fit λάρος, Lat. *larus*, avis vorax.

4. Λάρυγξ, υγγος, ὁ, guttur, colli pars anterior, probabiliter fit à λα & ῥύγχος, τὸ, rostrum, rictus.

5. A λάγονος, semine prolifico turgens, non solùm est λάγανον, placentæ genus; sed

sed & λάγνος, & λάγνης, libidinosus, lascivus, salax, effusus, & præceps in Venerem. Imò & λαγὼν, όνος, ἡ, ilia, lateris cavitas laxior, & exossis inter costas & coxendicem: Unde λαγαρὸς, ῦ, ὁ, laxus, mollis, vacuus, &c. & hinc Lat. *largus*, Ital. & Hisp. *largo*, Gall. & Angl. *large*.

6. Ex λα & εὐρὺς, latus, rectè componitur λαῦρος, latus, multus, copiosus; unde Lat. *laurus*, sc. arbor, Ital. *lauro*, & *alloro*, Hisp. *laurel*, Gall. *laurier*, Angl. *a laurel*, Belg. *LauWerboom*, Germ. *lorbeerbaum*.

7. Ex λα & ῥέων, mediante epenth. componitur λαδρέων, impetuosè & rapidè fluens, unde *Ladron*, corrupt. *Lodron*, fluvij & lacus in Italiæ confinijs nomen. Alius est *Lodrin*, Dalmatiæ fluvius, qui Ptolomeo *Drilon*.

339 Non tamen quælibet voces à λα incipientes agnoscunt hanc compositionem; Nam

1. Λαμυρὸς, ῦ, ὁ, sive λάμυρος, ῦ, ὁ, disertus, lepidus, facetus, it. scurrilis, procax, impudenter loquax, it. lacus & mare; non est ex λα & μύρω, sed ab ἁλιμυρὴς, i. in mare cum sonitu quodam aut fremitu fluens, unde & Lat. *Lemures*. Item *Limyra*, λίμυρα, Lyciæ fluvius, cum oppido ejusdem nominis.

2. Λαθήβης, ῦ, ὁ, Iuventæ oblitus, seu immemor, de grandævo, cui in extrema senecta juventæ nulla memoria superest, *Thebes* & *Thebarum* ab Ogyge conditarum etymon, componitur ex ἔλαθον, aor. 2. verbi λήθω, & ἥβη, juventus.

340 Similiter cum altera particula componuntur:

1. Λαίσκαπρος à λαι & κάπρος, pleonasmo τῦ σ, perditè & impudenter libidinosus, unde per metathesin.

Λαίψαρος, pro quo in usu λαιψηρὸς, vel λ abjecto αἰψηρὸς, & per aph. ψαρὸς, mobilis, agilis, celer, velox, it. varius, cinerei coloris. Ex quo alij iterum fecêre βάσαρος, vulpes, & βασσάρα, meretrix. Nec non ψάρος, & ψὰρ, salacis avis nomen, itidem variis distinctæ maculis, quæ Latinis olim vocabatur *passeris*, postea *passer*, hodie Italis *passera*, & *passerotto*, Hisp. *paxaro*, *pardal*, *paxarillo*, & *paxarico*, Gall. *passerat*, & *passereau*, Angl. *parrat*, & *parrot*, i. psittacus, cujus dim. est *paraqueto*, psittacus minor, Hisp. *perroquete*, Gall. *perroquet*.

2. Λαικάζω, decipio, it. scortor, componitur ex hac part. λαι, & κάζω, orno, instruo.

341 Originem hinc ducit Lat. *la*, in

1. *Lacryma* (Ital. *lacrima*, & cum Hisp. *lagrima*, Gall. *larme*) à λα nempe & κρύμα, seu κρυμὸς, frigus, cujus origo infra enucleabitur.

2. *Lacertus*, & *lacerta*, quæ Græcis σαῦρος, & σαῦρα, unde Ital. *sauro*, & *saura*, unius quasi ejusdemque sunt originis: Græca etenim abjecto κ, * sunt à σκαῦρος, *scaurus*, verbi σκαίρω, saltito; Latina verò abjecto σ à λασκάρτης, idem quod πολύσκαρθμος, multum agilis in saltu. A Lat. *lacertus* est Ital. *lacerto*; ab illorum *lacerta* autem fit horum *lucertola*, Hisp. *lagarto*, & *lagartija*, Gall. *lezard*, sive *laisard*, & *laisarde* seu *lezarde*, Angl. *a lizard*. Λάσκαρος etiam & λασκαρὶς olim apud Græcos usitata fuisse vocabula testatur Illustrium *Lascarorum* ex historia notum nomen & familia.

* Sic διςατικὸς dic. pro διςακτικὸς, dubitativus, discretivus. Item

(2) Ἀπύρετος, pro ἀπύρεκτος, febre carens.

(3) A βύκτης §. 64. opinor esse Lat. *buteo*.

(4) Ab ἀλίκτυπος, marisonus, it. mari, seu undis marinis resonans, est Lat. *lituus*, unde Ital. *liuto*, *leuto*, Gall. *lut*, Angl. *a lute*, Belg. *een luyte*, Germ. *eine laute*, i. testudo. Contra dicitur metri causâ ἄλυκτος, pro ἄλυτος, in ἀλυκτοπέδη, i. vinculum indissolubile. Conf. ἀτάρμυκτον pro ἀτάρβητον, §. 179.

(5) A κρόκος, avena, genus frumentaceum, est Ital. obsol. *roggo*, cujus dim. adhuc apud Insubres dic. *roggiolo*, Angl. *reye*, usitatius *rye*, Belg. *rogge*, Germ. *rocke*, & *roggen*, secale, & al. siligo. Dicitur & κρόκον, ovi luteum & vi-

& vitellus, unde Germ. *roggen*, Belg. *roghe*, seu *rogher*, i. ova piscium. Conf. & Germ. *jener* à κεῖνος, §.135.

(6) Similiter fit à κρίκος, Angl. *ring*, Belg. & Germ. *rinck*, i. annulus, it. forum in quibusdam locis: Illud autem per metath. dic. pro κίρκος, unde Lat. *circus*, & *circulus*, Ital. *circolo*, & *cerchio*, Hisp. *circulo*, it. *cerco*, & *cercillo*, Gall. *cercle*, Angl. *a circle*, Belg. *een circkel*, Germ. *ein zirckel*, & *bezirck*.

(7) A σφαῦρα, §.75. est σφύρα, malleus, à cujus cognati σφυρὸν, i. malleolus pedis, it. totus pes cum crure, plurali σφυρὰ, τὰ, est Lat. *sura*. Hujus comp. εὔσφυρος vid. §.63.

Λα & λαι apud Latinos, Græcosque fortasse convertuntur in *al*, & *ali*, ut: 342.

1. *Alacris*, & *alacer*, à λα * & ἄκρος, summus, altus, it. excellens, præstans, &c.

2. *Alicaria*, à λαικάστρια, ** meretrix, prostibulum, verbi λαικάζω, in §.340.

3. Λα & ἠχέω, sono, coalescit in ληκέω, Dor. λακέω, sono, crepo, unde per metath. καλέω, voco, accerso, imploro, nomino.

* Sic Lat. *elatus*, per similem metath. convertitur in *altus*, Ital. & Hisp. *alto*, Gall. non ita pridem *hault*, nunc *haut*, Angl. *high*, Belg. *hoo*, & *hoogh*, Germ. *hoch*.

(2) Hispanicæ, atque etiam Italicæ dialecti proprium est, articulum *la* convertere in *al*, v. g. *la chimia*, in Ital. *alchimia*, Hisp. *alquimia*, Gall. *alquimie*, sive *arquimie*, Angl. *alkumy*, Belg. *alcumye*, & *alkemye*, Germ. *alchimey*. Sic Hisp. *la quebra*, i. fractio, convertitur in *algebra*, Ital. *alghebra*, Gall. *algebre*, Anglis cum cæteris Septentrionalibus *algebra*: Debemus autem hujus generis numeros Hispanis, qui fractos vocant *quebrados*. plura hac de re in Princ. Phil. n. p. 73.

(3) Apud Italos contra ex *alido*, pro *arido* fit *laido*, unde Hisp. *deslayado*, Gall. *laid*, Belg. *leelig*, Germ. *leidig*, cui alludit Græc. ἀλλοειδὴς, aliam formam habens quam antea, formam mutatam habens.

Sic Gall. *lapin*, nisi malis à Græc. ἐλαφίνης, i. hinnulus cervinus, videtur esse ab *alpinus* sc. cuniculus; idem dic. & *lapereau*, unde Belg. *lampraes*, & *lampreel*, tanquam à lepore.

** Sic ἄχριος dicitur pro ἄχριστος, non unctus.

(2) Et ab ἄχρηστος, inutilis, incommodus, per metath. fit ἄχερδος, spina quædam, it. pirus sylvestris, unde post Græc. ἀχρὰς, άδος, ἡ, pirus sylvestris, quam quidam pirastram vocant. Et δ ejecto, Lat. adject. *aceris*, unde *acer*, & *acris*, Ital. *agro*, Hisp. *agro*, & *agrio*, Gall. *aigre*, Angl. *eager*. Et substant. *aceris*, & *acer*, *eris*, Ital. *acero*, Hisp. *azre*, & *asre*, arbor quædam. Conf. ἀετὸς ab ἄδετος, ex §.238.

(3) Sic βραβεὺς, certaminis judex, arbiter & moderator, est à πρεσβεὺς, senex, sacerdos, princeps, it. legatus, it. mediator, intercessor: Et hujus deriv. πρεσβεῖον, honorarium, quo aliquis honoratur, veluti major natu, aut tempore prior in aliqua re, est ipsissimum βραβεῖον, victoriæ præmium, it. sceptrum regium. Conf. & πρέσβυς ex §.164.

(4) Similiter apud Latinos in versu illo Enniano, in Cic. 1. Offic. Erasmus Roterod. Chiliad. 4. cent. 7. legit pro dispari, *dipari*, v. g.

O Domus Anti, quam dispari domino dominaris.

(5) Ita *Treviri* olim erant *Tresviri*, quorum fit mentio apud Plaut. in Asin. *Iam ex hoc loco ibo ego ad Tresviros*. It. in Aulul. *Ad Tresviros jam ego deferam tuum nomen*. Conf. *ast*, *at*, §.96.

(6) *Brama* dicunt Itali à Græc. βράσμα, ebullitio, fervor, it. agitatio, velut aquæ bullientis. Et (7) *Lama* ab ἔλασμα, i. lamina ductilis, unde Hisp. quoque *lama*, Gall. *lame*. Ab ejus cognato ἐλαμένη autem recte fit Lat. Ital. & Hisp. *lamina*, quod e leg. Voss.

343 Ἄλλος duplicatur in ἀλλήλος, ex quo compon. ἐπάλληλος, alius super alium; & h. ἐπαλληλία, series continua, & sine intercessione, vicissitudo perpetua. Unde contrahitur παλία, i. secundus, aliis tertius olim nuptiarum dies, repotia; à cujus accus. παλίαν, pro κατὰ παλίαν natum est adv. λίαν, valde, admodum. Conf. SILOH, à πασίλεως, ex §.147. it. BEL à Babel. §.160. it. λα, λαι, à πάλα, πάλαι, §.337.

344 Ex adverbio: κατ' ἐπαλληλίαν autem fluit

Πάλιν, & πάλι,

iterum, denuo, rursus, it. viceversa, it. retro, retrorsum, it. è contrario, unde Hebr. BAL, i. non. Sic πάλιν ἐρέει, exp. contradicet, repugnabit. Hujus voculæ composita sunt:

Ἀνάπαλιν, è contrario, è diverso, it. viceversa.

Ἔκπαλιν; ex adversum.

Ἔμπαλιν, è contrario, contra, è diverso.

345 Alia composita ejus notabiliora sunt:

1. Παλίμβιος, redivivus, unde nobis Lat. *limbus*, sc. patrum, Ital. & Hisp. *limbo*, Gall. *limbe*. *Limbus* enim pro instita (Ital. *lembo*, Gall. *lambel*, & *lambeau*, Angl. & Belg. *lompe*, Germ. *lumpe*) est per epenth. à λοβὸς, §.75. vel à λῶμα, ατος, τὸ, fimbria, quod imæ vestis oræ assutum, vel attextum est. Vid. & §. 179. 12. Ubi *limbus* per antistoech. abit in *nimbus*; sicut à *libra*, seu *libella* Itali dicunt *livello*, & *nivello*, Hisp. *nivel*, Gall. *niveau*, Angl. *level*, & *leavell*.

2. A παλίμβαμος, Dor. pro παλίμβημος, retrogradus, reciprocus; ὅδος παλίμβαμος, ἡ πάλιν βαίνετα καὶ πορευομένη, est itus reditusque manuum, & textorij instrumenti, quo mulieres in texendis telis utuntur, quodque *navis* (Italis *navicella*) quibusdam in locis vocatur, est Græc. λέμβος, Lat. *lembus*, Ital. *lemba*, i. parvum navigium.

3. A παλίμπους, pedem reflectens, retrogradus, est Lat. *palumbis*, unde *palumbes*, Ital. *palombo*, Hisp. *palomo*, *paloma*, Belg. *valm-duyve*. Ab eodem dicitur per aph. piscis quidam *lumpus*, qui Hisp. *palomo*, *palometa*, & *palomida*, Angl. *a lumpfish*.

4. A παλίμπαις, iterum puer, repuerascens senex, est Ital. *falimbello*, seu *fallimbello*, & *falimbelluzzo*. Ubi Galli qs. in eod. sensu dicunt *lambin*, Angl. *lumpish*, Belg. *lome*, Germ. *limmel*, pro homine inepto: Verum *lambin* puto esse ab Hisp. *oveja lampiña*, unde & Angl. *a lamb*, Belg. *lamb*, & *lam*, Germ. *lamb*, i. agnus. Conf. *scipa* ex §.75. Angl. *lumpish* autem ab *elumbis*, de quo s. l. Belg. *lome*, & *limmel* denique à *Columella*, quando servum majorem notat in familia.

346 Πάλι per aphæresin iterum abit in λι, unde componuntur:

1. Λιπαρὴς (à λι & πάρειμι, adsum) assiduus, sedulus.

2. Λιπόνηρος, eximiè improbus, insigniter nequam.

3. Λιάμαθος, valde rudis, agrestis, it. admodum arenosus, unde *Limmat*, Helvetiæ prope Tigurum fluvio, quem lacus ibi emittit, nomen. Idem Dasypodio vocatur *Limachus*, seu *Limagus*, it. *Limacha*, seu *Limaha*, Germ. *die Limagd*, seu *Limagt*.



CA

CAPUT XIV.

Ὅρος, ου, ὁ, terminus, limes, finis regionis alicujus, vel agri, it. meta, ſcopus in aliqua re propoſitus, & in genere omne extremum ambiens, it. modus & regula, & quaſi præſcriptum actiones temperans, it. finis, i. finitio, ſeu definitio, it. index rei obnoxiæ, ſignum rei oppignoratæ, &c. κατ' ἀντιστοιχίαν nobis originem ducit ab 347
Ὅλος, *
eo nimirum ſenſu, quo ſummam, vel univerſitatem rerum deſignat, §.148.

* Ab ἴος, i. ſolus, §. 141. declaravimus factum eſſe ὄιος, itid. ſolus, & hinc ὅλος, totus; unde mediante articulo poëtico θόλος, ου, ὁ, *tholus* Belg. & Germ. *ſtolle*, i. cuniculus metallicus; à θόλος, ἡ, autem eſt Belg. *dele*, & Germ. *dehl*, i. area. Et ab ὅλος jam in hac ipſa theſi, mutatâ liquidâ, ὅρος, terminus, &c. mutato verò ſpiritu ὄρος, & ὄῤῥος, i. linea illa, quæ ſcrotum medium interſecans per taurum uſque ad anum tendit, it. ſacri oſſis extremum.

Per eundem alveum (quod hîc exempli gratiâ adducitur) ab ἰὸς, miſſile, it. venenum, fluxit inuſitatum ὀιὸς, & exinde ὀλὸς, atramentum ſepiæ, unde Græc. ὀλέω, amitto, perdo, & Lat. *oleo*, *oletum*, *oletare*, & hinc (juxta §.342. *ole* in *loe*, ſeu *lae* mutato) *lætari*, *lætatus*, per ſync. *lætus*, Ital. *lieto*, cujus prior & propria notio eſt de rebus naturalibus; poſterior de moralibus. Item accedente articulo, θολὸς, fuſcus & turbidus humor, quem ſepiæ emittunt, unde θολόω, infuſco, inquino, &c. commutatâ verò liquidâ, ὀρὸς, eademque duplicata ὀῤῥὸς, ſerum lactis, diciturque de aliis etiam, ut apud Plat. in Tim. ἰχὼρ, ὁ αἵματος ὀῤῥὸς, it. de pice, &c. unde ab ὀρέω, in ſerum converto, derivamus Lat. *areo*, & *area*: Ab ὀῤῥόω autem ipſorum *horreo*, & *horreum*.

Ὀρὸς Jones efferunt ὐρὸς, unde §. 41. Lat. *virus*, quod κυρίως de ſanguine purpuræ dicitur; deinde genituram ſeu humorem ſignificat, qui è genitalibus fluit: denique pro veneno, & odore ſæpius tetro, rarò ſuavi ſumitur. Huic ſi præfixeris articulum fiet θορὸς, i. piſcium ſemen, ſeu virus genitale, quo piſces ova ſpargunt.

Et quamvis exemplum hoc abunde ſufficere poſſet, addam nihilominus majoris evidentiæ, & inductionis ergo adhuc quædam alia, in quibus liquidarum λ & ρ commutatio locum habet, ut:

(1) Κολωνὸς, & κολώνη, tumulus, collis, locus editus, nobis mutatur in κορωνὸς, elatus, altus, cervicem in altum attollens: Et hinc κορώνη, Lat. *corona* (Ital. & Hiſp. *corona*, Gall. *couronne*, Angl. *a crown*, Belg. *Kroone*, Germ. *Cron*) it. *cornix*, quod diminutivè dic. à κορώνη, ſicuti à furnus, *fornax*, & *fornix*, §. 75. Itali hinc habent *cornice*, Hiſp. *cornija*, & *cornixal*, Gall. *cornice*, & *corniche*, quæ Latinis vocantur *coronæ*, & *coronides*: cùm cornix ſumatur ipſis ſolum pro ave, quæ Italis etiamnum *cornice*, & (à Lat. dim. *cornicula*) *cornacchia*, Hiſp. *corneja*, Gall. *corneille*, it. metaph. pro marculo ferreo.

(2) Sic σιγηλὸς dicitur & σιγηρὸς, tacitus.
Σιωπηλὸς, & σιωπηρὸς, taciturnus.
Στυφελὸς, στυφλὸς, & στυφρὸς, durus, rigidus, calloſus.
Τροχαλὸς, & τροχερὸς, currens, citus, volubilis.
Αἰσχυντηλὸς, & αἰσχυντηρὸς, pudibundus.

(3) Pro ἕδρα Lacones dicunt ἕλλα, ab hoc eſt Lat. & Ital. *ſella*, Hiſp. *ſilla*, & dim. *ſillita*, Gall. *ſelle*: Et ab illo *ſedda*, à cujus dim. *ſedula* eſt Germ. *ſiedel*, quod idem, & Angl. *ſaddle*, unde Belg. *ſadel*, & Germ. *ſattel*, ephippium.

Ab Hisp. *sillita* autem Ital. *slitta*, Angl. *sled*, & *sleede*, Belg. *sledde*, *slidde*, Germ. *schlitte*, i. traha.

(4) Et Latini *cœruleus* amant dicere pro *cœluleus*, it. *Parilia* pro *palilia*, quode leg. Voss. in Chorus.

(5) Ita Itali *sembrare* dicunt pro *similare*, unde Gall. *sembler*, Angl. *to simper*, pro renidere, unde iterum Belg. *schemeren*, & Germ. *schimmern*, i. micare, coruscare.

348 Ab ὄρος est ὁράω, video, cerno, & exinde ὁρατὸς, qui videri potest, seu cerni, sub aspectum cadens, unde Lat. non solum *orior*, & *ortus*; nisi malis ab ἐυροῶ, ex §. 61. Sed & *hortus*, Ital. *horto*; Hisp. *huerta*, *guerta*, & *guerto*, Germ. *garte*: Ab ὁρατὸς autem immediatè est Belg. *oort*, *oord*, Germ. *ort*, locus.

349 Ab ὁρατὸς per consuetam tenuium prosthesin oriuntur

Πέρας, ατος, τὸ, finis, terminus. Et

Τέρας, ατος, τὸ, signum, it. portentum, Medicis monstrum; unde nisi malis ab ἀντιπρέτης, i. adversarius, Aristotelis Τάρανδος, animal apud Scythas bovis magnitudine, Lat. *tarandus*, Angl. *a runt*, Belg. *rund*, & cum Germ. *rind*, bos.

350 Πέρας pro κατὰ πέρας, expon. quoque adverbialiter: tandem, ad extremum, denique. Et ex hoc more Attico vel Dorico (sicut ἔμπαν, & ἔμπα ab ἔμπας) fluit

Πέραν (Hebr. BERAM, i. sed) Jon. πέρην, & πέρα, ultra, ultra modum it. supra, it. præter, ut: πέρα τῦ μέτρυ, præter modum.

Τὰ πέραν, i. quæ sunt in adversa parte, abiit in *Taprevan*, post *Tapreban*, & *Taprobana*, sc. insula, cujus metropolis *Vlipada*, vid. §. 31.

Pro περαῖα, sc. γῆ, vel χῶρα, terra vel regio ulterior, dic. Jonicè περαίη, terra quæ est ultra mare, unde nobis Americanorum *Peruvia*, vulgò *Perù*. Hebræi hinc vocant PARVAIIM locum, ubi auri præstantissimi copia. Vid. & quæ Horn. hac de re affert in Orb. Pol. p. 88.

351 Græci hinc formavere φρα in

Ὄφρα, ut, quo, it. donec, quoad, usquedum, it. interdum, it. ἐὰν, si, etiamsi, quatenus, quousque.

Τέφρα, tunc, interim, interea. Latini autem *pra* & *fra*, in *supra* & *infra*; Ital. *sopra*, *sovra* & *sor*, Hisp. *sobre*, Gall. *sur*, & Angl. *sur* in compositis, ut: Ital. *sopranome* contrah. in *sornome*, Hisp. *sobrenombre*, Gall. *surnom*, Angl. *surname*. Sic ab Ital. *soprabenda*, Galli dic. *surbande*, corruptè *ruband*, & *ruban*, Angl. *ribbon*, Belg. *ryghband*, i. vitta, tænia, fascia: quibus alludit Germ. *rudenband*, i. melium, apud Dasypod.

352 Ad eundem modum & τέρας abiit in τέρα, & τέραν (Hebr. THÆRÆM, i. ante) unde Lat. *trans* & *tra*, tam præponendo illud in *translatio* & *tralatio*, unde Ital. *tralcio*, i. palmes, nisi malis cum Cl. Ferrario à *traduce*, verbi *trado* pro *transdo*: quàm postponendo, ut: *intra*, *extra*, *contra*, *citra* & *ultra*; Ital. *oltra* & *oltre*, Gall. *outre*, Angl. *out*, Belg. *uyt*, Germ. *aus*. Sic à Lat. *contra*, Itali dic. *contra* & *contro*, Hisp. *contra*, Gall. *contre*, idemque valet quod *avers*, undè Germ. *aber*; & ab illo *sondern*, i. sed, autem.

Est præterea à Lat. *trans*, Ital. & Hisp. *trans*, *tran*, & *tra*, unde Angl. *trough*, Belg. *door*, seu *deur*, & Germ. *durch*, olim *thuruh*, apud Goldast. idemque significat quod *per* & *trans*, ut:

1. *Transglutire* ab Italis effertur *tranghiottire*, & corruptius, *trangucchiare*, & *trincare*, unde Hisp. *tragar*, Gall. *trinquer*, Angl. *to drinck*, Belg. *drincken*, & Germ. *trincken* (cujus præt. adhuc est: *ich tranck*, supinum seu particip. *getruncken*) id est, bibere.

2. Ab obsol. *transtollere*, unde adhuc *transtuli*, & *translatum*, est Ital. *trastullare*, cujus verbale *trastullo* dic. pro *trastullamento*: *Translatum* autem veteres per aph. efferebant *stlatum*, * & *sclatum*, unde pòst Ital. *schiatto*, *schietto*, Angl. *slight*, Belg. *slicht*, *slecht*, Germ. *schlecht*, i. simplex, vulgaris, vilis, &c. it. Ital. *schiatta*, Belg. ghe-

gheslacht, Germ. *geschlecht*, i. genus & familia. In cujus rei fidem Vossij, & quem ibi adducit Steph. Pighij verba huc apponam: *Translatitius eleganter ponitur pro vulgari*, it. *Translatum vocatur infima ludionum turba*. Idque pluribus ibi stipatur exemplis.

* Latini & pro *lata* sc. navis, dixerunt *stlata*. Sic *stlis*, *stlocus*, à *lis*, *locus*: *stlembus* autem ab *elumbis*, seu *elumbus* pro *elumbatus* dicitur: Ita *stloppus*, unde *scloppus*, & *scloppetum*, Ital. *schioppo*, ab obsoleto quidem *loppus*, quod ex ὀλοόφωνος, i. voce sua lædens, voce molestus, contrahitur.

3. A *transvebo* fit *travebo*, & hinc Vossio *trabo*, unde *tracto*, Ital. *trahere*, *traere*, *trarre*, *tirare*, & *trattare*, Hisp. *traher*, *traer*, *tirar*, & *tratar*, Gall. *traire*, *tirer*, & *traiter*, Angl. *to draw*, & *to drag*, Belg. *draghen*, *trecken*, & *trachten*, Germ. *tragen*, & *trachten*.

4. A *trans* & *valicare*, §. 69. pro velificare, fit Ital. *travalicare*, & h. *trauagliare*, Hisp. *trabajar*, Gall. *travailler*, Angl. *to travel*, & *traveller*, i. viator.

5. *Transfretatio* Latinorum per aphær. abit in Ital. *fretta*, i. properatio.

6. Ab Angl. *trough-fare* est Belg. *deur-vaerd*, & Germ. *durchfahrt*, i. via pervia, transitus.

Haud absimili modo ab ἴλος, §. 147. factum est ἰλάω, & exinde ἱλατὸς, argum. compositi ἐυίλατος, propitius, unde modo jam dicto 353

Πέλας, ατος, τὸ, cujus compos. habemus ἐρυσίπελας (ex cujus medio ρυσιπ, est Hebr. RESCHEP, i. inflammatio maligna) Lat. *erysipelas*, Ital. *risipola risipula*, & *risipilla*, it. *disipola*, Hisp. *disipula*, & *erisipula*, Gall. *eresypele*, & *la rose*, Belg. *roose*, Germ. *rose*. Polluci vocatur ἐρυθροπέλας, ulceris genus, cum super inflammationem robur ulcus ambit, isque cum dolore procedit.

A simplici verò adhuc superest adverbialis accusativus πέλας, i. prope. In cujus vocis derivatis conscribendis prolixiores erimus D. d. alia vice.

Pro ὅρος, Jones dicunt οὖρος, ab illo est 354

1. Ὅριος, terminalis, ut: ὅριος θεὸς, it. ὅριος Ζεύς. Unde

2. Ὅριον, terminus, limes, finis alicujus rei; & exinde

3. Ῥίον, montis cacumen, it. promontorium.

Ὅριος vocibus adjunctum communis fit Græcorum terminatio in -ηριος. Latinorum verò in -*orius*, *arius*, *erius*, & *urius*, v. gr. 355

1. Ἐξιτήριος, ut: ἐξιτήριος λόγος, oratio quæ habetur in digressu alicujus, it. *Exitiria* festa erant apud Græcos, in quibus primitiæ frugum Diis offerebantur.

2. Εἰσιτήριος λόγος, oratio quæ habetur in alicujus ingressu, & qua ille velut accipitur & salutatur.

Εἰσιτήρια (unde nobis Lat. *Citeria*) dies ejus festi, in quo magistratus omnes accedunt, ut scribit Suidas. Alii sacra fuisse tradunt, quæ Jovi Βυλαίῳ fierent, cum Senatores judicium ingressuri essent, it. sacra, quæ initio anni fiebant, ut felix totius anni auspicium foret. Dem. de fals. legat.

3. Ita quoque comparatum est, quod Medicis litem movit, in Amalth. Castello-Brun. Ἀλεξητήριος, remedium præstans: quodque Latini originaria terminatione reddunt: *defensorius*, *depulsorius*, *propulsatorius*, *&c.*

4. A *refectorius* dicitur *refectorium* sc. conclave, ubi religiosi comedere solent, Ital. *refettorio*, Hisp. *refetorio*, seu *rifetorio*, Gall. *refectoire*, Belg. & Germ. *refenter*, & *rester*.

5. *Apparitorius* sc. minister, corruptum fuit in *baroderius*, ita in Statut. Patavin. fol. primo. Unde pòst Ital. *berroviere*, quode plura apud Ferrar.

6. Sic *Ianuarius*, & *Februarius* dicuntur, quod sint Gentilium Deorum *Iani* scil. & *Februi*, vel eorund. sacrorum terminus, limes & mensis. Conf. & ex §. 226. Maij & Junii mensis appellationem.

7. Ita quoque *Pinarius*, Potitii minister in Sacris Herculis nomen habere dicitur ἀπὸ τῆς πείνης, i. à fame.

8. A *longus* vocatur *longurius*, qui perticâ est longior: Et à langa, *languria*; sic à solidus, *soldurius*, i. e. solidioris, seu strictioris amicitiæ cultor.

9. Ἀπὸ τῦ ἑτέρυ καὶ ὄρυ dicta est *Hetruria*, & exinde *Hetrusci* populi. Scribitur & *Æthruria* tanquam ab *Æthra*, Pitthei regis filia, à qua Rhodus olim *Æthrea*; Tasus, *Ætheria*; & Thuscia *Æthruria* fuit vocitata. Sic ex τῦ τράγυ ὑρία nomen accepit *Traguria*, urbs & Insula in mari Adriatico. It. *Manduria* Salentinorum oppidum; & *Mandurium* Apuliæ urbs: Car. Steph. p. 837.

10. A *dictum* est *dicterium*, cui proximè accedit Græc. δηκτήριος, i. mordendi vim habens, mordax. Pari modo à ψαλτὸς est ψαλτήριον, Lat. *psalterium*, Ital. *salterio*, Hisp. *psalterio*, Gall. *pseaultier*, & *pseautier*, Angl. *psaltery*, Germ. *psalter*. Vid. & quæ de his voc. Voss.

11. Sic Μοναςήριον idem est cum Lat. *monasterium*, Ital. *monasterio*, & *monastero*, Hisp. *monasterio*, Gall. *monastere*, Angl. *monastery*, Germ. *münster*, i. septum ubi homines solitarii degunt; quibus locus ubi sermones cædere licet, apud Dom. Magri vocatur *locutorium*, quod Itali reddunt *parlatorio*, Hisp. *locutorio*, & *libratorio de monjas*, Gall. *parloir*, Angl. *a prating-place*.

12. Πυριατήριον, locus in quo sudantes πυριῶνται, & Lat. *purgatorium* (Ital. *purgatorio*, & *purgatoro*, Hisp. *purgatorio*, Gall. *purgatoire*, Angl. *purgatory*) conjunguntur in Belg. *vaege-vyer*, & Germ. *fegfeur*, i. ignis purgatorius.

13. Ἀλεκτρυονοπωλητήριον vocatur locus ubi gallinæ venduntur.

14. Mons in mare prominens hinc dicitur *promontorium*: Et agrorum universitatem intra fines cujusque civitatis dixere *territorium*, unde Ital. *territorio*, Florent. *tenitorio*, & *tenitoro*, Hisp. *territorio*, Gall. *territoire*, & *terroir*, Angl. *a territory*, i. regio, ditio.

356 A *prope* & ὅριος Latini fecere *proprius*, Ital. & Hisp. *proprio*, & *propio*, Gall. *propre*, Angl. & Belg. *proper*. Præeuntibus Græcis qui ex ὑπέρ & ὅριος composuere ὑπερόριος, i. exterus, peregrinus.

357 Ab Jonico ὖρος autem (§. 354.) cujus plur. facit ὖροι & ὖρα, termini, limites, fluxisse arbitror sequentia.

1. Ur Chaldæorum, qua vallem significat; unde & pagus quidam Helveticus vocatur *Uri*. Item *Uri*, gens circa Pontum Euxinum, & Indum fluvium.

2. Οὐρά, ᾶς, ἡ, (Lat. *bura*, §. 43.) cauda, tribuitur omni animantium generi ratione carentium, avibus exceptis, quibus ὀῤῥοπύγιον peculiare est: per jocum de homine dicitur, it. in exercitu sic dicitur extremum agmen, it. *prora navis*, quæ & Græcis πρῷρα, tanquam à πρὸ ὐρά, velut à προθύελλα, *procella*: quamvis mallem derivare vocab. illud à πρῶρα, τὸ, pro πρότερα, i. anteriora. Conf. *sura*, §. 341.

3. Οὐρίαχος, ferrum quo ima hastilis pars crucis in modum præfixa est.

4. Εὐρή, ferramentum axi in id affixum, ut ne à rota atteratur, Germ. *ohrband*, plura in §. 44.

358 Composita, quæ ab ὖρος, & ὖρα fiunt, selectiora sunt:

1. Ἄρυρος, unde Lat. *ruris*, & h. *rus*. Ab ejus plur. ἄρυρα, τὰ, autem est Græc. ἄρυρα, ἡ, arata terra, arvum, seu ager. Οὖρος enim per metaplasm. facit. in plur. ὖρα, cum compositis, ut: ἐπίυρος, ἐπίυρα, i. interstitia, intervalla.

2. Τηλυρός, cujus termini procul sunt, longinquus, abit in Lat. *telluris*, unde *tellus*, i. terra, & terræ Dea; * Pænis *Tall*, apud Canin. Telluris medium autem convertitur in *meditullium*.

* *Tellus*, Terræ Dea, rerum omnium mater, & alumna à Romanis colebatur, quod infantes non prius vocem edant, quam terram attigerint. Conf. §. 2.

3. Ὅμυρος, conterminus, confinis, finitimus, fit Lat. *murus*, Ital. & Hisp. *muro*, Gall. *mur*, Belg. *muer*, Germ. *maur*.

4. Μύυρος autem, pro quo & μυυρίς, cujus extrema cauda in acutum desinit, sicut muribus, it. pulsus decurtatus aut mutilus, & decrescens, contrah. in Græc. μῦς,

μυός,

μυὸς, ὁ, Lat. *muris*, & h. *mus*, & *musculus*, Angl. *a mouse*, Belg. *muys*, Germ. *maus*, id.

5. A σκίουρος, cauda sibi umbram faciens, est Lat. *sciurus*, Ital. *schirato*, *schiriuolo*, *schirattolo*, & *scoiattolo*, Hisp. *esquilo*, Gall. *escureul* (unde & Angl. *squirrel*) & *escurieu*, sive *écureau*, vnde Belg. *eeckhoorn*, & h. Germ. *eich-horn*.

6. Ab αἴλουρος, catus, felis, it. piscis quidam, puto esse σίλουρος, piscis, qui & Latinis *silurus*: quâ verò catum notat, dicitur etiam *ælurus* apud Latinos.

CAPVT XV.

AB ἄλλα factum esse ἀλλά, supra §. 153. edoctus es, hîc ex eodem mutatis λλ in ρ surgit 359

Ἆρα; interrogans, an? utrum? ἆρα μή; nunquid? utrum? quod in consequentia sermonis ἀλλὰ μὴ dicitur, ejusdemque est valoris.

Ἄρα, non interrogans, tandem, it. utique, nempe, apud Poëtas aliquando dicitur ἄρ, & ῥά, vel ῥα, (encliticè & expletivè) certè. Nec non

Ἀρι, & quod hinc duco, ἐρι, vocibus præfixa significatum augent, ut: 360

1. Ῥαδινὸς (pro quo dic. etiam ῥαδανὸς, mollis, tener) gracilis, tenuis, it. agilis, celer, mobilis, unde Græc. ῥάδιος, facilis, proclivis, & Lat. *radius*. (Ital. *raggio*, & *razzo*, Hisp. *rayo*, Gall. *ray* & *rayon*, Angl. *a ray*: Belgæ autem & Germani ab Ital. *strale*, quod per aph. ducitur ab *astralis* sc. radius, suum formavêre illi quidem *straele*; hi verò *strahl*) est enim τοῦ ἄκοντος epitheton.

2. Pro ἀρι δεύω dicimus ἀρδεύω, & per sync. ἄρδω, irrigo, it. adaquo, aquatum duco, potum præbeo: Sic

3. Ex ἀρι θολόω, §. 347. fit ἀρδαλόω, inquino, conspurco; unde ἄρδαλος, qui mundè non vivit, it. substant. inquinamentum, pro quo per apoc. dicitur ἄρδα, idem: plura in §. 238.

4. Ἀρίδηλος (unde Lat. *ardelio*) vel ἐρίδηλος, & ἀριφραδὴς, valde manifestus, clarus.

5. Ἀρίζηλος, sive ἐρίζηλος, præclarus, illustris & valde æmulandus. Hinc nominata fuit *Hersilia*, Romuli uxor, quæ post obitum *Ora*, al. *Orta* dicta est.

6. Ἀριδείκετος, q. d. qui multum ostenditur, inclytus, nominis originem præbet Illustriss. Comitum ab *Hardeck* in Germania. Idem dicitur & ἐρικυδὴς, i. celebris admodum.

7. Ἐρίβρυχος, seu ἐριβρύχης, i. valde & qs. remugiens.

8. A Neptuni epitheto ἐρίκτυπος, magnos & vehementes edens sonitus, derivo Lat. *rutuba*, quando Liguriæ fluvium, hodie la *Rotta*, significat. Nec non quando in Mantissa Lex. Med. pro humore vel humido sumitur, ubi Arabicè vocatur RATAB, Hebr. RATOBH, in voc. humor.

Rutuba autem pro θόρυβῳ seu perturbatione, mallem derivare à Jovis Epith. βαρύκτυπος, graviter resonans, gravisonus.

9. Antecedentis cognatum synonymum ἀρίκτυπος amplius quidem non apparet, contractum etenim esse censeo (1) in ἄραδος, i. strepitus, seu crepitus eorum, qui inter sese colliduntur, it. cordis pulsus, post vehemens exercitium, unde ἀραδέω, turbo, commoveo, & conturbo, ex quo Lat. *ardeo*, Ital. *ardo*, *ardisco* (§. 438.) & *ardito*, Hisp. *arder*, Gall. *ardre*, & *hardy*. Nec non per aph. Lat. *rado*, Ital. *radere*, Ven. *radare*, Hisp. *rasar*, & *arrasar*, Gall. *raser*, cui non parum contribuit ejus derivat. ἀράττω, ἀράσσω, & ῥάσσω, amputo, abscindo, pulso, tundo, it. illido. Idem ἄραδος denuò contrahitur in ῥόθος, i. undarum strepitus, fremitus, impetus, & tumultus, unde ῥοθέω, ῶ, impetu feror, & per epenth. ῥοχθέω, ῶ, strepitum & stridorem edo: & hinc Lat. *rodo*, Ital. *rodere*, & *rosicchiare*, Hisp. *roer*, Gall. *ronger*. Et (2) in ἄραβος, itid. strepitus, unde mediante articulo poëtico, θόρυβος, tumultus,

& ex hoc τύρβη, Lat. Ital. & Hisp. *turba*, it. θορυβέω, tumultuor, obstrepo, it. acclamo, unde per aph. Belg. *roepen*, Germ. *ruffen*, i. clamare.

10. Ἐρωέω (ab ἔρι ἔω) regredior, eo, fluo, generat Græc. ῥέω, ῥύω, & Lat. *ruo*; à cujus verbali *ruina* est Ital. *ruina*, & h. *ruinare*; pro quibus etiam dic. *rovina*, & *rovinare*, Hisp. *ruyna*, *arruynar*, Gall. *ruine*, & *ruiner*, Angl. *ruin*, & *to run*, Belg. *ruine*, *ruiniren*, it. *runnen*, *rennen*, *rinnen*, Germ. *ruin*, *ruiniren*, it. *rennen*, *rinnen*, i. currere, fluere. Vid. & ejus compos. ἀπερωέω, & ἐξερωέω, s. l.

11. Ab ἄρι ἔω autem est αἱρέω, invado, occupo, capio, prehendo & corripio: Nec non ῥαίω, profligo, corrumpo, disperdo, destruo.

12. Sic ab ἔρι & κέω, findo, componitur ἐρίκω, & usitatius ἐρείκω, frango, confringo, contundo, unde ἐρέσσω, remigo.

13. Ab ἐρίφυλλος, valde foliatus, multa aut magna folia habens, it. suber, est Gall. *erable*, i. acer, §. 342. Belg. *eertvele*, sive *aerdveyle*, i. hedera. Et per aph. Græc. φελλὸς, i. suber. Ab hujus compos. φελλόδρυς, i. arbor nomen habens ex suberis, & quercus appellatione, est antiquum Sax. *Flederboom*, unde non solùm Belg. *Vlierboom*; sed & Angl. *Eldertree*, unde iterum Belg. *Halderboom*, & Germ. *Holder*, & *Holunder-baum*, i. sambucus. Conf. §. 65. Nisi *holunder* rectius ducas à Lat. *oleander*, Ital. *oleandro*, & *leandro*, Hisp. *eloendro*, aliàs *adelfa*, Angl. *oleander*, Belg. *oleanderboom*, Germanis quoque apud Schottel. *oleander*, & *oleanderbaum*, i. nerium, seu rhododaphne.

361 Idem facit inde ductum Lat. *re*, in

1. *Recens*, quod nobis per sync. dicitur pro *recinens*, à *recino*, cujus cognatum est *recano*, *recanis*, *recinui*, *recentum*: frequentativum autem ejus est *recento*, quod pro renovare sumitur.

2. *Requies*, qs. iterata quies, *requietis* facit in genitivo, & *requiei*, unde Ital. *requie* & *requia*, Gall. *recoy*: Ex quo, vel ex sequenti

3. Italorum *riposo*, Hisp. *reposo*, Angl. *repose*, Gall. *repos*, est Belg. *roeuwe*, *rouwe*, & *ruwe*, Germ. *ruhe*, i. quies, cui quàm proximè alludit Græc. ἐρωὴ, quando idem signif. quod κατάπαυσις.

4. Sic Lat. & Ital. *restare* abit in Hisp. *restar*, Gall. *rester*, Angl. *to rest*, Belg. *resten*, & *rusten*, Germ. *rasten*, i. quiescere.

5. Ex Lat. *variare* faciunt Itali *svariare*, Hisp. *desvariar* pro *resvariar*, unde Gall. *resver*, seu *réver*, & *revasser*, Belg. *reven*, & *revelen*, i. delirare.

6. Ab Ital. *riveduta*, sive *revista*, Hispani habent *revista*; Galli autem *reveüe*, unde iterum ad Italos remeavit *reve*, i. vectigalis species, Angl. *a review*, recognitio, recensus.

7. Ab Ital. *ripentire*, i. iterum pœnitere, est Hisp. *repentirse*, & *arrepentirse*, Gall. *se repentir*, Angl. *to repent*, & *to revy*, i. pignore duplicato periclitare, Belg. *rouwen*, Germ. *rewen*, pœnitere.

8. Italorum *riporto*, seu *rapporto*, redditur à Gallis *rapport*, ab Angl. *a report*, unde per aph. eorund. *word*, Belg. *woord*, Germ. *wort*, i. verbum.

9. Eorundem *riprezzo*, id est, febrim antecedens frigidus horror, corruptiùs *ribrezzo*, pro *ripreso*, vel *ripresa*, verbi *riprendere*, abit per aph. in *brezza*, unde Hisp. *briça*, *briza*, & *brisa*, Angl. *breeze*, i. aura. Conf. & *orezza*, & *orezzo*, ex §. 47.

10. Pro *comparatione* Itali corruptè dicunt *paraggio*, & *paragone*, unde *paragonare*, Hisp. *paragon*, & *paragonar*, it. *parangon*, Gall. *parangon*, & *parangonner*, &c. Sed Itali præterea exinde ducunt & *baragone*, apud Duez. & *baracano*, apud Ferr. it. *baracane*, apud Franciosin. Hisp. *baragan*, Gall. *baracan*, Germ. *barchat*, *barchet*, & *barchent*: Verùm multò insolentius commutant Itali ipsorum *recognitione* cum *riguardatione*, quod pervertunt in *guidardone*, pòst *guiderdone*, id Hispani efferunt *gualardon*, & *galardon*, Gall. *guerdon*, & Angli (tanquam ab Ital. *riguardo*) *a reward*, & per aph. *worth*, Belg. *waerd*, & *weerd*, Germ. *wehrt*, i. retributio, pretium, &c.

11. Ab

11. Ab Ital. *riparare*, & *riparo*, quæ non à ripa, sed à *reparare* Latinorum, habent Hispani *reparar*, & *reparo*, pro quibus etiam dicunt *amparar*, & *amparo*, Galli *reparer*, & *repaire*, it. per epenth. *remparer*, & *rempar*, sive *rempart*, Angl. *to repair*, it. *to rampire*, & *a rampire*, it. *a rampard*: Ad Belgas hinc mediante aphæresi pervenit *vveer*, i. vallum, it. *vveerd*, *vveert*, *vvert*, & *vveerder*, i. agger, propugnaculum, unde Germ. *vvehr*, *vvehrt*, & *vvehrder*, pro eod.

Itali denuò pro *riparare*, in eo nimirum sensu, quo significat mederi, tueri & defendere, etiam dicunt *parare*, i. obstare, unde ipsis *parata* per sync. *barra*, & *sbarra*, Hisp. *barra*, Gall. *barre*, Angl. *a bar*, Belg. *barre*, & *baere*, Germ. *barre*, & *sparre*. Cum hujus verbi imperativo componuntur

(1) *Parasole*, Gall. *paresol*, Hisp. *quitasol*, Flor. *solecchio*, i. umbella.

(2) *Paravento*, Gall. *parevent*.

(3) *Parapetto*, Hisp. *parapeto*, Gall. *parapet*, *parappet*, seu *parapel*, Angl. *a parapet*, Belg. per conversionem *borstvveer*, Germ. *brust-vvehr*.

Hispani exinde trahunt *parar*, Gall. *parer*, Angl. *to vvar*, i. præliari, & *vvar*, sive *vvarr*, bellum, unde *vvarlike*, i. res bellica, ratio castrensis, Belg. *vveeren*, *vveyren*, reprimere, arcere, it. *vveer*, *gevveer*, arma, Germ. *vvehr*, *gevvehr*, itid. arma, & *vvehren*, defendere, arcere, prohibere.

A jam dicto Angl. *vvarlike* est Belg. *oorloghe*, i. bellum. Ad Belg. *gevveer* autem quàm proximè accedit Ital. & Hisp. *guerra* * Gall. *guerre*, Belg. *vverre*, & *vverringhe*, Germ. *vvirrung*: quod tamen evincit Græc. ἀγορὰ (Hisp. *algara*, & h. *algarada*, Gall. *algarade*) i. multitudo congregata, ab ἀγείρω, congrego; quemadmodum à *grege* Latinorum factum est Belg. *Kriegh*, sive *Krygh*, i. exercitus, & Germ. *Krieg*, i. bellum, it. à *miles gregarius*, eorund. *Krieger*, i. miles.

* Multæ ejusmodi voces Italicæ immediatè originem antiquam, id est, vernaculam græcam conservant & ostentant, ut:

(1) *Gara*, concertatio, contentio, it. æmulatio, quod etiamnum ab ἀγορὰ quis posset literatenus deducere; sed est ipsissimum χαρὰ, gaudium, it. pugna, it. animus ad pugnam promptus.

(2) *Gala*, ornatus in vestitu, quid nisi κάλη, τὰ, i. purpureæ vestes. Conf. *prora*, §. 357.

(3) *Gamba*, i. tibia, à καμπὴ, suffrago, poples, it. articulus, nodus & flexura, unde & γαμφὴ, mala, maxilla.

(4) *Folla*, i. turba, multitudo, à φυλὴ, tribus, it. classis, &c. Hisp. *bulla*, Gall. *foule*, Germ. *fülle*.

(5) *Loffa*, Senensibus dic. flatus ventris, à λώφησις, respiratio, vel ab ejus cognato λώφημα, laxamentum; quomodo Lucejus ad Cic. l. 5. Epist. *ut istis te molestiis laxes*. Verbi λωφάω, respiro, interquiesco.

(6) A στροφὴ, versio, versura, flexus, it. tergiversatio fraudulenta, &c. Lat. *stropha*, & Ital. *truffa*. A Græc. τρύπα, i. foramen, autem est Gall. *trou*.

(7) A πρίσμα, vel πρίωμα, τὸ, id quod finditur, seu serrâ secatur, it. figura quædam geometrica, est Ital. *risma*, seu *risima*, Hisp. *rima*, *rimero*, it. *rezma de papel*, Gall. *rame de papier*, Angl. *a ream of paper*, Belg. *een rys*, it. *een riem papiers*, Germ. *ein ries papier*, it. *rahme* pro compage ut plurimum quadrata fenestrarum & picturarum. Ab iisdem sunt & Lat. *rima* (nisi malis à ῥῆγμα, quod idem; vel ab ἔριγμα, τὸ, fractura, seu fissio, it. faba in duas partes divisa) & Germ. *riss*, i. ruptura. Conf. & *robba* ex §. 165. it. *lama*, & *brama*, ad §. 342.

(8) Ab ἄργεμα, τὰ, oculi hulcusculum, quod in iridis circulo nascitur, partem aliquam candidi, partem etiam nigri comprehendens, nobis fit per aph. Lat. & Ital. *gemma*, Hisp. *yema*, Angl. *a gem*; mutato genere, ut à σχῆμα, i. forma, habitus, gestus, it. persona & species oris (apud Voss. in h. l.)

h. l.) dixere *schemam*, it. *servilis schema*, Plaut. in Amphitr. unde Germ. *schöme*, i. larva, persona, apud Dasyp. Et *syrma* fæm. gen. extulit Turpilius.

12. A *recipere* est *reciperare*, pro quo dic. *recuperare*, unde Ital. *ricuperare*, & *ricovrare*, & h. *ricovero*, Hisp. *cobrar*, & *cobro*, Gall. *recouvrer*, Angl. *to recover*, Belg. *recouvreren*, it. *Koevereren*, *Koeveren*, *Koever*, & *Koeverdack*, Germ. (ab Hisp. *cobro*) *Kober*, i. receptaculum.

362 Ἔρι, & *re* rude latinum vulgus imperativis, & particulis imperativè sumtis olim adjiciebat *infinitè* modum illum augendi gratiâ, unde à *fi*, natum *fieri*; ab *i*, *ire*; à vale, *valere*, quod vid. & §. 251. à vide, *videre*, §. 240. Et ab *ecce* §. 172. *eccere* apud Plaut.

Hîc obiter notabis quantitatem ultimæ Imperativi præire penultimæ Infinitivi, cæterisque inde derivatis, præterquam in *fieri*, ubi prima in iis, quæ r assumunt, corripitur, ut:

Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam. Ovid.

2. Usu pòst invaluit, ut hoc, ceu latinum, activæ; illud verò, ceu græcum & antiquius, passivæ vocis verbis, distinctionis ergo, adjungeretur, v. g. *Audi*, *audire*: (audieri) *audiri*; *ama*, *amare*, *amari*, unde prov. *si vis amari ama*.

3. Tertia autem conjugatio, quæ cæteris est antiquior, encliticam hanc iterum deposuit: *legi* enim dicit pro *legieri*; unde est, quod apud antiquarios adhuc inveniuntur: *dicier*, *claudier*, *utier*, &c. pro dici, claudi, uti.

4. Poëtis hinc nata licentia eandem per paragogen, seu pleonasmum aliis infinitivis denuò adjicere, ut apud Ter. *Adeone homines immutarier, ut non cognoscas eundem esse?* Item, *postquam id video, nescio quid suspicarier*. Et Plaut. *Vah, quid illa potest pejus quicquam mulier memorarier?*

5. Apud Anglos adhuc gliscit antiquitatis hujus species in particulis localibus; dicunt etenim à vvhe, he, the, *vvhere*, *here*, *heer*, & *there*, i. ubi, hic, illic, unde Belg. *vvaer*, *hier*, *daer*; & Germ. *vvor*, *hier*, *dar*, pro *vvo*, *hie*, *da*. Conf. §. 268. & 274. it. *ever* ex evva & ecqua, §. 222.

6. Sic Germani *Italianer*, *Spanier*, *Persianer*, & sim. dicunt pro *Italiano*, *Hispano*, *Persiano*. Conf. *schvvager*, *vvasser*, *finger*, & alia ex superioribus. Item pronomina: *er*, *der*, *mir*, *dir*, *einer*, &c.

7. Iidem adjiciunt quoque *er* adjectivis masculini generis in phrasi indefinita, absque r autem eandem efferunt definitè, v. g. *gut*, i. bonus, adsciscit *er*, in: *ein guter man*, Ital. *un buon huomo*; & amittit r in: *der gute man*, Ital. *il buon huomo*, i. vir bonus: hoc in definito, illud in indefinito sensu.

363 Ab ἔρι viâ tritâ procedunt Græc. πέρ & τερ: Ab ἄρι verò eorundem;

1. Πὰρ, Lat. *per*, it. a, ab, ante, juxta, prope. Et

2. Ταρ, quæ adjectio fit enclitica in *αὐτὰρ*, & *ἀτὰρ*, sed, autem, it. cæterum, unde Vossio Lat. *at* & *ast*: Conf. §. 96.

364 Πὲρ apud Æoles obtinet, significatque de, pro, propter, contra, & cum accusat. *per*; it. circa, circum, de, ex, &c. Unde pòst Ital. *per*, Hisp. *por* & *para*, Gall. *pour* & *par*, Angl. & Belg. *by*, Germ. *bey* & *be*, in compositis, v. g.

1. *Per medium* Latinorum redditur ab Italis: *per mezzo*, Hisp. *por medio*, Gall. *parmy*, unde Angl. *from*, ut: *from betvven his feet*, è medio pedum. Belg. *over mids*, & *vermits*, per medium, it. per, præ.

2. Italorum *a mente*, Hispani exprimunt; *de coro*, Gall. *par choeur*, sive *par coeur*, Angl. *by heart*.

3. Italorum *per auuentura*, Hispani reddunt, *por ventura*, Galli *par advanture*, Angli *by adventure*, it. *by chance*, Belgæ *by avendure*, *bygheval*; *avendurlick*, Germ. *abentheurlich*, seu *ebentheurlicher vveise*, i. casu, forte, fortuito.

4. Belgarum *by daghe ende by nachte*, dicitur Germ. *bey tag und bey nacht*, i. nocte dieque.

5. La-

5. Latinorum *in perpetuum* reddunt Itali, *per sempre mai*, Hisp. *para siempre jamas*, Gall. *pour jamais*, Angl. *for ever and ever*, vid. & §. 222. Belg. *voor altydt*, *voor eeuvvighlick*, Germ. *vor evvig*.

6. Italicè dicimus: *per ordine*, Hisp. *por orden*, Gall. *par ordre*.

7. Sic Italorum *per tempo* idem est quod Germ. *bey zeit*, i. in tempore opportuno.

Idem πὲρ plerunque vocibus adjicitur, & respondet interdum latinæ particulæ *cunque*, ut: 365

Ἀγαθόσπερ, quamvis bonus. Adjectio enim ista syllabica sæpe signif. etsi, licet, quanquam.

Μάλαπερ, quantumlibet. Καίπερ, etsi, quamvis.

Εἴπερ, siquidem, si modo. Ἐπείπερ, quandoquidem.

Ὅπȣπέρ ἐςι, ubicunque sit. Ὅθενπερ, undecunque.

Ipsique Latini hinc suum agnoscunt *per* in 366

Parumper à πᾶυρονπερ. Sic *Aliquantisper*, *paulisper*, *tantisper*, *&c.*

Et *fer* in obsol. *infer*, qs. ab ἔνπερ.

Sæpius vacat, ut: Τρωΐπερ, Troi, dat. sing. à τρώς. 367

Ὅσπερ, pro ὅς, qui. Ὅσειπερ, quicunque, quot.

Ὁσαχῆπερ, ἂν ἦν δυνατὸν, pro viribus.

Οἷπερ, idem quod ὄφρα, & τόφρα. Ἧπερ, & ἠέπερ, quàm.

Καθάπερ, i. sicut; ex κατὰ & ἅπερ, quod ab ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ.

Ὥσπερ, ut, sicut, quemadmodum.

Ἐνθάπερ, idem quod ἔνθα, ubi.

Ἕσεπερ, donec, quamdiu. Ἤνπερ, pro ἢν, si.

Ἐάνπερ, si, it. licet. Δῆπερ, saltem.

Ἐπειδήπερ, quandoquidem. Ὥπερ, Dor. pro ὅπερ, ubi.

Τῆπερ, Jon. pro ὥσπερ, ut, veluti, it. pro ἧπερ, illic.

Τερ, in ἄτερ, absque, citra. 368

Cæterùm obsolevit quidem apud Græcos, in usu verò remansit apud ipsorum colonos, unde Lat. *ter*, in *subter*, *inter*, *præter*, & *propter*, id quod Itali contrahunt, vel iterum commutant cum præpos. *per*, Hisp. *por* & *para*, Gall. *pour*, Angl. *for*; Belgæ autem & Germani pro eod. utuntur particula *ob*, unde his *umb*, illis verò *om*, ut:

1. *Propter quæ*, vel *quapropter*, Ital. *perche*, Hisp. *porche*, Gall. *pourquoy*, Angl. *for*, & *vvhere-for*, Belg. *vvaerom*, Germ. *vvarumb*. Conf. ὄγε, ex §. 175.

2. *Propter tantum*, Ital. *per tanto*, Hisp. *por tanto*, & *por tambien*, Gall. *pourtant*, Angl. *for that*, Belg. *om dat*, Germ. *darumb*.

3. Sic formula: *ut tibi inserviam*, redditur Ital. *per servir V. S.* Hisp. *para servir à V. M.* Gall. *pour vous servir*. Angl. *for to serve you*, Belg. *om V. L. de dienen*, Germ. *umb dem Herrn zu dienen*; & sine partic. *dem Herrn zu dienen*.

CAPVT XVI.

RElativus articulus ὁ coalescit quoque particulæ vel pronomini τὶ, indeque fit conjunctio 369

Ὅτι,

poët. ὅττι, Lat. *quòd*, cum indicativo, qui latinè interd. redditur per infinitivum, it. quàm, cum superlat. it. quòd, eò quòd, quoniam.

Hujus conjunctionis composita sunt: 1. Οὐχ ὅτι, non modo non, idem quod ȣ̓χ ὅσον. 370

2. Διότι; pro διὸ, τι; propter quid? & citra interrog. pro quare, cur, qua de causa, it. quia.

3. Ka-

3. Καθότι, q.d. secundum quod, quatenus, it. quomodo, qua ratione, it. sicut, quoniam.

371 Pro quibus per apocopen dicitur:

1. Διὸ, quamobrem, quocirca, proinde.

2. Καθὸ, quod, in quantum, quatenus, it. quomodo.

3. Καθὰ, qnemadmodum, sicut, it. qua parte.

372 Eodem sanè modo formata sunt

1. Παρὸ (ab obsol. πὰρ & ὅτι, vel ὅ) propter quod.

2. Παρὰ (unde παράτι, & h. παραὶ, Lat. *præ*) cum genitivo signif. motum à loco, à, ab, ex. Cum dat. apud, penes, intra. Cum accus. motum ad locum, ad, it. prope, propter, juxta, it. idem quod ἀπὸ, it. inter, it. in, it. *præter*, vel *contra* * it. *per*.

Sic ἀπιςία Latinis, Italisque & Hispanis redditur *perfidia*, Hisp. contractè *porfia*, Gall. *perfidie*, Angl. *perfidiousness*.

Aliquando expon. ultra vel supra, it. trans, it. propter, ob, it. *præ*; it. cum, in comparatione, it. *pro*, prout. Aliquando signif. *perperam*, male, vel obiter, negligenter. Interd. signif. temerè; aliquando signif. clam. Nonnunquam minuit significatum; nonnunquam etiam auget, &c. Exempla habes in lexicis, & selectiora quædam in cap. sequente.

* Præpositio παρὰ in Lex. Med. describitur ita: Plerunque accipitur in malam partem, ita ut significet aliquem recessum à statu integritatis, sive bonæ dispositionis, hac tamen limitatione, ut nihilominus residuum maneat aliquid bonitatis, ut hac ratione differentia eluceat inter *præter*, & *contra*: Morbi omnes sunt παρὰ φύσιν, *præter naturam*, eorumque causæ & effecta; Mors sola & quæ eam vel efficiunt, vel consequuntur, sunt *contra naturam*.

373 His meritò subnectenda sunt πάρος, πρὸς, προτὶ, ποτὶ & περί.

374 Πάρος (à πὰρ ὅς) poët. adv. vel loci, vel temporis. Cum genit. ante, it. antea, prius. Interd. præpon. articulus, ut: Τοπάρος; & τοπαρόσπερ, idem quod πάρος.

375 Πρὸς contractum ex πάρος, cum genit. a, ab, it. prope, juxta. Interd. potest exponi à, vel pro. Ponitur etiam pro ἐκ, ex. Interd. expon. apud, it. ergo, it. coram, it. per, it. μετὰ, cum. Cum Dat. prope, juxta, ad, it. in, cum, per, it. adversus, it. inter, circa, propter, it. pro, prout. Aliquando etiam tempori exprimendo adhibetur, & interd. expon. sub, in.

376 Πρὸ contractum ex παρὸ, ante, qua in significatione dicitur & Lat. *pro*, ut:

Πρόπαππος, *proavus*. Et post alia significata, quæ habentur in lexicis, notat etiam *præ*, v.g.

Προβαίνω, προάγω, vertuntur latinè: *procedo*, & *præcedo*. Sic

Προπίνω, *propino*, & *præbibo*, &c. *Propinare* Italorum vulgus corrupit in *brindare*, & *brinzare*, à cujus frequent. *brindeggiare*, seu *brindizzare*, apud Duezium, est *brindizzata*, corrupt. *brindesi*, *brindisi*, Hisp. *brindes*, *brindis*, & *brindar*, Gall. *brinde*, seu *bringue*, unde Angl. *to bring*, Belg. *brengben eenen dronck*, Germ. *einem eins bringen*, id est, propinare.

Apud cæteras Europæ gentes præpositiones istæ locum habent in compositione tantum, extra qnam Itali easdem plerunque reddunt voculâ *per*, Hisp. *por*, Gall. *pour*, Angl. *for*, & *pur*, Belg. *voor*, & *veur*, Germ. *vor*, *für*, & *ver*, ut:

1. *Pro & contra*, id est, in utramque partem, usurpatur à tribus nationibus propinquioribus; Itali enim dicunt: *pro e contra*, Hisp. *pro y contra*, Gall. *le pro & le contra*, it. *le pour & le contre*.

2. Sic Lat. *pro rata portione*, Itali reddunt *per rata*, Hisp. *pro rata cantidad*.

3. *Pro certo habere*, Itali vertunt: *haver per certo*, Hisp. *tener por cierto*, Gall. *tenir pour certain*, Angl. *i knovv it for a certain*, Belg. *voor-vvaer*, sive *veur vvaer houden*, Germ. *vor vvahr*, sive *für vvahr halten*.

4. Πρό-

4. Πρόδρομος, Lat. *prodromus*, *præcursor*, Ital. *precursore*, Hisp. *precursor*, Angl. *a fore-runner*, Belg. *voor-looper*, & *veur-looper*, Germ. *vorlauffer*, & *fürleuffer*.

5. Italorum *procaccio* effertur ab Hisp. *procacho*, & *porchacho*: *Procacciare* autem mutant Galli in *pourchasser*, Angl. in *purchase*.

6. Sic Lat. *propositum* Ital. & Hisp. dic. *proposito*, Gall. *propos*, Angl. *purpose*, Belg. *propost*, it. *voor-set*, seu *veur-set*, Germ. *vorsatz*, & *fürsatz*.

7. *Prosequi* abit in Ital. *proseguire*, Hisp. *proseguir*, & *perseguir*, Gall. *poursuiure*, Angl. *to pursue*.

8. *Præputium*, Ital. *preputio*, seu *prepuzio*, Hisp. *prepucio*, Gall. *prepuce*, Angl. *the fore-skin*, Belg. *het voor-vel*, & *de voor-huyt*, Germ. *die vorhaut*.

9. Effigies Italis vocatur *portratto*, & *ritratto*, ab hoc est Hisp. *retrato*; ab illo Gall. *portrait*, & *pourtrait*. Eorundemque *profilo*, seu *proffilo* dic. Hisp. *profilo*, Gall. *pourfil*, Angl. *purfle*, Germ. *profil*.

10. *Prohibeo*, & *prohibitus* Angli reddunt: *to forbid*, & *forbidden*, Germ. *verbieten*, & *verbotten*.

11. *Prædicere* Itali reddunt *predire*, Hisp. *predezir*, Gall. *predir*, Angl. *to fore-tell*, Belg. *veur-segghen*, Germ. *vorsagen*, & *fürsagen*.

12. *Prædicare* autem Italis dicitur *predicare*, Hisp. *predicar*, Gall. *prescher*, Angl. *to preache*, seu *preach*, Belg. *prediken*, & *preken*, Germ. *predigen*. Fit præterea à Gall. *prescher*, Angl. obsol. *to sprake* (quod apud Kilian. leg. in voc. *spreken*) unde r extrito, * *to speake*, seu *speak*. Belg. *spreken*, Germ. *sprechen*, i. dicere, it. *sprach*, lingua; & *spruch*, dictum, &c. quo de Voss. in *sermo*.

* Sic Itali quoque dic. *squitinio*, pro *scrutinio*. Item *pesca*, unde Gall. *pesche*, Angl. *a peach*, pro *persico*, i. malum persicum. Conf. & *propio* §. 356.
Similiter Latinis *Caucasus* dicitur mons Indiæ editissimus, qui Scythis ejus incolis *Graucasus* per metath. à Κραύγασος, i. clamator, vociferator.

13. Et quoniam particula *pro* aliquando *vices* indicat; ideoque *Prorex*, seu Regis vicarius, & sim. vulgò redduntur voculâ *vice*, ut: Ital. *Vicerè*, *Vicedoge*, *Vicecancelliere*, quod e leg. Dom. Magri, Hisp. *Vizore*, *Visorey*, *Virrey*, & *Virey*; *Vizalmirante*, *Vizcanciller*, Gall. *Viceroy*, *Viceadmiral*, *Vicechancelier*, Angl. *Viceroy*, *Viceadmiral*, *Vicechancellor*, seu *Vicechancellour*, Belg. *Vice-Admirael*, Germ. *Vicecantzler*.

14. A vulgò introducto *Vicecomes* est Ital. *Vicecomite*, *Viceconte*, *Visconte*, (cujus nominis adhuc Mediolani claret perillustris familia, qua de plura Cl. Ferrar. in voc. *Conte*) & *Viconte*, Hisp. *Vizconde*, Gall. *vicomte*, & *viconte*, Angl. *Vicecount*, *viscount*, & *vicount*, unde fortean in Germania *Wigand*, Nob. familiæ nomen. Conf. & ex §. 53. *Vigandus*.

15. Pariter à *Vicedominus*, cujus dignitatem describit præfatus Magri, fit Ital. *Visdomino* (unde nomen habet prænob. fam. *Visdomini*) Hinc Gall. *Vidame*; sicut ab illo Germ. *Vizdom*, ubi etiamnum illustris adhuc floret hujus nominis familia.

16. Sic à *vicebajulus* est Gall. *vibailly*, unde Belg. *weyvel*, seu *weyffel*, & Germ. *weibel*, & *feld-weibel*.

Προτὶ, & ρ extrito, * ποτὶ & ποτὶν, Dores & Poëtæ dicere amant pro πρὸς, v. g. 377
1. Προτιειλέω, pro προσειλέω, contorqueo, it. in compendium contraho, cogo, &c. Sic
2. Προτιβάλλομαι, pro προσβάλλομαι, adorior, aggredior, it. coërceo, castigo, vel simpl. increpo.
3. Ποτὶ χρόνος ἕρποι, tempus adveniat, per tmesin, pro προσέρποι.
4. Ποτιτέρπω, Dor. dicitur pro προσέρπω, delecto.
5. Ποτάγω, pro προσάγω, admoveo.
6. Ποτιδόρπιος, pro προσδόρπιος, ad cœnam utilis, sic
7. Ποτικάρδιος, pro προσκάρδιος, qui est in corde, cordi insidens.
8. A ποτίφορος, Dor. pro πρόσφορος, accommodatus, conveniens, aptus, alluditur

tur ad Hebr. BOTIPHAR, seu *Potipherabus*, aliis etiam *Phutiphar*, Eunuchus Pharaonis.

9. Ποτίκρανον, pro πρόσκρανον, cervical, pulvinar.

10. *Potidania*, Ætoliæ urbs, sic dicta est à προσδανείζω, mutuo do. Quemadmodum *Potidæa*, ποτιδαία, alia Macedoniæ urbs, à πρὸς δαΐδα, i. ad pugnam.

11. A Dorico ποταῶος, pro προσηῷος, orientalis, fit per aph. Græc. τάως, per sync. ** autem Lat. *pavus*, sc. gallus, & *pava*, sc. gallina: A *pavus* iterum fit *pavo, onis*; à *pavus gallus* autem *gallo pavo*, ex cujus conversione *** natum est Ital. *papagallo*, Hisp. *papagaro*, & *papagayo*, Gall. *papegay*, Angl. *a popingay*, Belg. *papegay*, Germ. *pappegey*. Idem dic. Aristophani περσικὸς ὄρνις, ut pote è Persarum regione in hæc citeriora loca advectus. Sic Itali Gallopavonem, qui Comenio *ales ab Indis*, appellant *un dindio*, pro *gallo d'India*, Hisp. *pavo de India*, *gallipavo*, Gall. *cocq d'Inde*, & *codinde*, Angl. *a turky*, sive *turky-cocq*, i. gallus africanus; & *a turky-hen*, gallina indica, afra, sive numidica, Belg. *Kalekutschen*, sive *Kalkoenschen haen*, & *Kalkoensche hinne*, Germ. *Calecutischer*, *Indianischer*, sive *Welscher haan*, id.

* Ita διπόβροτος, malus, dicitur pro δριπόβρωτος, à vermibus, vel tineis comesus. Conf. & ex anteced. §.376. num.12.

** Eadem ratio est in πίσρα, à ποτίσρα, ex §.91.

*** Per sim. conversionem factum est ex *stylobates*, Ital. *piedistilo*, corruptius *piedestallo*, Hisp. & Gall. *piedestal*, Angl. *pedestal*, Belg. *pedestael*, Germ. *fusgestell*. Conf. ex §.132. unusquisque in *ciascuno*, it. §.361. 11. parapetto in *borstweer*.

378 Περὶ, compositum ex Æolico πὲρ, quod idem signif. & τὶ, si casui postponatur scrib. πέρι. Cum genit. de, it. pro, it. pro ἕνεκα, propter, ob, vel gratiâ, it. apud Poët. circumcirca, it. pro ἐν, in, & pro εἰς, in, it. pro ἐξ, ex. Cum accus. circa circum, it. erga, in, it. in, adversus. Designat etiam tempus, it. circiter. In compositione autem intendit, ut:

1. Περικλεὴς, contr. περικλῆς, valde gloriosus, valde celeber, cujus nominis fuit vir clariss. Atheniensis *Pericles*.

2. A περίπυσος, celebris, famâ notus, esse potest Nobilis familiæ nomen apud Italos *Parabosco*, quod alii corruptius efferunt *Ferrabosco*, nisi rectius à παράβυσος, de quo mox. Sic

3. A περικαλλὴς, Lat. perpulcher, forte est apud Anglos *Berkley*, & Illustrium *Barclaiorum* nomen. Sic

4. Περίκηλος, valde aridus. Περίλυπος, valde tristis. Περικλυτὸς, celebris, inclytus, &c.

CAPUT XVII.

379 A Παρὰ composita, & à Latinis recepta præ cæteris eminent nomina sequentia.

1. Παραβολὴ, collatio, comparatio, unde Lat. Ital. & Hisp. *parabola*, Hisp. per metath. *palabra*, * Ital. per sync. *parola*, ** exinde *parolare*, contr. *parlare*, Gall. *parler*, Angl. *to parley*, Belg. *praelen*, Germ. *pralen*. Nascitur hinc Italis quoque per metath. *ribobolo*, quomodo Gallis *faribole*, apud Richel. pro *parabole*.

* Ejusmodi metathesis frequens est

1. Hispanis, qui dicunt (1) *Arfil*, & *alferez*, pro Ital. *alfiere*, quod contrah. ex Lat. *aquilifer*. (2) *Milagro*, & *peligro*, pro *miracolo*, & *pericolo*. (3) *Carcavo*, pro *cadavero*. (4) *Pesebre*, pro *præsepe*. (5) *Cocodrillo*, pro *crocodillo*. (6) *Secrestar*, pro *sequestrar*, & *preguntar*, pro *percontari*, &c.

2. Et Italis in (1) *Capresto*, pro capestro. (2) *Tartaruga*, pro targaruta sc. rana. (3) *Birbilegio*, pro privilegio. (4) *Pipistrello*, *vipistrello*, *vispistrello*,

lo, & *vispertello*, apud Duez. it. *barbastrello*, & *barbastrigolo*, pro vespertilio. (5) *Valendarno*, pro balatrone, &c.

3. Gallis etiam (1) in *Raminagrobis*, pro Notariorum formula: Coram nobis. Et (2) *Broüillaminis*, pro bolarmenius, it. (3) pro speculo, *besicle*, i. speculare, seu conspicillum, quomodo & Germanis dic. *augenspiegel*.

4. Imò & Latinis, qui *Vagedrusa* dicunt pro Arethusa, fontis nomen juxta Syracusas. Sic (2) Biracelium (forteanà περίκηλος; ex §.378.) Thusciæ oppidum, hod. *Vicarellum*. (3) Trophæa Augusti nunc dierum mutata sunt in *Torbia*, & *Orbia*, Liguriæ oppid. maritimum. it. (4) Segobriga in *Segorbia*, Celtiberiæ oppidum: & (5) Terræ novæ abiere in *Teneriffe*. Conf. & *Tabrobana* ex §.350.

5. Germanis quoque, qui *Dresda* fecerunt ex Bojorum *Deserta*, (Sic Tartarorum *Descht* in Horn. Histor. p.388.) quamvis nomen propius accedat *Adresta*, Helenæ ancilla apud Hom. Modo haud absimili (2) *Vergeta* §. 69. cessit in *Nuagerta*, hod. Aquisgranum: Apud Sueones autem in *Brigitta*, mulier vitæ sanctitate insignis.

** Similiter à fabula Itali dic. *favola*, & *fola*, §. 72. Et à tabula, *tavola*, *tola*, unde Belg. *deele*, *dele*, & *deyle*, Germ. *diel*, & *tiele*, i. asser, planca, &c.

2. Παρυφὴ, id quod telæ, seu textili attextum est; veluti sunt virgæ aureæ, purpureæ, candidæ, verbi παρυφάω, i. attego. Metaph. tribuitur mento & radicibus, unde Lat. & Ital. *barba*, Hisp. *barba*, & *barbas*, Gall. *barbe*, & *barbet*, Angl. *a beard*, Belg. *den baerdt*, Germ. *der bart*. Diminutivè autem à παρυφὴ, in priori sensu fit Ital. *barruffolo*, i. strophiolum, sive involucrum ex panni, telæque laceramentis ac frustis, item stupa, & alia materia convolutum, & implicatum, ad abstergendum.

3. A παρύπατος, seu παρύπατον, pro παρυπάτη sc. χορδὴ, i. suprema chorda; vel cum Etym. à βαρύμιτος sc. λύρα, est βάρβιτος, seu βάρβιτον, Lat. *barbitus*, seu *barbitum*, Instrum. musicum.

4. A παράφορος, insanus, cujus mens à ratione aberrat; vel animi impos, delirans, est Hebr. PARBAR, i. pars exterior, & Græc. βάρβαρος, Lat. *barbarus*, Ital. & Hisp. *barbaro*, Gall. *barbare*, Angl. *barbarous*, Belg. & Germ. *barbar*, & *barbarisch*.

5. A πάραρος, non bene compositum corpus habens, it. qui non est mentis compos, erit Hebr. PAR, i. juvencus, & Lat. *barrus*, unde *barrire*, & *barritus*, Germ. *farre*, i. bos.

6. Si à παροικία, cohabitatio, est Lat. *baruca*, unde Ital. *baracca*, Hisp. *barraca*, & Gall. *baraque*; nec non Angl. *a bridge*, Belg. *brugghe*, Germ. *brucke*, i. pons: facili negotio à πάροικος, inquilinus, erit Hebr. BARVCH, Jeremiæ prophetæ amanuensis nomen; nisi malis à βαρυχὴς, i. gravisonus.

7. A παράλιος, idem quod πάραλος, maritimus, fit παραλία μαργαρίτης, unde Ital. & Hisp. *perla*, Gall. *perle*, Angl. *a pearl*, & *perl*, Belg. *peerle*, *perle*, Germ. *perle*, & *perlen*. Et per simil. vocatur quoque hinc bacca Angl. *a berry*, seu *bery*, Belg. *beere*, seu *beyre*, Germ. *beer*, & *bärle*, id.

8. Pari modo à παράλυσις, resolutio, & peculiariter nervorum; & à παραλυτικὸς, qui ea infirmitate laborat, est Lat. *paralysis*, & *paralyticus*, unde Ital. *paralisia*, & *paralitico*, Hisp. *perlesia*, & *perlatico*, Gall. *paralysie*, & *paralitique*, Angl. *the palsie*, & *having the palsie*.

9. *Parnassus* in Phocide mons à Poëtis decantatissimus, ubi Pieres, & Hyantes populi habitavere, nomen est adeptus à παρανάω, juxta habitare facio. Cæterùm est & *Parnes*, mons Atticæ; & πάρνησος, in Delphis montis nomen.

10. Quomodo παρμένω poëticè per sync. dicitur pro παραμένω, maneo apud: Ita Lat. *Parmeno* apud Comicos; & *Parmenio* apud Historicos duci possunt à παράμονος, & πα-

& *παραμόνιμος*, qui constanter apud aliquem permanet, nec ab ejus quasi latere, discedere solet; Exp. & constans, stabilis, qui constanter & fortiter in re suscepta permanet.

9. A *παρόμοιος*, assimilis, prope similis, it. fere par; equidem facile crediderim, esse *Borromæus*, Perillustris in Italia familiæ cognomen.

10. Παράβυστον, Lat. *parabystum*, apud Athenienses erat forum, in quo XI. Viri judicabant, & quidem res viliores, sic dictum, quia esset in obscuro urbis loco. Vid. Voss. in Ephetæ. Παράβυστος enim est occultus, latens. Propriè verò in convivio παράβυστος sedere, vel ἐκ παραβύστου dicitur is, qui aliis convivis velut intruditur à convivatore, aut qui superveniens se ipsum intrudit.

11. Accedat & *παράσιτος*, qui cibum apud aliquem sumit, familiaris: Parasiti enim appellatio olim honesta fuit; siquidem ita vocabantur comites, sodalesque, pontificum & magistratuum, ut docet Athenæus lib.6. postea dictus est *parasitus*, qui ad mensas divitum oblectationis causa admittebatur. Vox hæc à Longobardis corrupta fuit in *Parisildus*, pòst *Barigildus*, unde *Barigildo*, vulgò *manigoldo*, (sicut pro marescalco, *maniscalco* dicitur & *mascalzone*) hodie Italis *Bargello*, & corruptius *balzello*, Hisp. *barachel*, id est, lictorum dux, unde *bourreau*, Gallorum, & ex hoc iterum Ital. (tanquam à *bora*) *boia*, * i. tortor, & carnifex. Conf. ex §.361. Ital. *reve* à Gall. *reveüe*.

* Est proprietas quædam linguæ Italicæ r vel omittere, vel in i, aut u mutare, ut: pareo, *paio*, paria, *paia*; morior, *muoio*; *dietro*, pro *di retro*; prora, *proda*, *pruova*, & apud Duez. *prua*, Gall. *proüe*. Conf. & §. 44. ubi r mutatur in d.

12. A *πάρωρος*, intempestivus, fit *πάρωος*, sive παρωὸς, aut παρῶος, color quidam, medius inter cinereum & rufum: Et hinc Lat. *parus*, avis inimica apibus; ex illo autem Lat. *parrha*, Ital. *parra*, avis inauspicatæ nomen.

13. A *παρέκτατος*, extensus, est Lat. *parectatus*, signatque eum, qui de pueritia, venit ad pubertatem.

14. A παρὰ τῇ ἀσία, apud vel intra limosam sc. terram, nomen hausit *Parrhasia*, Arcadiæ oppidum, non procul à Stymphalo: Ex ead. phrasi etiam contractum fuit πρασιὰ, ᾶς, ἡ, areola in horto. Sic

15. A παρὰ ποδὶ ὢν, poët. dicitur *παρπόδιος, ια, ιον*, ante pedes existens.

380 Imò & verba nonnulla, ut:

1. Παρέω, vel *πάρειμι*, adsum, unde Lat. *pareo*, & h. Ital. *parere*, Hisp. *parecer*, Gall. *paroir*, *paroitre*, & *parétre*, Angl. *to appear*, unde Belg. *baeren*, *beren*, *ghebaeren*, Germ. *gebebrden*, i. gestire. Nì rectius hæc ducas à Gall. *parer*, quando de equo dicitur, quomodo Hisp. *parar de golpe*.

2. A παρηχέω, sono refero, sono assimilis sum; vel si magis arridet, à βαρυηχέω, gravem sonum edo, est Græc. *βράχω*, sono, strepo, unde Lat. *fragor*, i. *κτύπος*, tanquam ab obsol. *frago*.

3. Παρηθέω, ῶ, transmitto, seu transfundo per colum, *percolo*, alludit ad Ital. *burattare*, quod à Cl. Ferrario rectè ducitur à *puritare*; sicut à *paritare* eorund. *barattare*, unde *baratto*, i. permutatio. Ab illo autem *buratto*, & *burattello*, i. subcerniculum, à cujus simil. sic etiam vocatur pannus è vili crassaque lana, unde Gall. *burat*, *bureau*, *bure*, *burail*, *burelle*, Belg. *borat*, Germ. *burrat*, i. subserica.

4. A *παρεκπείθω*, pro *παραπείθω*, persuadendo flecto, & permoveo, est Lat. *persuadeo*, Ital. *persuado*, & *persuadere*, Hisp. *persuadir*, Germ. *persuadiren*, cujus simplex videbis s. l.

381 Est enim à *παρὰ* non solùm Lat. *per*, in

1. Παραμένω, *permaneo*. 2. Παραμίσγω, *permisceo*.

3. Παρανέω, *pernato*, unde per metath. *penetro*, (Ital. *penetrare*, Hisp. *penetrar*, Gall. *penetrer*, Angl. *to penetrate*) idemque signif. quod (à transnato) *trano*.

4. A *παραπλὴξ*, ῆγος, ὁ, cui mentis vel sensuum harmonia depravata est, i. vecors,

cors, insanus, mente captus, est Lat. *perplexus*, Ital. *perplesso*, Hisp. *perplexo*, Gall. *derplex*.

5. Παρὰ πάντα τὸν χρόνον, *per id omne tempus*, apud Voss. ex Demosth.

6. A παρὰ πεῖραν, contra rationem, seu viam, quâ ad id, quod cupimus pervenire conamur, est Lat. *perperam*. Vide & quæ Dom. Magri de hac & sequenti voce.

7. A παράπειρος, quod idem ac ἄπειρος, imperitus, ignarus, rudis, fit Græc. πέρπερος, Lat. *perperus*, i. levis, temerarius, præceps, & qui à quovis vento circumagitur, it. vanus, inanis, &c. unde fortean Ital. *burbero*, Sen. *burbaro*, i. torvus, tetricus, vultuosus; cujus denom. est *burbanza*, i. ambitio, superbia, vana & inanis ostentatio.

8. R abjicitur in *pejero*, pro perjuro, cui respondet Græc. παρορκέω, i. contra jusjurandum ago, juramentum transgredior, seu violo. Propius verò ad significatum accedunt ἐπιορκέω, & ψευδορκέω, i. falsum juro, pejero.

Sed & *præ* in sequentibus, ut: 382

1. Παραπετής, qui incidit, it. qui obviam fit, it. contingens, genuit Lat. *præpitis*, ex quo est *præpes*.

2. A παραστάτης, qui juxta aliquem stat, qui à latere stat, formantur Lat. *præstitis*, & h. *præstes* (ex quo juxta §. 342. per sync. contrahitur *prædis*, & h. *præs*, Ital. *piege*, Gall. *plege*, & *pleige*, unde suspicor esse Belg. *plegher*, Germ. *pfleger*) & quod denuò ab eruditis introductum est, *parastata*.

3. A παραναστης, qui juxta habitat, est *Prænestes*, & h. *Præneste*, Latij oppidum edito in loco situm, à cujus Dea, seu Fortuna *Prænestina* hod. corruptè audit *Palestrina*. Conf. παραβολή, ex §. 379.

4. *Præbeo* contrahitur ex *præhabeo* Græc. παρέχω, unde πάροχος, *præbitor*, Lat. *parochus*, & per aph. *Rochus*, cujus nominis Divus in Hispania claruit. Conf. λίαν à παλίαν, §. 343. it. *debeo* à dehabeo, §. 267.

A *præbeo* habemus *præbenda*, *orum*, unde Ital. *prebenda*, Senens. *provenda*, Flor. *profenda*, Hisp. *prebenda*, Gall. *prebende*, Angl. *a prebend*, Belg. *provande*, it. *provene*, & *prove*, Germ. *proviand*, *profiand*, it. *pfründ*.

Italorum *prebenda* contrah. in *briba*, per metath. *birba*, unde *birbare*, *birbante*, *birba*, *birbone*, & (apud Duez. in voce: *brifaut*) *brifone*, & *brifalda*, Hisp. *bribia*, & *brivia*, *bribar*, & *bribon*, it. *brivar*, *brivaço*, *brivon*, & *brivion*, Gall. *bribe*, *briber*, *bribeur*, it. *brifer*, *brifeur*, & *brifaut*, Angl. *a bribe*, *a briber*, *to bribe*, *bribed*, *bribery*, & *bribing*, i. corruptio judicii.

A parochus autem est *parochia*, unde Ital. *parochia* * & *parochiano*, Hisp. *parochia*, sive *paroquia*; *parrochiano*, & *parroquiano*, seu *perroquiano*, Gall. *paroisse*, & *paroissien*, Angl. *a parish*, & *a parishioner*, it. *a parson*, Belg. *prochie*, & *prochiaen*, Germ. *pfarr*, & *pfarrer*; Idem audit apud Belgas etiam *Par-heer*, & apud Germ. *Pfarr-herr*: quemadmodum Dominici templi sacerdos Belgis voc. *Dom-heere*, Germ. *Thum-herr*, i. canonicus.

* *Parochia* apud Italos etiamnum mutatur in *paroffia*, & *roffia*, corruptius: *baruffa*, & *ruffa*. Ab illo autem Hisp. *porfía*, nisi cum Franciosinio malis id ducere à *perfidia*, in §. 372.

5. A παρὰ πόδας, idem cum πὰρ ποδὸς, ante vel juxta pedes, it. in promptu, ad manum, it. è vestigio, est à Latinis corruptum *præsto*, Ital. & Hisp. *presto*, Gall. *preste*, *prest*.

Ex *præsto-agere* nascuntur *præstigia*, unde *præstigiæ*, & *præstigiatores*.

Cum *præ* composita varijs etiamnum mutationibus sunt obnoxia, ut: 383

1. *Præmeto*, unde *præmetia*, i. frugum *primitiæ*, quæ quidem juxta Cl. Vossium originem hinc non ducunt, sed à *primus*; sicut à justus, *justitia*; ab amicus, *amicitia*.

2. *Præcoquus* ἄχρυσον primò mutatum fuit in *præcoquis*, hoc in *præcocis*, ex quo *præcox*; unde plurales *præcoqua*, *præcocia*, & apud Virg. Georg. 2. *præciæ*, sc. vites.

Itali hinc suum fecere *bericuocolo*, seu *biricuocolo*, i. panis dulciarius, it. *albicocca*, *arbicocco*, *arbicoccolo*, al. *abricocca*, *abricoccola*, & *pericocco*, ab Hisp. *albericoque*, *albarcoque*, seu *alvarcoque*, tanquam à *la præcoqua*, juxta §.342. Gall. *abricot*, Angl. *an apricot*, i. pomum *armeniacum*, unde Venet. *armellino*, Belg. *abrikoken*, it. *amarelle*, & *amarellen-appel*; Germ. *barillen*, & *morellen*, it. *abrikosen*, Insubres *mognaga* dicunt pro *armeniaca*, apud Ferrar.

3. A *prælegendo* apud Catonem dic. *vinum præliganeum*, unde videtur originem trahere Ital. *berlingare*, *birlingare*; & *berlengare*, quando apud Duez. explic. *precher sur la vendange*: Cujus verbalia sunt: *berlingatore*, *berlincicione*, *berlengo*, *bergolo*, & *bergoliere*, it. *berlingatrice*, *berlinga*, *berlinghiera*, *bergoliera*, *berghinella*, & *bergumella*, qui Bacchantium cætus apud Rabelais p.455. uno nomine vocatur: *prelinguans*, i. loquaces, & garruli.

Verùm si origo hujus vocis petenda esset à *berlingaccio*, ultimo bacchanaliorum die Jovis adipali, qui carnisprivium (ut vocant) antecedit, dixerim à *Lupercalibus*, mense Februario celebrari solitis, per metath. vocem hanc corruptam esse: Sed nimis eandem indigitat, propietatemque ejus depingit *berlingozzo*, sive *beringozzo* (utrumque in Duezij Diction. extat) i. scriblita, quod vel per fig. depravatum est à jam dicto *bericuocolo*; vel à vulgari formula natum, quod scil. dulcis edulij quid sit, & bonum *per metter in gozzo*, sive simpliciter *per l'ingozzo*, * i. pro gula. Ad cujus similit. suspicor olim Venetijs cusam fuisse monetam, quæ exinde *berlingotto* vocabatur, unde post Gall. *berlingot*, & per aph. *lingot*, Angl. *an ingot of gold*, i. auri massa. Conf. nummus Bucelotus Mantuæ, §.86.

* Ita apud Westphalos panis atri quædam species, quod Gallus quidam peregrinans ipsum recusasset, pro Nicolao, servo suo, autem bonum esse dixisset, nomen retinuit: *bon pour Nicla*, vulgò: *Bompernickel*.

4. *Præ stabulo esse*, sive *præstabulari*, contrahitur in Lat. *præstolari*.

5. *Præ & post* combinantur in *præposterus*, i. qui rerum ordinem perturbat, Ital. *prepostero*, Angl. *preposterous*.

6. A *præpositus* capituli; vel etiam satellitum, est Ital. *preposto*, & *proposto*, Hisp. *prevoste*, Gall. *prevost*, seu *prevot*, Angl. *a provost*, Belg. *proost*, & *prost*, (id quod alludit ad προστάτης) præfectus capituli: Et *provost*, seu *prevost*, præfectus satellitum, unde Germ. *profos*, in hoc; & *Probst*, in illo sensu.

7. *Prægutus* nobis abit in *Burgundus*, unde *Burgundio*, qui Ital. *Borgognone*, Gall. *Bourguignon*; * Conf. *facundus*, *jucundus*, §.157. Prægutij autem fuere Italiæ populi, tanquam à παραγηθὴς, sive περιγαθὴς, valde lætus, à γηθέω, pro quo Dores γαθέω, lætor, unde & Lat. *gaudeo*, Ital. *godo* (& apud Venet. *galdo*, unde Angl. *to glad*, seu *gladen*, i. exhilarare) & *godere*, Hisp. *gozar*, Gall. *joüir*, & *rejoüir*, Angl. *to joy*, & *to rejoyce*, Belg. *gaden*, *gayen*, Germ. *ergötzen*, seu *ergetzen*. γαθέω autem ex ἀγάω, demiror, cum stupore miror, stupeo.

* *Phrugundiones* Ptolemæo in Sarmatia Europæa gens; nominis originem sumsit à φρικώδης, horribilis, horrorem inducens, it. venerandus, & sacrosanctus.

384 *Præ* (ex Goclen. Problem. Gram. l.4. qu.12.) compositum cum positivo absoluto comparabili plerunque habet ipsam significationem superlativi, ut:

Prædives, idem quod ditissimus, pluribusque describitur in adag. Eras. p.172.

Prædurus, durissimus: *Præpotens*, potentissimus.

Præproperus, idem valet quod nimis celer.

Præfrigidus, apud Just. admodum frigidus.

Præclarus dicitur & *præclarissimus*, quod apud Cicer. prorsus singulare est.

Attamen dic. *præfractior*, *præcellentissimus*, *præstantissimus*, *prælustrissimus*; horum etenim positivi: *fractus*, *cellens*, *lustris*, *stans*, comparationem respuunt.

385 Παρὰ, & *præ* in compositis nonnunquam admittunt epenthesin, ut:

1. A παράγειν, producere, proferre; (nisi malis ab Ital. & Hisp. *paragonare*, §. 361.

10. unde Gall. *paragonner*, seu *parangonner*) erit Angl. *to brag*, seu *bragge*, i. gloriari, jactare, it. *to pranck up*, concinnare, Belg. *braggeren*, & *proncken*, Germ. *prangen*, seu *brangen*, ostentare.

2. Ex *præ-edo* fit Lat. *prandeo*, & hinc *prandium*, Ital. *prandio*, *pranzo*, & *pranso*. Idem Græci efferunt προέδω, i. ante edo.

Sæpius tamen aphæresin, ut: 1. Ῥόδον, à cujus plur. ῥόδα, est Lat. imò Europæorum *rosa*, nomen habens à πάροδος, ου, ὁ, ἡ, qui vel quæ juxta viam situs, vel sita est. 386

2. A παραφάω, admota manu tango, contrecto, non solùm est Lat. *rapio*, tanquam à παράπτομαι, i. obiter & in transcursu tango, it. perperam tango, cum tangendum non sit, aberrante manu attingo, it. demulcendo decipio. Unde Ital. *rapire*, & *rubbare*, Hisp. *robar*, & *arrebatar*, (ab arripere) Gall. *ravir*, & *derober*, Angl. *to rob*, & *ravish*, Belg. *raepen*, & *rooven*, Germ. *raffen*, & *rauben*. Sed & Græc. ἁρπάω, & ἁρπάζω, i. rapio & corripio.

3. A παραπαίω, deliro, desipio, est Lat. *rabio*, unde *rabies* (Ital. *rabbia*, Hisp. *rabia*, & *ravia*, Gall. & Angl. *rage*, Belg. *raserye*, Germ. *raserey*) it. *rabidus*, qs. à παράπαιστος, delirus, desipiens.

4. A παρασπάειν, à latere aliquid abstrahere, avellere, est Lat. *ruspari*, Ital. *raspare*, Hisp. *raspar*, Gall. *rasper*, Angl. *to rasp*, Belg. *raspen*, Germ. *raspeln*, i. radere, atterere.

5. A παράπειρος ex §. 381. hic fit *Rabirius*, Romani cujusdam equitis nomen.

6. A παραβάτης, quando significat eum, qui è curru pugnat, autumo esse Perillustrium Comitum *Rabatta* cognomentum: quando verò notat transgressorem, & violatorem legis, esse reor Syror. *Barrabas*.

7. Sic Lat. *rabula* ducimus à Græc. παραβόλης, pro παράβολος, i. audax, confidens, temerarius, periclitator, & ad audendum projectus. Vid. Voss. in *parabola*. Hinc παράβολον vocatur sportula, quæ in provocatione ad aliud judicium ab appellatore deponitur. Unde iterum Hebr. ARABON, i. pignus, ex quo eorund. ARAB, spondere: Et Græc. ἀῤῥαβὼν, Lat. *arrhabo*, per apoc. *arrha*, Ital. & Hisp. *arra*, Gall. *arre*. Conf. ἄρδα ab ἄρδαλος, §. 360. Huc quadrat quod Plaut. in Men. ait: *sportulam cape atque argentum*: pari etenim modo olim vulgò dictum fuit: *cape arrham*, unde natum Ital. *caparra*.

8. A παρέπω, vel παρέπομαι, sequor, it. dicitur quoque de re quæ aliam sequitur, & velut comes ei adjuncta est, duco Græc. obsol. ῥέπω, unde adhuc Lat. *repere*. Ῥέπω autem Græci per metath. mutavere in ἕρπω, i. *serpo*.

Aliquando patitur syncopen, ut: 1. Πάρισον, quod constat æqualibus membris, prope æquatum, convertitur in Græc. πράσον, & Lat. *porrum* (sicut à πόρσω, *porro*) Ital. *porro*, Hisp. *puerro*, Gall. *porreau*. 387

2. *Prosa* vel est à παρῳδὴ, i. carmen ad alterius similitudinem compositum; hujus paronymum est παρῳδία, quum quis, ubi partem aliquam versus protulit, reliquum à se (id est, de suo) oratione solutâ eloquitur: vel erit à παρόδιος λόγος, quomodo Basilius παροιμίαν dicit esse communem & omnibus notam, & q. d. prope viam, seu in via positam orationem. Conf. & *rosa* à ῥόδα, in §. anteced.

3. A jam repetito πάροδος, ὁ καὶ ἡ, qui juxta viam situs est, & substantivè pro transeunte, & viatore sumitur, est Græc. πάρδος, ου, ὁ, Lat. *pardus*, fera quæ & πάνθηρ. Cujus denominat. est πάρδαλις, Lat. *pardalis*, seu panthera; hujus verò composita sunt λεοπάρδαλις, & καμηλοπάρδαλις, Lat. *leopardus*, & *camelopardalis*.

Ad Italos hinc venit *pardo*, *pardiglio*, it. *leopardo*, & per sync. *leardo*, de equo dictum. Hisp. *pardo*, it. *pardal*, i. passer. it. *leopardo*, & *leonpardo*, Gall. *pardil*, & *leopard*, seu *liepard*, Angl. *a leopard*, sive *libbard*, Belg. *libaerd*, *lybaerd*, *luypaerd*, *lupaerd*, & *luppaert*, Germ. *leopard*.

Dicitur etiam πάροδος, ἡ, quum quis in theatrum prodit, ostentandi ingenij caussa, it. cum histrio fabulam acturus in theatrum ingreditur, & se ostentat populo,

it. transitus, unde ὡς ἐν παρόδῳ, prov. Hinc est Angl. *a Bard*, i. poëta antiquus; Germ. *Bar*, & *Bardi*, nec non *bardire*, verbum. De quibus legendus est *Hans Sachs*, & Otto Heurnius; ex recentioribus autem ὁ πάνυ Morhovius, quem adi.

4. Παραστὰς, postis, lignum aut lapis ab utroque januæ latere stans, it. porticus, it. παραστάδες Latini vocant etiam antas; abit in παστὰς, άδος, ἡ, porticus, it. thalamus, it. atrium, in quo habebantur conciones. Nec malè hinc derivabitur Lat. *postis*, vulgò *posta*. Conf. & ex §. 92. ἱππόστασις.

5. A παράβιβλος, quod præsumitur olim in usu fuisse; sicut πάραυλος, παραπύλιον, παραθύρα, παρακοίτης, & simil. derivo βάρβιλος, i. arbor ex osse mali persici nata: Et à βάρβιλον, quo nomine venit fructus corni arboris, duco Græc. βράβυλα, τὰ, i. pruna damascena.

6. A παράγω, porrò ago, it. in errorem abduco, &c. est παρακτὸς, porrò agendi & abducendi vim habens; ex quo contrahitur Græc. πρωκτὸς, i. nates, podex: ab ejus autem derivato παρακτικὸς, quod idem significat, est Ital. *bracco*, * Hisp. *braco*, Gall. *bracque*, Belg. *brack*, & *brack-hond*; Germ. *brack*, i. canis odorus, & vestigator; & *brecke*, i. canis fœmina, it. παράκτης, qui canes venatorum ducit venatum.

* Hujus compos. *Barmbraccus* exhibet Dom. Magri in appendice ad Notit. Voc. Eccl.

7. A παράγραφος, & παραγραφὴ sunt Lat. *paragraphus*, & *paragraphe*, Ital. *paragrafo*, contr. *parafo*, & *paragrafa*, Hisp. *paragrapho*, *paragrafo*, & *parafo*, Gall. *paragraphe*, contr. *paraphe*, & *paraffe*, unde verb. *parafer*. Angl. *a paragraph*, id.

388 Interdum planè abjicitur, ut: 1. A παράφορος, quod vid. §. 379. est non solùm Æolum φηρὸς, unde φὴρ, & κατ' ἀντίθεσιν θὴρ, bellua, & peculiariter leo: sed & Lat. *ferus* (Ital. & Hisp. *fiero*, Gall. *fier*) & *fera*; quemadm. à θὴρ est Angl. *deer*, i. fera, Belg. *dier*, & Germ. *thier*, i. animal. παράφορον βλέπειν dic. efferatis oculis intueri.

2. *Plaga* (unde Ital. *piaggia*, Hisp. *playa*, Gall. *plage*, Belg. *laghe*, Germ. *lage*) est à παραπλὴξ, παραπλῆγες ἠιόνες enim dicuntur littora, quæ ex obliquo à fluctibus feriuntur.

3. A *præproperus* ex §. 384. non ineptè quoque duxeris Ital. *burbero*, quod vid. §. 381.

389 Παρὰ in quibusdam vocibus est alius originis, ut:

1. Παράδεισος, *paradisus*, Ital. *paradiso*, Hisp. *parayso*, Gall. *paradis*, Angl. *paradise*, Belg. *paradys*, Germ. *paradies*, seu *paradeis*, deducitur à πυροδαίσιον, locus ubi ignis, qui & Scythis apud Just. 2. 1. mundum genuisse credebatur, accenditur: nisi id malis ducere ab Hebr. PARDES, quod vid. §. 71. Vel à πυραδείχιον, * quod in Gloss. Meursij hortum significat; vel denique à παρυδάτης, juxta aquam positus, juxta aquas natus, l. satus.

* χ mutatur in σ, sic ab ὀχέτιον, rivulus, cujus primit. ὀχετὸς, canalis, aquæductus, rivus, est Lat. *ostium*, unde *ostia*, *orum*, κυρίως dicuntur fluviorum patentes aditus, per quos in mare exonerantur: Hinc *Ostia*, *æ*, urbs in ostiis Tiberis fluvij sita. Habemus ab ὀχετὸς etiam Hebr. CHOZ, i. portus, terminus; & CHUZ, i. foris, foras, i. platea, vicus.

2. Παρδακὸς, humidus, vid. §. 71. παρθένος autem inferius, s. l.

3. Παρθενωπὸς, qui virginea & puellari facie est, per sync. abit in πάρνοψ, οπος, ὁ, in plur. πάρνοπες, genus locustarum: quomodo κυνώπης, habens canis vultum, it. inverecundus, contrahitur in κώνωψ, ωπος, ὁ, & concisius κνὶψ, ιπὸς, ὁ, culex, insectum ficus infestans.

4. Παρασάγγας, sive παρασάγγης, ου, ὁ, *Parasanga*, apud Persas mensura est viarum triginta stadia continens, ita ut puto, dicta à πέρας ἀγγάρων, i. terminus, & meta tabellariorum, seu nunciorum Regis.

5. Sic apud Lat. *paraveredus*, corruptè *parafredus*, Ital. *palafreno*, Hisp. *palafren*, Gall. *palefroy*, componitur à *paratus veredus*. Legesis apud Voss. veteris glossographi verba in h. l. ubi: *daturque eis semper paratus equus*.

6. Ita-

6. Italorum *parasole*, *parapetto*, *&c.* videbis §.361.

Ejusdem naturæ sunt eorund. *paracuore*, *paraviso*, *parafuoco*, *paravento*, *paramosche*, *&c.*

7. Hispanorum verò *paramallo* corruptum est ab Ital. *pallamaglio*, pro *palla à maglio*, Gall. *paillemail*, seu *palmail*.

Sic *paraguanti* est ab Ital. *un paro di guanti*, i. chirothecarum par, quod strenæ loco dari solet bene merenti.

Item *Barabunda* vulgò dic. pro *pregunta*, i. percontatio, it. quæstio, §.379.

Sic *barabustar* est Ital. *balaustrare*.

Paracimeno autem quod Duezius promit, Gallisque voc. *parochimene*, & Germ. *peter simen*, non est Horatij *Sinuessanum petrinum*, sed dulcissimum Italorum vinum *marciminium*, vulgò *marcimino*, quod *mamertinum* sapit ex Sicilia.

9. Gallorum *parachever* compon. ex *par* & *achever*, quod & Hisp. *acabar*, ex Ital. *a capo*.

Paranniser, à perennare. *Paraventure*, ab Ital. *per auuentura*. §.364.

Paratre ab Hisp. *padrasto*, i. vitricus.

10. Anglorum *paraqueto* est dimin. à *parrat*, i. psittacus, quod habes §.340.

11. Belgarum *parceel* est ab Angl. *parcell*, ex Gall. *parcelle*, quod contrah. ex Hisp. *partecilla*, ab Ital. *particella*, à Lat. *particula*.

CAPVT XVIII.

SCrupulum, quem tibi inserendo liquidam l in *parisildus* §.379. injecisse suspicor, antequam ad alia transeam, facile erit eximere, si ipse deprehendes liquidarum epenthesin, & metathesin miram in vocibus corrumpendis efficere metamorphosin, ut: 390

1. *Matuta* (ex §.272.) quod derivamus à μητιέτης, consultus, prudens, consiliarius, consultor; mutatur in Ital. *Matilda*, & hoc in *Metilde*, unde Germ. *Mechtild*. Eadem Latinis dic. *Methildis*, cujus nominis fuit Angliæ regis filia: Gallis autem *Batildis* fuit Clodovei II. conjux, Clotarij regis mater.

2. *Donatus* mutatur in *Donaldus*, cujus nominis duo fuere Scotiæ reges: aliàs *Donatus* apud Ecclesiasticos Scriptores sumitur pro monacho laico. Vid. Magri Notit. U. E.

3. Ex *Oratore* Itali primùm fecere *Orato* * dein *Araldo*, unde pòst Gall. *herault*, Angl. *herauld*, Belg. *herout*, & cum Germ. *herold*, i. orator; quem Plautus in Mostell. depingit ita: *Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus, qui à patre ejus conciliarem pacem*. Conf. locum Varronis à Voss. cit. in voc. *Fetiales*, ubi hæc verba: *Fetiales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant*.

* Sic Latini ex *vapore* fecere *vappa*, Ital. *vampa*, & *bampa*, Hisp. *vaho*, & *baho*, unde *bahear*, & h. Germ. *beben*, i. ustulare.

Itali quibus hæc figura magis usu venit, pro *sapore*, *suppa* dicunt & *zuppa*, Hisp. *sopa*, Gall. *soupe*, Angl. *a sop*, Belg. *een soppe*, *sope* & *suype*, Germ. *eine suppe*. Hinc Ital. *suppare*, Hisp. *sopear*, Gall. *souper*, Angl. *to sop*, Belg. *suypen*, unde Germ. *supen*, & *sauffen*, i. potare.

Sic pro Latinorum dolor, *dolore* dicunt & *duolo*, Hisp. *dolor*, & *duelo*, Gall. *douleur*, & *deüil*.

Et pro curatore dic. *curato*, Gall. *curé*, Angl. *cureate*, Belg. *Kureyt*, & *Kurey*; Germ. *Geraw*, & usitatius *Gerhab*. Pro ratiocinatore, *ragionato*; Pro presbytero, *prete*, & *prè*; pro fratre, *frate*, & *frà*; pro sorore, *suora*, §.157. pro sartore, *sarto*; pro interpolatore, *treccolo*, & *treccolone*, & per sync. *treccone*, it. pro apparitore, *birro*, & *sbirro*. Conf. Belg. *bode* à pedite, ex §.75.

4. A *Fortunatus* fluit Hisp. *Ferdinandus*, vulgò pòst *Hernando*, & *Renando*. Vid. §.44. Ὀυραγὸς, unde juxta hanc fig. puto esse *Iringus*, Avarorum Dux. Conf. §.64.

5. Ab εὔτολμος, audax, confidens, animosus, intrepidus, juxta §.63. derivabitur *Antelmus*, quo cognomine Illustrissima apud Venetos claret familia; & hinc *Anselmus*: imò & *Aldhelmus*, scriptor quidam Ecclesiasticus.

6. *Regeneratus*, subint. Christianus, primùm à Gallis mutatum fuit in *Reginardus*, per sync. *Renardus*, unde iterum *Renier*, & Germ. *Reinhard*, *Regnoer*, & *Renner*: Quando verò *renard*, *regnard*, Belg. *reyn*, *reynken*, *reynard*, sive *renaerd*, Germ. *reinike*, vulpem notat, opinor esse potius ab *arenarius*, quomodo & Jupiter nuncupatur, qui Græcis ἀμμώνιος. Et in arena degentes Germani joco vocantur *sand-haasen*, * i. lepores arenarij. Sic μόνιος, quando accipitur pro porco agresti, quamvis communiter ducatur à μόνος, unde Latinis etiam *singularis* audit, & hinc Ital. *cinghiale*, Gall. *sanglier*, & dim. *sanglotin*: non impedit, quin etiam per aph. duci possit ab ἀμμώνιος, i. arenosus, sabulosus; à *sabulo* enim apud Virg. vocatur *sus sabellicus*, unde Hisp. *iavalì*, seu *gebelì*, cui adstipulatur Græc. ὗς ψαμμῖτις, quæ in arena se volutat, apud Athen. l.7. Ab Italis pòst idem nominis mutatum fuit in *Reginaldus*, per sync. *Rinaldus*, Gall. *Renault*, pòst *Renaud*, Angl. *Reynold*, Belg. *Arnold*, Germ. *Reinhold*, & *Roland*, qui denuò Italis *Orlando*. Conf. & *Oswald* à *Sebald*, ex §.68.

* Opifex, qui clam & illicitè artem privatis ædibus exercet, nec publicè profiteri audet, iisdem Germanis vocatur *Beinhaase*, fortean à Græc. βάναυσος, i. artifex mechanicus, sellularius, seu sedentarius, & plerunque illiberalis & sordidus, qui manibus sibi victum quærit. Nisi malis à Lat. *penas*, ex Græc. πένης, de quo paulò inferius.

7. A *pica* §.238. est Ital. *picaccia*, corruptè *gazza*, & *gassa sparviera*, cum dim. *gazzera*, & *gazzuola*, unde Gall. *agace*, seu *agasse*; Hispani autem exinde habent *gansa*, & *ganso*, quæ & Itali agnoscunt apud Duez. unde Germ. *gans*, *ganser*, & *gansert*, Angl. *gander*, it. *geese*, & *goose*, Belg. *goese*, *goes*, *gheese*, it. *ghent*, seu *gent*, & *gans ganse*, *ganser*, & *ganserick*, i. anser. Modo non absimili fit Germanorum *schwan* à Belg. *swaen*, ex Angl. *swan*, quod ab Hisp. *zuane*, hoc ab Ital. *cigno*, * unde & Gall. *cigne*, à Lat. *cygnus*, Græc. κύκνος.

* Ab Ital. *cigno* dicitur non solùm *cignetto*, quomodo ab Hisp. *zuane*, *zuanete*, sive *juanete de navio*, mali apex: Sed & Hisp. *cinglar*, unde Gall. *singler*, i. velificare.

8. Ab ἡλιόκαυςος, exustus in Sole, Sole perustus, fit Lat. *locusta*, & h. Ital. *locusta*, & *locustra*, quod Hisp. efferunt *langosta*, Galli verò *langouste*, & *langrouste*: Dicitur enim ὄςρακον ἡλιοκαὲς, apud Dioscor. Ex quo Italis per metath. etiam dic. *ragosta*, apud Duez. A *langosta* forte fit iterum Ital. *langa*, §.355. 8.

9. A *lato*, quod Itali dicunt pro *latere*, * vulgus formavit *lando*, & *landa*, Hisp. *landa*, Gall. *lande*, Angl. Belg. & Germ. *land*, i. rus, & regio. Similiter fit à *stato*, Germ. *stand*; à strato, *strand*, &c.

* Idem accidit Latinis, qui *pondo* dicunt pro pondere; *trama* pro tramite; *Agrippa* pro ægripede. Conf. *homo*, §. 130.

Et Italis, qui *tempo* dicunt pro tempore; *corpo* pro corpore; *petto* pro pectore; *pegno* pro pignore; *sterco* pro stercore; *solfo* pro sulphure; *cece* pro cicere; *forfe* pro forfice; *pepe* pro pipere; *capo* pro capite; *gozzo*, unde Gall. *gosier*, Germ. *gusche* pro gutture; & *gorgo* pro gurgite. Conf. *verta* §.49.

10. *Hercules* Italis dic. *Ercole*, unde veterum Germ. *Erch* (in *Erch-tag*, i. dies Martis, *) & ad Latinitatem reductum *Ericus*, quod Corvino in Font. Latin. explic. *martialis*; Gotor. *Erich*, ** quæ vox in Hispaniam migrata pronunciata fuit *Enrico*, & *Henrico*, Ital. *Herrico*, & *Arrigo*, Gall. & Angl. *Henry*, & *Harry*, Germanis denuò *Henrich*, *Hein*, *Heineman*, & *Heinz*. Ubi lubet à moneta aurea, quæ ab *Henrico* Hispaniarum Rege (vel ut aliis placet, à D. Henrico II. Imperatore, de quo Octav. Strada, quod primus insignia nummis impresserit) cusa, & propter ejus imagi-

imaginem *Enrique* *** ipsis; Gallis autem *Henry*, & *double Henry* dicta fuit, deducere Hispan. *enriquescer*, unde Gall. *s'enrichir*, & Angl. *to enrich*, id est, multos possidere Henricos: quid! quod ipse possessor inde ipsis vocabatur *rico*, *4* unde Ital. *ricco*, Gall. *riche*, Angl. *rich*, Belg. *ryck*, Germ. *reich*, i. dives.

Præcipua herculei nominis epitheta apud Poëtas fuere: *Amicus*, & *dexter*, unde natum adag. *Dextro Hercule*, aut *amico Hercule*, i. propitio & favente, quæ quidem Germani expressere in *Hilp-ericus*, *Chilpericus*, & *Huld-ericus*, corrupt. *Udalricus*, & *Ulrich*, nec non *Ildericus*, cujus nominis fuit Vandalorum rex, sicut & *Ganderi-cus*, it. *Gund-ericus*, & exinde *Gensericus*: Apud alios autem *Magnus*, *Fortis*, & *Victor*, unde factum, quod *Magnus Ericus* contractum fuit in *Manericus*, corrupt. *Americus*, Germ. *Emmerich*, Dan. *Iamerich*. A *Fortis*, quod apud Septentrionales corruptum fuit in *Frodo*, est *Frod-ericus*, Hisp. *Rodericus*, & *Rodrigo*, Dan. *Rorick*, Ital. *Frederigo*, *Federigo*, & *Ferrigo*, Germ. *Friderich*, & *Friz*, *5* Gothis, & Danis etiam *Regericus*, & *Reginfridus*. A *Fortericus* autem eorund. *Hard-ericus*, & *Ardericus*. *Victoris* epith. adscivit *Vict-ericus*, Hispaniæ Rex; quod à Germanis mutatum fuit in *Segericus*, Belg. *Segerick*, & h. *Siegreich*, seu *Siegrich*, i. dives victoriis, seu victoriosus.

* Eadem dies Belgis vocatur *Dynsdagh* à *Dionysio*, cui sacer erat, ut patet ex Angl. *shrove-tuesday*, i. Dionysia, seu Bacchanalia: Græcis olim θυὰς ἑορτὴ, festum quo solennia Bacchi sacra peragebantur.

** Cl. Rudbeckij verba in Atlant. Part. 2. pag. 364. sunt: *Hericus sive Ericus, aut si mavis, Hercules I. Rex noster, &c.* Et Hornius in Hist. Occidentali pag. 519. refert in Hornanis insulis Reges dici *Herico*. *In bello denique* juxta adag. *nemo sibi non videtur Hercules*.

*** Hodie notiora monetarum nomina sunt: *Loüis*, *Filippo*, *Caroleus*, *Iacobus*, *Paulo*, *Giulio*, *Alfonsino*, *Carlino*: Et apud Venetos: *Mocenigo*, *Marcello*, & *Bagatino*, olim *Bragadino*, §. 75. & corruptè *Barchatinus*, solidi pars duodecima, quod nummi genus Rob. Cenalis pag. 66. putat fuisse precium trajectus per barcham. it. *Marquetus*, vulgò *Marchetto*, à S. Marco: quomodo ab impressa D. Petri imagine Trevirenses dicunt *Peterman*, unde nobis Flandrorum *Bitremontius*, vulgò *Bitremont*, ibid.

4 Si quis malit hujus vocis originem arcessere à *Daricus*, quod legesis in Voss. tanquam antiquiori etymo, per me licebit.

5 Sic *Theodorus* abit diminutivè in *Theodoricus*, unde Ital. *Tódoro*, Belg. & Germ. *Dieterich*, *Dirick*, & *Dietz*.

11. Insulæ quoque maris Ægei, quæ olim *Astypalæa*, & *Carpathus*; hodie corruptis nominibus *Stampalia* audiunt & *Scarpanto*.

12. Ita Romanum vulgus olim sicut à λιγύη, *lingua*, ex §. 161. ita pro *ligula* dicebat *lingula*, de quo conqueritur Martialis, qui ait:

Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque,
Dicor ab indoctis lingula Grammaticis.

13. Italorum *buomo*, *lume*, *nome*, *fame*, *&c.* Hispani efferunt: *hombre*, *lumbre*, *nombre*, *hambre*, unde Belg. *hongher*, Angl. & Germ. *hunger*, i. fames.

Hîc nova oritur quæstio, annon H in *Herold*, *Henrich*, & sim. radicale sit, quod 391
negamus, si exemplis, quæ hic producentur, fides dabitur.

1. A Gallorum *endroit*, quod regionem ipsis denotat & viciniam, duco Anglorum *Hundred* (unde Belg. *hondert*, Germ. *hundert*) quod antequam centenum communiter exprimeret numerum, decem solùm notabat invicem habitantium decades, qua de re leg. *l'Estat d'Angleterre, traduit de Eduard Chamberlaine*, pag. 5. it. Cl. Ferrar. in voc. *Cento*.

Atqui eo modo, quo *centuria* * in agris (Festo) significat *ducenta jugera*; eodem Italorum *dugento*, quod apud Hispanos (sicut *sexcenta* Latinorum, & *cinqcent* Gallorum) pro indeterminato, & infinito numero sumitur, ** abiit apud Anglos in

Thousand, Belg. *Duysent*, Germ. *Tausent*, i. mille: Cui sententiæ Horatius accinit Serm. 1. Sat. 3. —— *Habebat sæpe ducentos*
Sæpe decem servos: ——
Et Sat. 4. —— *In hora sæpe ducentos*
Vt magnum, versus dictabat. ——
Et Sat. 6. —— *At hic, si plostra ducenta,*
Concurrantque foro tria funera, magna sonabit,
Cornua quod, vincatque tubas: ——
Idem de Cassio Parmensi in Sat. 10.
—— —— *amet scripsisse ducentos*
Ante cibum versus, totidem cœnatus.

Et Plautus in Asin. *Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo*. Et in Bacchid. *Ducenti philippi* plusquam decies ibi repetuntur. It. in Pseud. *Iam hercle vel ducentæ fieri possunt præsentes minæ*. It. in Trucul. *Me nemo magis respiciet, ubi iste huc venerit, quam si hinc ducentos annos fuerim mortuus.*

Gallis præterea usu venit numerando ultra sexagenarium numerum vulgò non progredi; pro septuaginta etenim dicunt *sexaginta & decem*; pro octoginta, *vicies quater*; pro nonaginta, *vicies quater & decem*. Rationem hujus rei in Italia observavi esse, quod cum piscatores sardineas, vulgò *sardellas*, fæminæ autem ruricolæ ranas, & sim. vendunt, singulis vicibus quaternas apprehendant, dicendo: *quattro, otto, dodici, sedici, vinti, &c.* quæ in quindecim vicibus sexaginta conficiunt: postea denuò incipiunt numerare à primo usque ad decimum jactum, qui terminat in *quadraginta*, quocum completur centesimus numerus. Conf. & Germ. *Schock* ex §. 157.

* Centuria ex nominis ratione centum jugera, ex usu verò autorum ducenta recipit, & quamvis duplicata, pristinum nomen obtinet. Ex supracit. Rob. Cenali. pag. 48.

** Conferatur Cæsaris Oudini Tesoro de las dos lenguas, in voce: *Dozientos*, ubi ita dicit: *Se prend en Espagne pour un nombre infiny, comme nous disons cinq cent en François pour un grand nombre.*

2. Ab *Archidux* absque controversia est Ital. *Arciduca*, Hisp. *Arciduque*, Gall. *Archiduc*, Angl. *Archduc*, unde Belg. *Hartogh*, Germ. *Herzog*, i. Dux.

3. Ab *ostium* (ad §. 389.) vel ejus ablat. *ostio*, est Ital. *uscio*, * Gall. *huis*, unde *huissier*, qui Italis *usciere*, i. ostiarius, Angl. *an usher*, id. & *a house*, Belg. *huys*, Germ. *haus*, i. domus, ædes, per synecdoch.

* Pari modo à *postea* dicitur *poscia*; ab angustia, *angoscia*, Gall. *angoisse*; à gurgustio, *guscio*, Gall. *gousse*, &c.

4. Latinorum *apricus*, & exinde natum Ital. *aprico*, Hispani suavius reddunt *abrigo*, & *abrego*, unde Gall. *abry*. Ubi *abrigo* non solùm pro loco calido, Solique exposito sumitur, sed & pro operto contra frigus; & *abrigar* est se tegere adversus tempestatis injuriam. Hinc Ital. *brigar* (Gall. *briguer*) *briga*, *brigante*, & *brigantino*, nec non *brigata*, i. familia sive sodalitas adunata.

Diogenem ferunt, accedentem Alexandrum rogasse; ne sibi apricanti à Sole obstaret. Hinc Itali *brica*, seu *bricca*, rupem; *bricco*, & *briccone* autem otiosum, Hisp. *brico*, scopulum in mari vocitant.

Idem Hispan. vocabulum *abrego* remigratum in Italiam corruptiùs pronunciatum fuit *albergo*, unde denuò Hisp. *albergue*, & *albergar*, Gall. *auberge*, Angl. *a herbour*, *harbour*, & *harborowe*, Belg. *herberghe*, Germ. *herberg*, i. diversorium.

5. A Romanorum supellectili, seu habitu *arenensi*, remanet Ital. *arnese*, Hisp. *arnes*, Gall. *arnois*, pòst *harnois*, Angl. *harness*, Belg. *harnass*, Germ. *harnisch*, i. lorica: unde Latino-barbara *Harnasca*, & *Hernesium*, apud Dom. Magri in Notit. Voc. Eccles.

Idem nobis de cæteris judicium, sed redeo ad assumtum.

CAPVT XIX.

Πρὸς, & πρὸ quem in compositione usum habeant, ex sequentibus patet exemplis. Et quidem πρὸς minus corruptum remanet in 392

1. Προσηνὴς (ex πρὸς & ἐνηὴς) bonus, benignus, it. lenis, mitis, placidus, it. jucundus, suavis: Unde Hetruscorum regi nomen *Porsena*, vel cum Virg. *Porsenna*. Hinc quoque dictus est *Porsennus*, poëta quidam comicus apud Horat.

2. Πρόσπαιος, recens, subitus, à προσπηδάω, saltu appeto, assilio, unde προσπήδησις, prosilitio.

3. Προσῳδία, ἡ, accentus, ex πρὸς, ad, & ᾠδὴ, cantus. Sic πρόσωπον, facies, ex ὤψ, oculus, q. d. quod est circa oculos. Προσόμουρος, ὁ, ἡ, vicinus, confinis. Πρόσπολος, ὁ, ἡ, famulus. Προσφάγιον, quicquid cum pane comeditur, &c.

In plerisque verò perdit aliquid per aphæresin, vel mutatur per metathesin, ut: 393

1. Προσαιτέω, insuper peto, it. stipem peto, mendico, abit in Græc. Ζατέω, & Ζητέω, quæro.

2. A προσέρπω, adrepo, irrepo, advenio velut reptando, est Lat. *serpo*, idem vid. & §.386.

4. A προσαμάω, insuper meto, est Lat. *sumo*.

4. A προσκόπτω, allido, it. impingo, offendo, it. cum impetu irruo, & invehor, est σκώπτω, cavillis, salibus & dicterijs utor, irrideo dicterijs.

5. Προστρέπω (ex πρὸς & τρέπω) oro, obsecro, precor ad genua provolutus, & adorans, fit Lat. *strepo*, & Germ. *streben*. Et fortean Græc. στρέφω, idem quod simplex τρέπω, & hinc στροβέω, & στρόβος, unde Lat. *torqueo*, juxta §.194. Germ. *trucke*, it. Lat. *torvus*, tanquam à στραβὸς, qui est oculis distortis, & obversis, Ital. *torvo*, & *torvare*. A προστρέπω quoque fluit στριβὸς, exilis & tenuis vox avium.

6. A προστρέχω, accurro, est πρόστροχος, accurrens, vel ad quem accurri potest, unde obsol. στρογγὸς, cujus dim. est στρογγύλος, rotundus, contractus, it. teres instar cylindri.

7. A προσείρω, annecto, non solum fit Lat. *sero*, *serui*, *sertum*, sed & Græc. σειρὴ, i. apis, unde *Seres*, populi, & *sericum*, it. σειρὰ, pro quo alii dic. Ζειρὰ, & Jon. Ζειρὴ, catena, funis, habena, Lat. *series*, it. linea, it. obex, Lat. *sera*.

8. Προσέχω, adhibeo, it. incumbo in rem aliquam, adverto animum, attendo, rei alicui deditus sum, it. applico, appello, &c. mutatur in σπέρχω, urgeo, propello, irascor, festino.

Πρὸ integrum conservant in nominibus, v. g. 394

1. Προμηθεὺς, *Prometheus*, filius Japeti, & pater Deucalionis, est à προμηθὴς, providus, it. circumspectus, consultus.

2. Vel à πρόβουλος, qui pro alio consultat, & in ejus commodum; al. primarius in urbe consul & provisor: Vel à πρόβολος, scopulus eminens, qui æstum maris frangit, it. tropicè, pro tutore, propugnatore, defensore, & præsidio, est Lat. *Probulus*, Venetis *Provolo*, cujus ædes ibi visuntur.

3. Πρόοπτος, contr. πρῶπτος, qui ante oculos positus est, manifestus, fit Lat. *promptus*, Ital. *pronto*, Hisp. *pronto*, it. *briento*, Gall. *prompt*. Ejusque cognatum est προνωπὴς, i. promptus, paratus, præceps.

4. Πρόδικος, qui causam pro aliquo dicit, curator, fit Lat. *Prodicus*, cujus nominis fuit Philosophus patriâ Cous; & per sync. *procus*. Eamque fig. patiuntur, & Molossorum rex *Orcus*, quo nomine & Pluto, ceu Deus Inferorum insignitur (Ital. *Orco*, Hisp. *Huerco*, Gall. *Orque*) ex ὀρθόδικος, recta judicans, it. recta consilia dans: Et *Comicus*, ex κωμῳδικὸς, comœdiæ conveniens. Græcorum verò ὅρκος, i. jusjurandum, it. Thessaliæ fluvius, contrahitur ex ὁρικὸς, i. finitivus, definitivus, it. terminalis.

5. Si-

5. Simili modo πρόμαχος, propugnator, contrah. in πρόμος, antesignanus. Fuit *Promachus* quidam Macedo, quod quatuor ingurgitasset cantharos uno haustu, ab Alexandro corona donatus.

6. *Prodigus* est à *prodigere*, quod vid. §.295. eiq; alludit Græc. προετικὸς (ex προΐημι) ad largiendum propensus, seu profundendum, qui lubenter largitur, profusus: Sicut προδέκτωρ, ορος, i. patronus, verbi δέχομαι, ad Lat. *protector, oris*, à protegere.

7. *Profundus* aliis est à porrò & fundum; nobis à προβαθὺς, pro quo & προβενθὴς dicitur, extensè & longè profundus. Conf. *jucundus, facundus, &c.*

8. A φανὸς, ὁ, lucidus, splendidus, it. substantivè: laterna, lampas, fax. In qua signif. scrib. & πανὸς, §. 223. Et apud Aristoph. sic dic. delator, accusator; nobis est Græc. *Faunus* & *Pan*, it. *fanum*, arg. τῶν φανῶν apud Eurip. Horumque intuitu *profanus* est ipsissimum Græc. προφανὴς, conspicuus, manifestus, apertus. Et quemadmodum φαναὶ Hesychio dicuntur ἐλλάμψεις, ita à πανοὶ nobis sunt Hebr. PANIM, i. facies, aspectus, conspectus, superficies, & hinc PANAH, aspexit.

9. Πρόβατον, quod etiam dic. προβάτημα, pecus, ovis, à προβαίνω, eò quod non retrogradi, sicut alce; sed procedere solet pascendo.

10. A προβοσκὶς est Lat. *proboscis*, dein *promuscis*, & tandem *promulsis*, §.179.

11. Πρὸ ποδὸς, ante pedem, it. in promptu, ad manus, contractum fuit à Latinis in obsol. *propis*, unde adhuc in usu est *prope*, cujus compos. *propeter* per sync. abit in *propter*, §.368.

12. A προτέλειον, q. d. tyrocinium & initiativum, & generaliter omne primordium rei divinæ faciendæ, est Lat. *protelum*.

13. A πρότροπος, qui suâ sponte citatus aliquid facit, antequam incitetur ab aliis, est Lat. *protervus*, Ital. *protervo*. Dicitur & πρότροπος οἶνος, unde Lat. *protropum*, sc. vinum, i. mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ; hinc Ital. *broda, brodo*, & *brodetto*, Ven. *bruo*, & *bruetto*, Gall. *broüet*, Angl. *broth*, Belg. *bruWet, bruWe, broeye*, Germ. *brübe*, i. jusculum: & *brodel*, i. colluvies.

395 Idem videmus & in verbis quibusdam, ut:

1. Προδόω, pro quo in usu προδίδωμι, à Latinis conservatur in *prodo*.

2. A προμάω, qs. prometo, est Lat. *promo*, unde *promus*. Conf. premo, demo, &c.

3. A προφέρω, in medium affero, exhibeo, propono, fit Lat. *profero*, Ital. *proferire*: Verùm quando neutraliter signat anteeo, antecello, tum fit exinde Lat. *propero*, unde Latini poëtæ nomen *Propertius*, * i. excellens. Et quando significat allego, cito, à Latinis contractum fuit in *probro*, & r ejecto, *probo*, unde *probatus*, & per sync. *probus*, juxta §.168. Conf. & *probus* in §.164. Et demum quando idem est quod crimini objicio, etiamnum *properare* Latinos olim dixisse argumento est ex eo ductum *properium*, contr. *probrum*, Ital. *probbio*.

* A *Propertius* corruptum esse puto prænomen *Rupertus*, Ital. *Berto*, & *Bertuccio*, Gall. *Robbert*, Germ. *Ruprecht*, & *Ruep*. Alij pro eod. dicere amant *Aribertus*, & *Albertus*, Germ. *Albrecht*, it. *Heribertus*, & *HerWart*, prænobilis ibidem familiæ cognomen.

Πρὸ variâ afficitur antithesi, & metathesi in seqq. ut:

396 1. Πρόφορος, humor cruentus, & aquosus inter membranas, quibus fœtus continetur; mutatur primò in βόρβορος, cœnum, limus, it. sordes, unde non solum Syror. FARFAR, seu PHARPHAR, 4. Reg. c.5. fluvius Damascum alluens, it. *Farfarus*, seu *Fabaris*, hod. *Farva*, itid. fluvius, qui per Sabinos transit: Sed etiam Lat. *furfuris*, & h. *furfur*, nec non Gall. *bourbe*, & *bourbier*, i. cœnum, lutum, it. Græc. βορβορίζω, i. cœnum refero, it. cœno inquino: unde iterum βορβορύζω, strepitum edo, pro quo etiam dic. κορκορυγέω, sicut κορκορυγὴ, & κορκορυγμὸς dicuntur pro βορβορυγὴ, & βορβορυγμὸς, intestinorum tumultus & strepitus.

2. Idem πρόφορος etiamnum mutatur in πορφύρα, i. genus conchæ maritimæ, unde Lat. *purpura*, Ital. *porpora*, Hisp. *purpura*, Gall. *pourpre*, Angl. *purple*, Belg. & Germ. *purper*.

3. Ab

3. Ab hujus deriv. πορφυρίων, ονος, ὁ, avis nomen à purpureo rostri rubore sic dictæ, est Lat. *porphyrio*, Hisp. *porphirio*, & *perfirion*, Gall. *porphirion*; Italis autem mediante prosthesi literæ singularis *sparviere*, unde iterum Gall. *esprevier*, Angl. *a sparrow-hawk*, & *spar-hawk*, Belg. *sperwer*, Germ. *sperber*, id quod quam proximè accedit ad Lat. *perperus* ex παράπειρος, quæ vid. §. 381. 6. A Gall. *esprevier*, est quoque Angl. *sprewise*, al. *pewit*, i. vanellus, & Belg. *spreeuw*, i. sturnus.

4. Latinorum *properatus* contrah. in *properus*, juxta §. 168. Vide & *præproperus*, §. 384. & 388.

5. A προάγω (§. 376.) deduco, perduco, promoveo, proveho, it. impello, incito, stimulo, &c. est Ital. *frugo*, *frugare*, *frugolare*, & *frullare*, unde Hisp. *hurgar*, Gall. *fourgonner*, *farfoüiller*, & *foüiller*. Ab Ital. *frugare* est Belg. *vraeghen*, & Germ. *fragen*. A Gall. *foüiller* autem Angl. *to feel*, *feale*, & *fele*, Belg. *voelen*, Germ. *fühlen*, i. sentire, explorare, palpare.

6. A προβύω, emungo, it. mundo, purgo, est Ital. *forbo*, *forbire*. Προβύσαι τὸν λύχνον, emungere lychnum ardentem, & ellychnium promovere.

7. A πρόπολις, pars ea urbis, quæ in ipso statim aditu occurrit, est Germ. *Purpel*, quo nomine primi accolæ vocarunt suburbium ad Sancti Goaris oppidum in Rheni ripa situm.

8. A προάστειον, poët. προάστιον, suburbium, est Lat. *proastium*, unde nomen habere reor Britonum *Brestum*, vulgò *Brest*.

9. Sic προαύλιον, aulæ vestibulum, est Venetorum *Broglio*, i. locus ante palatium Principis ob nobilium deambulationem conspicuus: hinc *imbrogliare*, & per aph. *brogliare*, unde *imbroglio*, & *broglio*, quod Angli reddunt *a broyl*, i. tumultus.

10. A πρόπας, αντος, universus, totus, videtur esse *Brabantia*, Ital. *Brabante* (tanquam à *Brabas*) Germ. *Brabant*. Quemadmodum *Lepanto*, olim Naupactum, vocatur à λέπας, αντος, i. promontorium, rupes.

11. Eodem modo quo à προέχω fit προοχὴ, prominens, substantivè, ut apud Tac. *in littoris prominenti*: Ita à προχέω, προχοὴ, vel προχόν, i. ostium, quo fluvius in mare effunditur, est Lat. *porca*: Quando verò προχόν, seu προχοὴ gutturnium signif. sive vas aquarium, quo aqua manibus datur, tum formatur exinde Ital. *brocca*. Conf. quæ ad §. 361.

12. A προπάτωρ, i. avus, it. progenitor, derivo per apoc. Ital. *barba*, & *barbano*, i. patruus, it. *barba* apud Venetos, quando sum. pro titulo pauperum honestiorum, & seniorum. Quode leg. Ferr. Orig. ling. Ital.

Πρὸ nonnunquam mutat, & interdum perdit vocalem, ut: 397

1. Πρίαμαι, emo, it. redimo, it. conduco, nobis est à πρὸ & ἀμάω, unde Lat. *emo*, de quo inferius.

2. Προμολὴ, in ædibus dic. vestibulum, per quod patet aditus: In montibus autem προμολαὶ dicuntur eminentiæ, & cacumina in altum assurgentia, unde *Primolano* in alpibus tyrolensibus, eâdem vocis productione, quâ *Pampelona* prope Pyrenæos, olim *Pompejopolis*, Navarræ caput, vel ex hujus corruptione, vel ex antiquiori ἀπεμπολὴ, i. venditio, nundinatio, negotiatio, nomen contraxisse autumo. Sic *Carcassona* nunc dierum dicitur, quæ olim *Carcassum*, Galliæ Narbonensis oppidum.

3. A προῤῥέω, aut προρέω, profluo, est Lat. *prurio*.

4. A προτιμάω, pluris facio, majoris æstimo, profero, antepono, it. rationem habeo, curo, est Lat. *præmior*, unde *præmium*, προτίμιον, * sicut ab æstimo, *æstimium*.

* Idem τι abjicitur quoque in ποίτινος, quod dic. pro ποινήτινος, remunerator, unde nobis *Pœnus*.

5. Quomodo ab ἔνοικος, inquilinus, est ἐνοίκιος, & h. ἐνοίκιον, merces domus conductæ; ita à πρόοικος, propinquus, est in Epigr. προίκιος χάρις, gratia à propinquo procedens, id quod contractum fuit in προὶξ, & per synær. προῖξ, κὸς, ἡ, dos, & donum. Hinc

Hinc præsumitur esse Lat. obsol. *prex*, *precis*, & in plur. *preces*, unde *precari*, Ital. *pregare*, Gall. *prier*, Angl. *to pray*, Belg. *vryen*, Germ. *freyen*, i. ambire puellam.

6. Πρὸ & ἕω, mitto, coalescit in φρέω, emitto, unde per metath. Græc. φέρω, Lat. *fero*, Belg. *voeren*, Germ. *führen*. Ex eod. fluit (1) φρέαρ, puteus, it. (2) φράτηρ, vel φρατὴρ, Lat. *frater*, Ital. *frate*, *frà*, & *fratello*, Hisp. *frayle*, & *flayre*, Gall. *frere*, Angl. *a frier*, & *a brother*, Belg. *broeder*, Germ. *bruder*; & (3) à φρατὴρ, φρατρία, seu φατρία, curia. Item (4) φόρτος, ὁ, onus, unde Lat. *porto*, *as*, Ital. *portare*, Hisp. *portar*, Gall. *porter*, à cujus supino *portè*, derivo Angl. *i brought*, & Germ. *bracht*, i. tuli.

7. A πρὸ ἕπω est πρέπω, decorus sum, conspicuus sum, excello, à cujus partic. πρέπον, quod decet & convenit, decorum cujusque rei, est Lat. *verbum*, i. ἀξίωμα. Quemadmodum ab ἀπρεπὴς, indecens, indecorus, est Lat. *verpus*: *Verpa* autem dixerim esse ἀπρέπεια, status indecorus, vel contra decorum.

8. Latinorum *providens* rectè contrahitur in *prudens*, à cujus ablat. *prudente* Itali fecere *prode*, & *pro*, * in *prode huomo*, i. vir præstans & fortis, unde Gall. *preux*, i. fortis, strenuus, generosus, it. *prud'homme*, & *femme prude*, & simpl. *une preude*, seu *prude*, i. herois, unde ipsis iterum *brud*, & *bru*, i. nurus; it. *une brode*, i. fæmina aquilina, fusca, seu maura: Anglis autem *a bride*, i. sponsa, in quo sensu Belgis quoque *bruyd*, & *bruyt*, Germ. *braut*, id.

Præterea habent exinde Angli *proud*, i. superbus, fastuosus, arrogans, unde *proud flesh*, caro tumida & inflata, & *a proud bitch*, canis catuliens, in Venerem pruriens, quod Galli (in Richeleti diction.) reddunt *brout*, & *brouter*, Germ. *brust*, & *brunst*, i. cervi pruritus. Nec dubito, quin ex eod. Gall. *brouter* sit Angl. *brouwde*, Belg. *brueden*, seu *broeden*, Germ. *brüten*, i. incubare ovis, l. pullis.

* Sic *sapiente* Italis contrah. in *savio*, & h. *saggio*, ab illo est Hisp. *savio*; ab hoc autem Gall. & Angl. *sage*.

Pari modo *Serpente* ab Italis redigitur in *serpe*.

Sic *surgente* sc. aqua Gallis abit in *source*, unde *sursus*, apud Dom. Magri, Angl. *a surge*, & h. Germ. *sor*, i. scaturigo, apud Schottel. it. *sorge*, & *sorgenvoll*, ab Angl. *full of surges*, i. æstuosus.

Clemente Italis & Hisp. contrahitur in *calma*, Gall. *calme*, Angl. *calm*, & *calmness*, i. malacia, seu maris tranquillitas.

398 Πρὸ tandem penitus abjicitur in 1. Πύλαιος, quod dic. pro προπύλαιος, qui extra portam est.

2. *Fateor* ducam à προφητεύω, i. vaticinor: quomodo *pousser* Galli dicunt à *propulsare*. Et Florentini *fondo* pro *profondo*, à Lat. *profundus*, §. 394. Sic Plaut. in Mil. Meus illic homo est, deturbabo jam ego illum de *pugnaculis*, i. e. propugnaculis.

3. A πορφύρα, §. 396. fit πορφυρέω, colore nigrico, vel rubeo, unde πορφύρω, quod idem, it. activè, purpureo colore perfundo. Hinc fluit φύρω, perfundo, rigo, it. misceo, commisceo, it. inquino, fœdo. Interdum signif. macero, subigo, it. pinso; unde iterum φυράω itidem misceo, it. macero, subigo, pinso; & φορύω, etiamnum pinso, subigo, it. misceo, turbo, it. fœdo, polluo.

4. Κόττη, caput; & κοττὶς, occiput, originem sumunt à προκόττα, species quædam tonsuræ, cum anterior capitis pars crinita relinquitur, occiput raditur; hoc autem ex accus. προκοπίδα, à προκοπὶς, cæsaries: à cujus inusitato cognato πρόκομμα fluit quoque Græc. κόμη, Dor. κόμα, Lat. *coma*, Ital. *coma*, & *chioma*.

5. *Schutte*, Insula in Danubio prope Posonium, nacta est nomen hoc à προχύτη νῆσος, i. terra avulsa à continente & insula facta; qualis *Prochyta* (vulgò *Procida*) fuit insula in sinu Puteolano.

6. Idem factum esse censeo in πρωθήβης, ου, ὁ, seu πρώθηβος, ου, ὁ κ ἡ, qui vel quæ primos pubertatis annos agit, seu ingreditur: unde nomen habere videtur *Thebe*, virgo quædam in poëtarum fabulis nominata. Conf. & *Thebarum* etymon ex §. 339.

7. Ne-

7. Neque Hebræorum SCHAMAIM, i. cœli, cœlorum, ex §.123. æquius ἔτυμον habere poteſt, quam Græc. πρόσχημα, i. prætextus, color, velamentum, ſpecies, it. ſpecies magnifica, auguſta ſpecies rei alicujus & viſenda, inſigne decus & ornamentum. Ab hoc vel ab ejus ſimplici σχῆμα, i. ſpecies, lubet quoque ducere eorund. SCHÆMÆS, i. Sol, tanquam à σχήματι, ex §.280. & ſeq. ſicut ÆRÆZ, i. terra, ab ἔραζε, §.285. pro quo, σ abjecto, etiam dic. CHAMAH, i. Sol, apud Gaffarell. p. 210.

CAPUT XX.

Περὶ ſua quoque nos invitat enucleare compoſita, quæ quidem ſcitu ſunt digniſſima, ut: 399

1. Περιπετὴς, qui incidit (unde περιπέτεια, converſio, it. caſuum varietas, it. caſus fortuitus; ſumitur & in bon. part. pro admiranda, & rara fortuna) à Latinis enunciatur *perpetis*, unde *perpes*, & *perpetuus* (Ital. *perpetuo*, Hiſp. *perpetuo*, & *perpetual*, Gall. *perpetuel*, Angl. *perpetual*) cujus nominis Conſul quidam fuit cum Corneliano.

2. A περίδινος, ſive περιδινὴς, qui vortice circumagitur, fit περιδινοεικὴς, unde Lat. *pernicis*, & h. *pernix*, pro veloce.

3. A περιτίω, vehementer honoro, & colo, eſt Lat. obſol. *pretio*, unde *pretium*, τιμὴ, Ital. *prezzo*, Hiſp. *precio*, & *prez*, Gall. *prix*, Angl. *price*, Belg. *prys*, Germ. *preis*. Conf. *æſtimium* ab æſtimo, §.397.

4. A περιαμάω, circumcirca meto, ſeu demeto, eſt Lat. *premo*. Conf. ſumo, demo, promo, s.l.

5. A περιγανέω, ῶ, lætitiâ & voluptate circumfundo eſt Lat. *prægno*, Ital. *impregnare*.

6. A περιθέω, circumcurro, eſt Græc. πέρθω, diruo, privo, vaſto, depopulor, perimo, trucido, unde per antith. μέρθω, privo, & per metath. πρήθω, (nî rectius à πυρόω) uro: Nec non Lat. *perdo*, Ital. *perdere*, Hiſp. *perder*, Gall. *perdre*. Leg. Voſſ. in h.l. Ab ejus verbali πέρσις, εως, ἡ, vaſtatio, expugnatio, nobis eſt quoque πέρσις, ιδος, ἡ, regio hujus nominis, unde πέρσης, *Perſa*, ex ead. oriundus. It. περσικὸς, & quidem περσικὸς ὄρνις, quomodo §.377. Ariſtophani *pavo* dicitur. Ex quo iterum Italis color quidam dic. *perſo*, Gall. *pers*, Belg. *peerſch*. Græcis autem exinde per ſync. fit πέρκος, & περκνὸς, ὁ, niger, it. nigris diſtinctus maculis, varius, ſubintelligitur enim ἵεραξ, accipiter, quemadmodum adhuc Germ. dicunt *birck-haan*. Sic πέρκη, ſive περκὶς, dic. piſcis quidam, quod nigris maculis ſit varius; Lat. *perca*, Hiſp. *perſico*, & *bize*, Gall. *la perche*, Angl. *a perch*, Belg. *baers*, Germ. *barſche*. Ab hujus genit. περκίδος denuò eruitur πέρδικος, unde Græc. πέρδιξ, ὁ, ἡ, *perdix*, avis, Ital. *pernice*, Hiſp. *perdiz*, Gall. *perdrix*, & *perdreau*, Angl. *a petrige*, & *patridge*, Belg. *perdrys*, *partrys*, & *patrys*: eadem Gallis etiam voc. *arbenne*, qs. arabienne.

A περσικὸς præterea dicitur *malum perſicum*, unde Ital. *perſico*, & *peſca*, Hiſp. *perſego*, & *alverchiga*, Gall. *peſche*, it. *alberge*, & *auberge*, i. perſicum duracinum, Angl. *a peach*, Belg. *perſick*, *peerkel*, *perkel*, & *perſe*, Germ. *pferſich*. Herba autem *perſicaria*, & *perſa*, Belg. *perſekruyd*, & *perſick-kruyd*.

7. *Prægutius* à περιγαθὴς, vid. §.383.

8. Περίκουροι dicuntur, qui in bello circumcluſi & capti fuere, à περίκουρος, i. circumtonſus (quomodo Virginiani dicuntur *ſemitonſi*) Et hinc forſitan nomen traxere (1) *Baracura*, ſive Βαράκουρα, hodie *Bangala*, apud Car. Steph. emporium Indiæ extra Gangem. Nec non (2) *Paraquaria* (*Berquara* in Atlant. min. p.142.) in America. Niſi malis à παρακαίριος, intempeſtivus, it. immodicus, &c.

9. A περικοπὴ, circumciſura, qua quippiam in orbem truncatur, nomen eſt adepta Tartarorum regia *Percope*, vulgò *Præcop*, unde *Præcopenſes* audiunt. Itali verò exinde fecere *perucca*, Hiſp. *perruca*, Gall. *perruque*, Angl. *a periwig*, Belg. *perruycke*,

ruycke, *perhuycke*, Germ. *perucke*, ſeu *barucken*. Significant enim περικοπαὶ facultates, ſeu ſarcinas, & apparatum hominis ſuperfluum: Cl. Ferrario placet eſſe à *Pilucca*; aliis à πηνίκη, quod vid. §.223. Conf. & προκοπὶς, cæſaries, ex §.398.

10. A περιφερὴς, rotundus, orbicularis, eſt Lat. *verberis*, & h. *verber*, * à περιφέρω (*verbero*) circumago, roto, in diverſum & contrarium fero, revolvo, redigo, &c. A περιφέρεια, ἡ, autem, quando de erroribus mentis dicitur, fit Indorum BERIBERI, i. morbus quidam in Lex. Med. deſcriptus.

* Eodem modo *papaver* eſt à *papaveris* (Ital. *papavero*, Gall. *pavot*, Angl. *poppy*) quod à παπποφόρος, ſicut dic. κωνοφόρος, conifer, &c. πάππος enim eſt lanugo carduorum, ſeu flos qui lanuginoſus eſt.

11. A περιήκης, acutus, admodum acutus, vel rectius ab ejus plur. neutr. περιήκεα, η, τὰ, eſt Lat. & Ital. *verruca*, i. locus in monte editior; à cujus ſimil. tubercula in corpore eminentia ſine ſenſu *verrucæ* appellantur, Hiſp. *verruga*, & *berruga*, Gall. *verrüe*, Angl. *a wart*, Belg. *een warte*, *oft wratte*, Germ. *wrat*, & *wartze*. Conf. Belg. *lickdoorn* à licorne ex §.133.

12. Sic Lat. *virga*, Ital. & Hiſp. *verga*, & *vara*, Gall. *verge*, eſt à plur. * περιηγέα, ῆ, τὰ, à περιηγὴς, idem quod περιφερὴς, circumactilis. *Vergo* autem Latinorum eſt à περιάγω, circumago, verſo, it. converto, &c.

* A plurali & quidem neutr. generis non pauca formantur ſubſtantiva in a, ut:

(1) ἡρῷον, ȣ, τὸ, monumentum, ſive fanum heroi conſtructum, vulgatur in ἠρίον, itid. monumentum & ſepulchrum, à cujus plur. ἠρία, τὰ, ſunt Lat. *ariæ*, i. mortuorum pulvinaria; ab illo autem Hebr. ARON, i. arca, capſa, loculus, feretrum.

(2) *Larva* à λόφȣρα, τὰ, i. animalia, quæ caudam habent, & ſetas in cervice erectas in modum criſtæ.

(3) Ab ὕδατα, ὕδεα, ὕδη, τὰ, fit per epenth. Lat. *unda*, Ital. *onda*, Hiſp. *onda*, & *ola*, ab illo eſt Gall. *onde*; ad hoc autem Belg. & Germ. *welle*. Conf. *longus*, ex §.333. it. *roſa* à ῥόδα, τὰ, §.386. it. *ſura*, §.341.

(4) Πίσος, εος, τὸ, locus humectus & irriguus, hortus, pratum, facit πίσεα, η, τὰ, unde Piſa ſc. χώρα, it. fons, & civitas in Elide: Et ob eandem rationem *Piſæ*, *arum*, Urbs & Univerſitas Thuſciæ, vulgò *Piſa*; nec non Germ. *wieſe*, i. pratum.

(5) Idem facere Italis non infrequens eſt, v. g. φιλακτήρια, τὰ, Ital. *filateria*, unde *filatera*, Gall. *flaterie*, & *flatter*.

Sic (6) à Lat. *inſignia* eſt Ital. *inſegna*, Gall. *enſeigne*, Angl. *enſign*. Et à Lat. *phalangia*, Ital. *langa*, quod vid. §.355.

(7) A Lat. *lenocinia*, Ital. *luſinga*, Hiſp. *liſonja*. Item à Lat. *mirabilia*, Ital. *meraviglia*, & *maraviglia*, Hiſp. *maravilla*, Gall. *merveille*, Angl. *marvel*, Germ. *mähr*, & *mährlein*, i. fabula. Sic à Lat. *puerilia*, Ital. & Hiſp. *burla*, Gall. *burle*. Conf. *faba*, §.72. *pecora*, §.238. & *præbenda*, §.382.

13. *Verriculum* eſt à περίκυκλον, * à περικυκλέω, circundo, cingo, in circulum concludo.

* Sic *Seculum* ducimus à χρυσεόκυκλον, id eſt, aureum habens circulum. Et *poculum*, niſi cum Voſſio à *potaculum*, erit ab ὑπόκυκλον, de quo in Princ. Philol. noſtro. Conf. & *oculus* ab ἔγκυκλος, in §. 61.

400 Περὶ interdum patitur aphæreſin, ut:

1. Περιαδέω, circumquaque cano, qs. circumcino, hinc Lat. *rideo* (Ital. *ridere*, Hiſp. *reyr*, Gall. *rire*) & *riſus* (Ital. *riſo*, Hiſp. *riſa*, Gall. *ris*) à περίασις, q. d. circumcentus, vel circumſonantia.

Imò à περιᾴδω, non ineptè fit Bœoticum κριαδέω, i. rideo, unde Ital. *grido*, & *gridare*, Hiſp. *gritar*, Gall. *crier*, Angl. *to cry*, Belg. *ſchreyen*, Germ. *ſchreien*; niſi hæc malis à Lat. *quirito*. Item Græc. κρίζω, ſtrido, ſtrideo, ſtridorem edo, unde

Belg.

Belg. *Kryschen*, Germ. *Kreischen*.

2. A περιάγω, circumduco, circumago, it. verso, lustro, it. converto, it. redigo, afficio tandem, it. retorqueo, sunt

(1) Græc. ῥιγέω, horreo, & ῥιγόω, algeo.

(2) Lat. *frigeo*, & *rigeo*, unde *frigus*, & *rigor*.

(3) Græc. βρέχω, madefacio, macero, &

(4) Lat. *rigo*, *irrigo*, *&c*. Conf. & *vergo* ex §. 399.

3. A περιάγω, & περιαγνύω, circumfringo, contorqueo, fit quoque ῥήγω, ῥήσσω, ῥάγω, & ῥηγνύω, rumpo, & h. Lat. *frago*, *frango*, Ital. *frangere*, *fragnere*, & *fraccare*, Angl. *to break*, Belg. *breken*, Germ. *brechen*, tanquam à βράχω, §. 380.

4. A περιλείπω est Lat. *relinquo*, reliquum facio, & à περίλειπος, *reliquus*, i. superstes. A *reliquus* sunt *reliquiæ*, apud Dom. Magri. Ital. *reliquia*, & Flor. *orliquia*, *orliqua*, & *orlique*, Hisp. *reliquia*, & *reliquias*, Gall. *relique*, & in plur. *reliques*, Angl. *relicks*, unde per aphæresin * Belg. *lyck*, Germ. *leiche*, i. funus, it. *oleibe*, i. reliquiæ, à jam dicto Flor. seu Ital. *orlique*. Belgæ præterea ab accus. vulgari *reliquiam*, faciunt *lichaem*, ** quod Germ. per epenth. reddunt *leichnam*, i. cadaver, seu corpus hominis mortui.

* Similem aphær. observes velim in §. 361. ubi à rapport, *Word:* Et à *reward*, *Worth* ducitur. Ita Ter. in Eunuch. *dum hæc puto*, inquit, pro reputo.

** Sic Germani *podagram* dicunt pro podagra. Et Itali §. 75. *speme* ab accus. *spem*.

5. A περιωτάλτιος, id est, ὁ περὶ τὰ ὦτα λάσιος, circum aures hirsutus, nomen contraxisse suspicor Illustrem in Germania familiam *Rietesel*.

6. A περιφανής, valde conspicuus, valde lucens, dicitur *Riphæus* mons in Arcadia: Sunt *Riphæi* quoque montes in Asia, sive Scythia, quos Græci ad illius differentiam ῥίπαια ὄρη vocant. Conf. Ὄλυμπος, §. 223.

7. A περικρατὴς, i. compos, ortum traxisse videtur, *Ricardus*, diversorum Angliæ regum nomen, Ital. *Ricaredo*, Germ. *Reichart*.

8. Eandem figuram admittit & περαίας, ου, ὁ, piscis ex genere capitonum; dum exinde fit Lat. *raia*, Ital. *raia*, & *raggia*, Hisp. *raya*, Gall. *raye*, Angl. *a ray*; Græcis βάτος, i. rubus, appellatur.

Περὶ in compositis unam vel alteram vocalem nonnunquam per sync. abjicit, & 401
aliquando totum abjicitur, ut:

1. Περιουσία, abundantia, copia, unde περουσία, Lat. *Perusia*, Ital. *Perugia*, Gall. *Perouse*, celebris propter studia, quæ ibi florent, in Italia urbs. Item *Prusia*, al. *Prusa* sub Hippio monte, corruptè *Bource*, olim Chios appellata.

2. A περίβολος, ου, ὁ, ambitus, septum, est Ital. *perbio*, *pergolo*, * & *pergamo*.

* β, nec non Lat. b, & v facile apud Italos mutantur in g, ut: A rubus, *rovo*, & *rogo*, unde Belg. & Germ. *roch*, piscis qui Græcis βάτος in §. antecedente.

A rubeus, *robbio*, *roggio*, & *rosso*, Hisp. *rojo*, Gall. *rouge*, *roux*.

A parvulus, *parvolo*, & hinc *pargolo*.

A serviens, *servente*, & h. *sergente*, Hisp. *sargento*, Gall. *sergent*, Angl. *a serjeant*, Belg. *sergeant*, & *schergeant*, Germ. *scharschant*, & *scherge*, i. apparitor, lictor. Conf. & *golpe* pro volpe, §. 43. it. *sor* à surgente, §. 397.

3. A περίστυλον, seu περιστύλιον, Lat. *peristylium*, locus columnis cinctus, autumo esse Angl. *Pristolium*, corrupt. *Bristolium*, seu *Bristolia*, vulgò *Bristol*, & *Bristow*.

4. *Coptos*, urbs Thebaidis, unde *Copti*, hodie *Cophthitæ*, nomen agnoscit à περίκοπτος, circumcisus, vel circumcirca tonsus. Ab ejus cognato περικοπὴ (ex §. 399.) autem *Copycz*, Russiæ Lithuaniæ oppidum.

CA-

CAPUT XXI.

402 PArticulis modo dictis, ceu sunt: περὶ & ποτὶ si præfixeris trium personarum notulas ex antecedentibus notas

ἀ, * ὐ, ἐ,

nova enascetur vocabulorum messis, quam tibi hic sedulò colligendam præbeo.

* ἀ locum occupasse τῦ ὠ disce sîs ex Princ. Philol. n. p. 96. Conf. & §§. 30. & 119.

ω præterea à Doriensibus in α mutatur in quinta declin. simpl. ut: Ποσειδᾶν, pro ποσειδῶν, ῶνος, ὁ. Sic ἄλλαν dicunt pro ἄλλων; παγᾶν pro πηγῶν, & pro πασῶν, πασᾶν, de quo suo loco plura.

Tum etiam in participiis, quæ ω habent; sic κοινάσων dic. pro κοινώσων, & id genus alia.

403 Ἀπερὶ & ἀπὲρ amplius quidem apud Græcos, quod sciam, non reperiuntur; Verùm in Festo lego obsoletum, quod exinde duco, Lat. *apor*, i. apud.

404 Ἀποτὶ Poëtæ mutavere in ἀπαὶ, prosæ scriptores autem in ἀπὸ, per apocopen, & est præpositio solum genitivum regens, jungiturque propriè inanimatis, ut παρὰ animatis. Significationes ejus sunt: a, e, de, præ, per & post: In compositione verò: intro, intus, & inter, ubi interdum vocis significatum auget, v. g.

1. Ἄποξυς, acuminatus, mucronatus, in mucronem fastigiatus, unde Lat. *apicis*, & h. *apex*, Ital. *apice*, à cujus plur. *apici*, per aph. *pizzi*, sunt Germ. *spitze*, & *spitzen*, i. cuspis, it. apex. Conf. ἔυδοκος pro ἔυδοξος, §. 54.

2. Ab ἀφύω (ex ἀπὸ & ὕω, pluo, irrigo, pluviâ perfundo, unde ὕης, pluvius, it. Jupiter, & ὕη, Semele, it. pluvia) haurio, hauriendo promo; Vossio rectè formatur ἀφύη, & h. Lat. *aqua*, Ital. *acqua*, Hisp. *agua*, Gall. *eau*, Germ. olim *ach*, & *aha*; * quomodo & Græci ex ἀφύη formant ἄχα, unde ἀχελῶος, de quo leg. quod Voss. ex Scaligero affert. Conf. & ἔλαχος ab ἔλαφος, §. 163.

* Kilianus in Nomenclat. regionum, &c. inquit: Nomina fluviorum Germanicorum pleraque in *aha* desinunt, ut: *Kantaha*, *Schiltaha*, *Wolfaha*, &c.

Sic nomina urbium ab aquis desumta à diversis gentibus diversimodè enunciantur, ut: *Aquilegia*, Ital. *Aquilea*, Germ. *Aglar*, apud Dasypod.

Aquæ Allobrogum, Italis *Acqui*. Aquæ Sextiæ, Gall. *Aix*, Hisp. *esse*. *Aquisgranum*, quod & simpliciter *Aquæ* dicitur, Germ. *Aken*, Gall. *Aix la Chapelle*, Ital. *Aquisgrano*, Hisp. *Tisgrana*.

Sic *Ruffach* Germani dicunt à *Rubeâ aquâ*, quæ Latinis *Rubeaquum*, corruptè *Rufacum*, Hisp. *Ruffaque*, Gall. *Ruffac*, Alsatiæ civitas. Et alia Thuringiæ, quæ Latinis *Isennacum*, (natale solum!) Germanis *Eisennach*, ab *aqua ferrea* (ferrum enim ipsis *eisen* signat) quæ urbem illam interluit, rubiginem, seu colorem ferrugineum refert, ferrique fodinas in ejusdem urbis vicinitate indicat. Conf. & *Bibacum*, ex §. 75.

3. Ab ἀποφύω, surculum emitto, enasci facio, est ἀποφυὴς, contr. ἀπφὺς, ύος, ὁ, pater, unde (π ejecto, sicut in ἄπνυς) Lat. *avus*, Ital. *avo*, & *avolo*, Hisp. *abuelo*, & *aguelo*, Gall. *ayeul*, Belg. *eye*, i. socer. Est præterea ab ἀπφὺς, per metath. Græc. πάππος, & Lat. *pappus*, quo de leg. Voss. Ab ἀπφὰ, autem Hebr. AB, & ABBA, quod prænominis loco ponitur in ABIMELECH, i. Pater meus rex; communis appellatio regum Philisteæ gentis. Conf. & ἐυφυὴς, §. 74. Sic *Abenephius*, cujus fit mentio apud Kircher. Tom. 1. p. 334. componitur ex *Ab* & *Anaphæus*, de quo infra s. l.

4. Ab ἀποδόω, pro quo in usu ἀποδίδωμι, reddo, retribuo, persolvo, it. tribuo, it. do, edo, promo, &c. est Lat. *pendo*, *is*, & exinde neutrum *pendeo*, *es*. Quemadmodum ab ἀπόδοσις, redditio, retributio, persolutio, it. venditio, &c. est Lat. *pondosis*,

desis, pòst *ponderis*, unde *pondus*, & *ponderare*; nec non per apoc. *pondo*, Angl. *a pownd*, Belg. *pond*, Germ. *pfund*. Conf. §.390.

5. Ἀποπυρόω, idem est cum πυρόω, igne infesto, inflammo, it. torreo, uro, it. igne probo & purgo.

6. Ab ἀποσυλάω, deprædor, depeculor, it. spoliando aufero, seu eripio, est Lat. *spolio*, unde *spolium*, Ital. *spoglio*, & *spoglie*, Hisp. *despojo*, & *despojos*, Gall. *despoüille*, Angl. *spoil*; sicut à præsepire, *præsepium*; à præsidere, *præsidium*, & sim.

7. Ἄειρος, pro ἄπειρος, verbi ἀείρω, pro ἀπείρω, i. συμπλέκω, copulo, conjungo, nobis est ἄορ, mulier, & ὄαρ, contr. ὦρ, uxor, conjunx, cujus compos. συνήορος, videbis inferius, s. l. Ab ἀπείρω autem est Græc. πείρω, transadigo, transfigo, transfodio, it. neutr. transeo, pertranseo.

8. Ἀποκεντέω, transfigo, transfodio, contrah. in ἀκεντέω, unde ἄκων, & ἄκκς, οντος, ὁ, jaculum. Hinc Lat. *acus*, Ital. *aco*, & *ago*, Germ. *haak*; & ab ejus dim. *acucula*, Ital. *aguglia*, & *guglia*, Hisp. *aguia*, Gall. *aiguille*, & *esguille*, it. *aiguillon*, unde Belg. *eghel*, seu *ighel*, Germ. *igel*, i. erinaceus. Vid. & *igle* §.238.

Ab ἄκοντος autem per aph. fit κοντὸς, ȣ, ὁ, Lat. *contus*, unde fortean Gall. *gond*, i. cardo: sicut à dim. *contula*, Ital. *gondola*, Gall. *gondole*, Germ. *gundel*. Exinde enim dicuntur κοντωτὰ πλοῖα, navigia contis instructa: seu quæ contis impelluntur, non remis, ut sunt minora, & actuaria.

Denuò ἀκεντέω contrahitur in ἀκέω, pro quo in usu est ἀκέομαι, sano, medeor, cujus derivata sunt ἀκὴ, mucro, cuspis, it. ἄκος, τὸ, medela. Ἀκέω tandem per aph. abit in κέω, findo, cubo, & uro, &c. cujus compos. ἐρείκω habes §.360. 2.

9. Ἀποσήπω, idem est quod σήπω, putrefacio, putredine vitio.

Ἀπὸ per apocopen iterum redactum fuit in ἀ, quod vocant ἐπιτατικὸν, v. g. 405

1. Ἄβιος, valde robustus, ex ἀ & βία, vis: it. dives & longævus, ex ἀ & βίος, vita. Ab illo nomen habere videtur *Abia*, Herculis filia, Hylli nutrix, quæ in Iram civitatem secedens, eam de suo nomine *Abiam* appellavit, ibique fanum ejusdem nominis condidit.

2. Ἀπνεὴς, valde spirans. Vid. & ἄπνȣς, §.7. & εὔπνȣς, §.63.

3. Ἀχανὴς, qui immani hiatu os diducit, unde Græc. χὴν, νὸς, ὁ, ἡ, anser; & Lat. *canis*; nisi malis à κυνὸς, cujus nominat. κύων, corrupte dic. pro ὠκύνων, i. accelerans, festinans; canemque significat. Hinc Ital. *cane*, Gall. *chien*, quorum *chien de haut nez* (id est, *qui flaire aisément la beste*, *qui en reçoit beaucoup de vent*, apud Philib. Monet, & in Widerholdi Diction. *ein spürhund der guten vvind hat*) transit in Germ. *schind den hengst*, apud Matth. Schenck. & in Calep. *der Schindtenhengst*, i. aquilo: similiter bis in Dasypodio, & *Schindenhengst*, id. apud Levin. Huls.

4. Ἄσκιος, umbrosus, opacus, quod per metath. convertitur in σκαιὸς, id. it. lævus & sinister, it. occidentem versus situs, it. sinister, i. infaustus, it. ineptus, stolidus, unde & Lat. *scævus*, Germ. *scheef*. Nec non Græc. σκάζω, claudico, &c. & per epenth. σκαμβὸς, qui obliquus in latus procedit, obliquus, incurvus, distortus, it. varus; Unde Ital. *sghembo*: A σκαιὸς autem, sive Lat. *scævus*, Hisp. *sesgo*, *cesgo*, sive *cezgo*, i. obliquus. *Scævæ*, & per diminutionem *Scævolæ* olim dicebantur, qui sinistrâ dextræ loco uterentur, v. g. *Scæva*, miles Cæsaris fortissimus, de quo Lucan. lib. 5. Et *Scævola*, Q. Mutij cognomen inde tractum, quod ex quo in Porsenæ castris dextram exussisset, ejus loco sinistrâ fuerit usus.

5. Ἄξυλος, lignis plenus, ex quo nemo ligna petijt; unde Hebr. ASIL, sive ÆSCHÆL, i. nemus, arboretum, & Græc. ἄλσος, εος, τὸ, nemus, lucus, locus arboribus consitus, & Deo alicui consecratus. Exinde fit ἄλσιος (cujus compos. περιωτάλσιος vid. §. 400.) & per metath. λάσιος, quod propriè de loco dicitur, qui herbidus est, arboribusque & fruticibus consitus: Quando autem sum. pro hirsutus, hirtus, hispidus, & setosus, est à ταλάσιος, i. lanifex.

6. Ἄχιλος, pabulo abundans.

7. Ἀφορμὴ, idem quod ὁρμὴ, impetus, aggressio.

8. Ἀκόλουθος, (ex ἁ intens: & κέλευθος, via) pedissequus, comes, it. congruus, Lat. *acoluthus*, vulgò *acolutus*, & *acolytus*, Ital. *accolito*, quod e prolixè Dom. Magri.

9. Ex ἀκαρός, cerebrum, vel caput, contrah. ἄκρος, summus, extremus, it. summus, i. supremus, in summo positus, altus, & h. Lat. *carus*, Ital. & Hisp. *caro*, Gall. *cher*, Belg. *gheern*, & *gheren*, i. lubens. Germ. *gern*, i. libenter. Conf. *fern* à fuora, ad §. 274. *Carus* hinc vocabatur xxxviij. Imperator Rom. quomodo olim V. Assyrior. rex *Arius* ab ἄκριος, Jovis epith. Et *Aria*, Persiæ urbs & regio nomen habet ab ἀκρία Minerva. Sic Venus & Juno quoque dic. ἀκραίαι, ab ἀκραῖος, idem quod ἄκρος, unde denuò *Caranus*, primus Macedonum rex: Sicut & *Carinus* jam dicti *Cari* filius ab ἄκριος nomen est adeptus.

Ab ἄκριος, montanus, fit insuper Hebr. ARI, i. leo, & ARIEL, altaris nomen: nec non Græc. κριός, i. *aries*; hujusce verò vocis origo latet in genit. *arietis*, ab ὀρείτης, * monticola, unde est, quod à *monte* Itali animal hoc appellitent *montone*, Gall. *mouton*.

* Sic *aurichalcum* ab ὀρείχαλκον, i. æs montanum, quod e fusè Voss.

406 Latini ex ἀποτὶ suum fecere *apot*, contractè *at*, in *atavus*, quod e paullò inferius: pòst *apud*, & h. per sync. *ad*, Ital. *a*, & paragogicè *ad*, Hisp. & Gall. *à*, Angl. *at*, Belg. *tot* & *na*, unde Germ. *an* & *nach*, ut: *Bos apud acervum*; βοῦς ἐπὶ σωρῷ. *Bos ad præsepe*, βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. Conf. & *ad* ex §. 282. it. *aliud*, ex §. 152. Per alias figuras Itali ex *apud* fecere *appo*, unde Angl. & Belg. *by*, Germ. *bey*, ut:

1. *Ad fines alterius accedens* Latinis dic. *adfinis*, & per diplasiasm. *affinis*, Ital. *affine*. Hinc *Fines*, pro *Adfines*, Germ. *Pfin*, dicitur oppidulum dirutum in ripa Turi, uel Tauriæ, non procul à *Frauenfeld im Thurgau*. Ejusdemque originis sunt *Fenni*, corruptè *Phinni*, olim Germaniæ, nunc Sveciæ populi à Tacito descripti.

2. *Ad alterum*, sive alterius sc. torum verò sese conferens, vocabatur Latinis *adulterus*, per apoc. *adulter*, & *adultera*, Italis pariter atque Hisp. *adultero*, Gall. *adultere*, Angl. *an adulterer*.

3. *Adtubernalis*, seu *attubernalis*, sicut & *contubernalis*, & *contubernium* dicuntur à taberna.

4. Sic Itali dicunt *appo'l Rè*, i. apud Regem. Et Angli, *by the vvay*, i. apud viam. Belgæ *by de deure*, i. ad portam. Germani; *beymir*, i. apud me, domi.

407 *Ad* variè sumitur; diversimode mutatur: & nonnunquam etiam abijcitur, ut:

1. Pro *semi*, in *adapertus*, pro semiapertus.

2. Pro *ab*, in *adimo*, pro abemo ex ἀπαμάω.

Sic *adedo*, pro abedo. it. *adoro*, pro aboro, i. à Deo oro, vel ad Deum oro: Vel etiam ori admoveo sc. manum salutandi gratiâ; sicut *adpectoro* Plinius circumscripsit pectori admoveo.

3. Pro *valde*, in *approbus*, id est, valde probus.

Sic *adprimus*, unde adv. *apprimè*, & apud Hisp. per aph. *primo*, i. patruelis; nisi malis à Græc. πάροιμος, i. vicinus, sicut *affinis* in §. anteced.

4. Pari modo ex *Advocatus* fit Ital. *avvocato*, Hisp. *abogado*, Gall. *advocat*, Angl. *advocate*, Belg. *advocaet*, & per aph. *vooght*, *voght*, Germ. quoque *vogt*, & *advocat*.

5. *Aduncus* contrahitur in *ancus* (sicut hirsutus §. 168. in *hirtus*) unde juxta §. 187. *mancus*, Ital. *manco*, & *monco*, Hisp. *manco*, Gall. *manchot*, Angl. *maimed*, *mangled*, Belg. *manck*, Germ. *mangelhafft*.

6. Ab *adparare* sive *apparare* sunt Lat. *apparatus*, & *apparatio*, unde Ital. *apparato*, per aph. *parato*, & *apparecchio*, Hisp. *aparato*, & *aparejo*, Gall. *un apparat*, & *appareil*, Angl. *an apparel*, & *apparelling*, Belgæ cum Gallis dicunt *appareil*, Germani cum Italis à *parato*, *pracht*, i. pompa.

7. Pro *adversarius* antiqui dixere *arversarius*; pro advectum, *arvectum*; & *arcedere*, pro accedere. Ideoque rectè concludit Vossius, veteres pro *accio* dixisse *arcio*, * ex quo *arcesso*, & per metath. *accerso*. R contra in D mutari videsis §. 44.

* Sic

* Sic à facio, *facesso*; à lacio, *lacesso*; à capio, *capesso*; & ab incedo, *incesso*.

Altera ejusdem originis, sed contrariæ significationis præpositio nascetur accentum rejiciendo in primam, v. g. 408

ἄπο

procul, longè extra, ex, it. rursum. In compositione verò plerunque privat & negat, ex eaque figuratim propullulant sequentia:

1. Ἄψ, rursus, iterum, it. retro, in aversum, vid. §.281. ut: ἄψορρος, qui citato gressu retrocedit, refluens, reciprocus.

2. Αὖ, rursum, it. retro, retrorsum, it. contra, it. viceversa, it. vicissim, abitque aliquando in φ, ut: φθέω, pro ἀποθέω, ῶ, (Lat. *puto*) pro quo in usu est ἀποτίθημι, depono, it. expono, amitto. Τοῦ φθέω autem significationes sunt: perdo, corrumpo, labefacto, vitio.

3. Ἀ στερητικὸν, privans, dividens, & negans, ut:

Ἄπαστος, idem quod ἀπόπαστος, jejunus.

Ἄταυρος, pro ἀπόταυρος, tauro carens.

Ἄτιμος, idem quod ἀπότιμος, inglorius, inhonoratus.

Ἄτολμος, pro ἀπότολμος, timidus, omni audacia carens.

Ἄξενος, pro ἀπόξενος, inhospitalis, inhospitus.

Ἀδόκιμος, pro ἀποδόκιμος, improbandus, rejiciendus, it. adulterinus, non sincerus.

Ἄδημος, absens à populo, seu patria sua, & peregrinus, unde nobis *Adamus*, * & Hebr. ADAM, idem est cum ἀπόδημος, peregrè agens, seu foris, qui peregrè abest domo, & qs. populo. Παρεπιδημία τὶς ἐστιν ὁ βίος. i.e. *Peregrinatio quædam est vita*. Plat. in Axiocho. Inter alia Hermetis moribundi verba, quæ Ottho Heurn. p. 249. ex Chalcidio refert, fuere: *Hactenus fili pulsus è patria vixi peregrinus & exul, nunc incolumis patriam repeto*. Conf. huc quæ ex Luciano allegavimus §. 99. It. quæ de Adamo in Princ. Philol. n. pag. 105.

Ἄθεος, & ἀπόθεος, qui sine Deo est, impius, Lat. *atheus*, Ital. & Hisp. *ateo*, Gall. *athée*, unde (nisi à Græc. ἔθνος, τὸ, gens) Angl. *heathen*, Belg. *heyden*, & *heyde*, Germ. *heide*, i. paganus, ethnicus.

* Eandem antithesin agnoscunt: (1) HAM, & HAMAN ab ἥμων, ονος, ὁ, jaculator, emittendorum telorum peritus.

(2) *Danaus*, Ægypti frater, Argivorum rex, à δηναιὸς, diuturnus, longævus, vetus.

(3) *Damon*, ab αἰδήμων, verecundus. Et

(4) A δημότης, i. homo plebejus, popularis, *Damœtas*, apud Virg. Sic

(5) JACOBUS ab ἰήκοπος, medens laboribus, & doloribus, Ital. *Iacopo*, & *Iacomo*, Hisp. *Yago*, Gall. *Iaques*, Angl. *Iames*, Germ. *Iacob*, *Iäckel*, &c. Conf. & Hebr. ARON ab ἥρων, §.399. 2.

Normam hanc sequuntur: 1. Ἀποθήκη, repositorium, reconditorium, unde Lat. *apotheca*, Ital. *bottega*, & *buttiga*, Hisp. *botiga*, & *botica*, Gall. *boutique*, Angl. *booth*, Belg. *bode*, *boede*, & *boeye*, Germ. *bude*. Pharmacopolium autem vocant cum Belgis *apoteke*, & *apteke*. 409

2. Ἀποπληξία, corporis, mentisque stupor, effertur & à Latinis & Hisp. *apoplexia*, Ital. *apoplessia*, Gall. *apoplexie*, Angl. *the palsey*, Belg. *popelcye*, seu *popelsie*.

3. Ἄβακος, pro quo in usu ἀβακὴς, taciturnus, mutus, it. quietus, placidus, mitis, apud Græcos contractum fuit in ἄβαξ, integrum verò remansit apud Latinos, quibus dic. *abacus*, Ital. *abaco*, & *albaco*, tabula ut plurimum calculatoria, in qua occupati tacitam quietem, mentisque tranquillitatem amant: Hispanis *abaco*, & Gall. *abaco*, seu *abaque* est columnarij capituli operculum, unde Germ. *vvacke*, i. silex. Itali ex *abaco* fecere ipsorum *bacino*, *bacinello*, & *bacinetto*, it. *bacile*, & *bacheca*, unde Hisp. *bacia*, & *bacin*, Angl. *a bazon*, Belg. & Germ. *becken*. Deinde quoque eorundem *banco*, *banca*, * & *banchetto*, Hisp. *banco*, *banquillo*, Gall. *banc*, *banquet*, Belg. *bancke*, & *bancket*, Germ. *banck*, & *bancket*. Conf. §.390.

* Italorum *panca*, & *panco*, quod pro *banca* dici solet, it. *pinco* pro navi, est ab accus. πίνακα, à πίναξ, tabula, asser, it. abacus, codex, & libellus, index, it. discus, quadra, &c. de cujus etymo solliciti erimus infra, s. l.

4. Ἄβατος, sacer, non adeundus: quomodo dic. *Abatos*, insula in extremis Ægypti ad paludem Memphiticam, in qua sepultus fuit Osiris rex. it. *Abaton*, ædificium erectum à Rhodiis ad protegendum Artemisiæ trophæum; abit in Hebr. BAD, i. solus, solitarius. Cæterùm contrahitur *Abaton* in *Aba*, & *Abba*, i. Africæ urbs, it. *Aba*, Phocidis civitas; alia Cariæ urbs, it. Mons Armeniæ.

Abatos, & *Abaton* demum abeunt in *Abydus*, sive *Abydos*, Asiæ urbs; & *Abydon*, quæ Macedoniæ est regio. Dicitur & *Abydon*, vel corruptius *Abylon*, Ægypti urbs, ubi spinæ semper florentes proveniunt.

5. *Ammac*, insula in regno Daniæ, quam puto esse ab ἄμαχος, pugna carens, it. inexpugnabilis.

6. Ita quoque consonam duplicatam vides in *attubus*, ab ἄτυπος, qui non satis expedito plectro linguæ utitur, quasi aërem non feriens, it. qui decenti & justa membrorum forma destitutus quasi monstrosus est. Hinc Germ. *taub*, Belg. *doof*, Angl. *deaf*, i. surdus. Conf. & *Attalus* ab ἀταλὸς, §. 64.

7. Ab ἄλυτος, ου, ὁ, ἡ, illotus, sunt Hebr. LUD, & LUDIM; it. Lat. *aluta*. Vocatur & *Aluta* fluvius quidam in Transylvania, seu Dacia, qui *Aluata* Mercatori; Hungaris *Olth*, Germ. *Alth* dicitur. Sunt & *Alutæ* gentes Illyricæ in conventu Scardonitano; unde per aph. *Luti*, * Germaniæ populi; & *Lutis*, Germaniæ fluvius, vulgò *Leyte*: Gallitis autem juncti evadunt *Gallitalutæ* Indiæ populi apud Plin.

* Eosdem Poloni vocant *Lud*; Belgæ *luden*, *luyden*, *lieden*, Rhœti *lieud*, & Germani *leute*, i. homines: tanquam à *Lydis*, qui teste Herod. lib. 2. primi aurum, argentumque signarunt: primique caupones, institoresque fuerunt. Et de quibus Cic. pro Flacco: *Quis unquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset?* unde *Lidus* & *Lida* in lege Salica: *si quis lidam alienam in conjugium sociaverit*. Tit. 15. Angli Barones etiam latinè *leudes* appellant, vel à *Buleutæ*, i. Senatores; Βουλευταὶ enim dicebantur Areopagitæ: vel à Græc. λύται, i. solutores; seu προλύται, *prolytæ*, lytarum antecessores, seu lytis in jurisprudentia provectiores. Vid. & *leudes* apud Dom. Magri.

Lad autem Anglorum, i. adolescens; & *Lady*, i. hera, it. Belg. *Laet*, i. incola, it. judex pedaneus, sunt à *Latinus* sc. libertus, seu colonus, unde Ital. *Latino*, Hisp. *ladino*, & *ladina*, Gall. *latin*, quod ipsis expertem, callidum, & eloquentem denotat, apud Cæsar. Oudin. in Tesoro de las dos lenguas.

8. Ἀμιγὴς, ab inusit. ἄμιγος, pro ἄμικτος, qui aliorum commercio non utitur, est Lat. *amicus*, Ital. *amico*, Hisp. *amigo*; Gall. *amy*, & *ami*. Hinc Itali mercatores propriè *amicos* vocant eos, qui ipsorum, non aliorum commodis respondent: Mendico autem ne parentes quidem amici sunt.

9. Ab ἄποκος, vellere carens, est Lat. *apicus*, & hinc *oves apicæ*. Item Angl. & Belg. *ape*, Germ. *affe*, seu *aff*, i. simius, simia: Per aph. autem Angl. *a pigg*, i. porcellus, (nisi malis à Gall. *porc-épic*, i. histrix) unde Belg. *bigge*, & *vigge*, idem. Conf. & *hog*, ex §. 73.

10. *Aper*, unde Germ. *eber*, ni rectius ab *hebris* apud Plin. pro *hybris*. Et Angl. *an aper*, sed piscis nomen: est ab ἄπηρος, subint. κάπρος, nullo membro captus, seu mutilus; uno verbo, *integer*, quomodo Galli equum non castratum vocant, *un cheval entier*, *

11. *Felis*, sive (ut in vett. codd. scribitur) *fælis*, est ab ἀφελὴς, qua integrum notat, cuique nec superfluum quippiam in corpore est, nec deest.

* Et *leoni* quoque à perfectione nomen: Est enim λέων à genit. λέοντος, quod per aph. ducitur à τελήεντος, τοῦ τελήεις, (unde per eand. & Hebr. LAISCH,

i. leo

i. leo vetus; & Græc. λῖς, i. leo) perfectus, it. eximius, &c. quippe cujus cognatum τέλειος, sive τέλεος dicitur de brutorum ætate adulta, seu integra, ut: λέων τέλειος, apud Diodor. Conf. & quæ ad §.226.

12. Eodem modo ab ἄσινος,, pro quo in usu ἀσινὴς, sc. ὄνος, innocuus, innoxius, & pass. illæsus, incolumis, nullo malo affectus, est Lat. *asinus*, Ital. *asino*, Hisp. *asno*, Gall. *asne*, & *ane*, Angl. *an ass*, Belg. & Germ. *ein esel*, * ab *asellus*. Sic ἄσινος sc ἀνὴρ, est *Asinius*, Romanæ olim familiæ cujusdam cognomen.

* Diminutiva locutio gratior est primitivâ, v.g. *orgel* apud Germ. pro organo. *Kümmel* pro cumino. Conf. eorund. *pferd* ab ἱππάρδιον, ex §.92. it. Lat. *aquila*, *graculus*, *insula*, & Ital. *avolo*, *fratello*, *sorella*, *lodola*, *&c.*

13. Ab ἄῤῥιν, vel ἄῤῥις, ινος, ὁ καὶ ἡ, naso aut naribus carens, vel q. d. malum nasum habens, non sagax: pro quo etiam dic. ἄρις, seu ἄριν, it. ἄρινος, est Græc. ἀρς, ἀρνὸς, ὁ καὶ ἡ, agnus, l. agna.

14. *Agnus* autem Latinorum, quod Itali diminutivè reddunt *agnello*, unde Gall. *agneau*, est Græc. ἀγανὸς, ȣ, ὁ, comis, mitis, lenis, placidus, mansuetus: Græcorum verò ἄγνος, ȣ, ἡ, vitex, vulgò *agnus castus*, est ab ἄγονος, infœcundus. Conf. §. 35. ἁγνὸς, ȣ, ὁ, autem, quod castum, purum & pudicum signat, est ab ἄγυνος, uxore carens, cælebs; hinc apud Plut. ἀγυνὴ γυνὴ, & *Agna* apud Latinos, de qua Horat.

——— *alium delectat polypus Agnæ.*

Ab ejus deriv. ἀγυνὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, est præterea Lat. *Agnes*, muliebre prænomen.

15. Ab ἄσπορος, seminis expers, segete carens, it. semen præparcè reddens, ideoque non conserendus ob sterilitatem, est Lat. *asper*, Ital. *aspro*, Hisp. *aspero*, Gall. *apre*, Belg. *amper*, Germ. *herb*: sicut *prosper* contra est à πρωΐσπορος, qui maturè seritur, maturè serendus. Horum nominum viros habemus in historia; *Asper* enim Consul fuit Ariovindi collega: *Prosper* autem Rheginus Præsul.

16. Ab ἄδορος, non excoriatus, seu pelle carens, est Lat. *adoris*, ex quo *ador*.

17. *Adeps* est ab *adipis*, hoc ab ἄδιψος, * qui non sitit, it. sitim sedans & prohibens, ut: ἄδιψα σῦκα, inde transfertur ad alia ficuum instar turgentia.

* ψ mutatur in p; sicut ξ in c, in ἄποξυς, *apicis*, *apex*, §. 404. Sic *Pittacus*, nom. propr. viri dic. pro *Psittacus*, cujus originem habebis s. l.

18. *Ascenas*, Germanorum conditor, ita dicitur ab ἄσκηνος, i. tentorio seu tabernaculo carens: Hinc *Ascenez* Eusebio dicuntur gentes Gothicæ.

19. Pro ἀῤῥαιστος, non corruptus, incorruptus, dicitur & ἄῤῥατος, à quo, vel si mavis, ab ἀρητὸς (unde & ἄρης) precibus expetitus, erit antiquissimo poëtæ Græco *Arato*; nec non *Arato Sicyonio*, optimo principi nomen; Apud Anglos & Norvegos post mutatum fuit juxta §. 390. & seq. in *Haraldus*, *Heraldus*, & *Heroldus*. Conf. & ἄχριος, & seqq. ex §. 342.

20. Ab ἀπαθὴς, non obnoxius affectionibus animi, expers affectuum, carens omni perturbatione, it. illæsus, intactus, it. immunis alicujus rei, &c. est Lat. *Abbatis*, unde *Abbas*, Ital. *Abbate*, Hisp. *Abad*, Gall. *Abbé*, Germ. *Abt*. Negabant enim Stoici in virum sapientem ullos affectus cadere. Item Syr. Abd, in *Abdastartus*, Tyri rex, & sim. Conf. & *abies*, §. 227.

21. *Iazyges* Sarmatæ, nobis sunt ἄζυγες, i. qui non sunt sub jugo, q. d. injuges.

Quædam horum etiam syncopantur, ut: 410

1. Ἀνίκητος, invictus, insuperabilis, abit in ἄνακτος, unde ἄναξ, ὁ, rex, it. herus, dominus. Fæmininum autem ejus ἄνασσα, i. regina, videtur originem ducere ab ἀνάσσατος, quod Dor. dicitur pro ἀνήσσητος, vel ἀνήττητος, hoc iterum per epenth. pro ἀήττητος, contr. ἄηττος, itid. invictus, insuperabilis.

Ab ἄνακτος præterea fit ἄνακος, unde ἀνακῶς, regiè, regaliter, it. sedulò, cum cura & diligentia. Et à plur. ἄνακτες, ἄνακες, i. Dioscuri. Siquidem & ἄνασσα ab Vlisse vocatur regis filia, apud Hom.

2. Ab ἀδωροδόκητος, incorruptus, qui munera non accipit, est *Dorocetus*, Belg. & Germ. *Truchses*; it. *Drost*, & *Doricetus*. Occurrit & *Doricetes*, rex Thracum apud

Just. pro quo alij corruptius legunt *Dromichætes*, quem quidem Getarum regem faciunt.

3. Ab ἄκακος, ου, ὁ καὶ ἡ, homo minimè malus, ab omni malitia alienus, simplex & apertus, it. innocens, sunt prænomina Græc. Ἄκκιος, *Accius*, poëta quidam tragicus; Et *Acco*, Gallorum consilij princeps apud Cæs. in Comment. de B. G. l. 6. it. Ἀκκὼ, οῦς, ἡ, *Acco*, mulier notæ stultitiæ. Conf. εὐήθης, §. 71. & *fatuus*, §. 72.

4. Ἄλιμος, famem pellens, famem arcens, seu prohibens, contrah. in Lat. *almus*, * unde *alma Ceres*, *alma nutrix*; & apud Hisp. *alma Madre*.

* Eandem sync. admittunt: *Nummus*, & νοῦμμος, à νόμιμος, (unde *Numa*, Pompilij prænomen) legitimus, æquus, justus. Sic *norma* à γνώριμος. Et Ital. *calma* ab οὖρος κάλλιμος, commodus, secundus, prosper: aliud hujus vocis etymon vid. ad §. 397.

5. Ab ἄκαμος, pro ἀκάματος, labore carens, i. laborem non sentiens, insatigabilis, indefessus, it. qui non laboravit, est ἀκμὴ, ἡ, cuspis, sive acies, it. vigor ætatis, vel flos, firma ætas.

6. Ab ἀλαβὴς, in quo nihil est, quod prehendi queat, ansâ seu manubrio carens, vel qui prehendi nequit, est Græc. ἀλφὸς, albæ vitiliginis species, & gen. ἀλφὸς, ἡ, ὸν, apud Screv. Latinis *albus, a, um*, à cujus neutro ἀλφὸν duco Hebr. Laban, i. albor & album, substantivè, it. albus & candidus, quo nomine vocatur frater Rebeccæ, qui & Jacobi socer. Conf. & ἐλαφὸς, §. 37.

7. Ab ἄφθονος, invidiâ carens, ab invidia alienus, it. copiosus, largus, multus, it. cui copia alicujus rei suppetit, fit non solùm Græc. ἀφθονεὸς, & per sync. ἀφνεὸς, dives, opulentus, ex quo abstrahitur ἀφενὸς, & ἀφνὸς, τὸ, divitiæ, opes, census, & reditus: Sed & Chald. Aphtom, i. thesaurus, ærarium, it. tributum & reditus annuus.

8. Ἄφορος, minimè ferax, infertilis; vel quod rectius puto, ἀφαυρὸς (ex ἀ & φιαρὸς, pinguis, it. lucidus, splendidus, splendorem quendam aqueum habens, qs. φαερὸς) inbecillis, debilis, contrahitur in ἀφρὸς, spuma, it. piscis, qui hinc ἀφρύη dicitur & ἀφύη, Lat. *apua*. Aliud ἀφύη, unde aqua, habes §. 404.

Ab ἀφρὸς est etiam ἀφρώδης, spumosus, & hinc ἀφροδίτη, Venus, & venustus. Pro eod. dicitur & ἀφρὼ, & apud Scalig. *Fruti*, unde facile duci posset Germ. *Frau*, i. domina; nisi magis arrideat vetus apud Germ. ejus Divæ appellatio: *Friogen* (unde adhuc ipsorum dies Veneris vocatur *Freytag*) à φερεαυγὴς, seu φεραυγὴς, i. lucifer, lucem aut splendorem ferens, seu afferens, it. lucidus & lucida.

9. Ab ἀποτίνω, luo, solvo, pendo, it. punio, est Græc. ποίνη, Lat. *pœna*, Ital. & Hisp. *pena*, Gall. *peine*, Angl. *payn*, & *pain*, Belg. *pyne*, & *pyn*, Germ. *pein*, & *poen*; unde ποινάω, *punio*. Ab hujus deriv. ποίτινος, pro ποινήτινος, i. remunerator, fit per sync. Lat. *Pœnus*, §. 397.

10. Ἄπυρος, ignem non expertus, non coctus, crudus, est Lat. *purus* (& fortean Hebr. bar, * i. mundus, purus) Ital. & Hisp. *puro*, Gall. *pur*, Angl. *pure*, Belg. *puer*, Germ. *pur*: quodque ideo de auro dicitur. Imò ex ἄπυρος (abjecto π, sicut ἄειρος dic. pro ἄπειρος) fit ἄυρος, unde componitur Græc. θησαυρὸς, Lat. *thesaurus*, (Ital. & Hisp. *tesoro*, Gall. *tresor*, Angl. *treasure*) & Latinorum deducitur *aurum* (sicut ab οἶνος, *vinum*, à σάλος, *salum*) Ital. & Hisp. *oro*, Gall. *or*. Conf. ἀετὸς ex ἄθετος, it. εὖρος ab εὔπυρος, & *lituus* ab ἀλίκτυπος. Fæmininum τοῦ ἄυρου est ἄυρα, sive ἄυρα, Lat. & Ital. *aura*, Gall. *aure*, §. 47. à cujus compos. ἄυρα ὥρα, qs. aureum tempus, fit Lat. Ital. & Hisp. *aurora*, Gall. *aurore*.

* Eorundem Hebræorum bar, frumentum significans est à Græc. πυρὸς, i. triticum, quod per aphær. ita dicitur à λεπυρὸς, i. corticatus, corticosus, vel glumâ tectus. Vid. & *bar*, quando filium notat, §. 75. 32.

11. Ἄμαθος, pro quo in usu ἀμαθὴς, indoctus, it. rudis, agrestis & rusticus: sumitur etiam pro campi pulvere; quo in significato contrah. in ἄμμος, i. arena, sabulum: Idem facit ejus compos. ὑπάμαθος, subrusticus, pro quo usus introduxit

ψάμα-

ψάμαθος, eoque intelligitur arena, sive sabulum prope mare; & contrah. in ψάμμος, itid. arena, sabulum. Conf. & λιάμαθος, §.346.

Multa per metathesin convertuntur, ut: 411

1. Ἄπορος, meatum non habens, it. tenuis, it. inops, indigus, pauper, fit Græc. παῦρος, paucus, non multus, & Lat. *parvus*, quod demum abiit in *brevis*, §. 162. unde Ital. *brieve*, & cum Hisp. *breve*, Gall. *bref*, & *brevet*, Angl. *brief*, Belg. & Germ. *brief*, i. libellus brevis, it. epistola.

A παῦρος Greci iterum duxere πραῦς, post πρᾶιος, πρᾷος, tandem πρᾶος, lenis, mitis; mansuetus.

2. Ab ἀπόγονος, ortus, oriundus, (sicut ἐπίγονος) post natus, est Græc. πώγων, ωνος, ὁ, barba. Unde Græco-barb. πογένιν, & πογένη, itid. barba; & hinc Ital. *ponga*, nî rectius à σπογγιά, *spongia*; dicuntur enim apud Ferr. σπόγγοι, glandulæ quædam ad fauces. A *ponga* autem est Græco-barb. πουγγή, & dim. πουγγίον, sacculus.

3. Ab ἀλαβή, fuligo, carbo, cinis mistus carbonibus, est λωβή, injuria, opprobrium, dedecus: sicut ab ἀλαβής (in §. anteced.) est λωβής, noxius, damnosus.

4. Ab ἄπειρος, carens experientiâ, inexpertus, it. imperitus, ignarus, rudis, est Lat. *puerus*; unde per apoc. *puer*, in compos. *por*, ut: *Publipor*, *&c.* it. Hebr. ABIR, robustus, deque tauris & juvencis intelligitur. Ab ἄπειρα, pro ἄπειρος, ἡ, est quoque ab Hebræis usitatum ἄβρα, sive ἅβρα, ancilla, famula, puella, Lat. *Afra*. Conf. Hebr. BETVLA', & Lat. *vitula*, ex §.67. Huc spectat empiricorum vox cabalistica & magica: ABRACADABRA, in Lex. Med. quæ nobis est ἄπειρα κατάπειρα, i. tentamen experientiâ carens. Συγγνώμη πρωτοπείρῳ. Vel cum Campano: *Decipienti semel*. Ab ἀπειροκακὸς autem, qui mala nunquam est expertus, malorum expers, it. malitiâ carens, minimè malus, simplex, fluxit Lat. *procacis*, unde *procax*. Sic ab ἀπειρωδίνος, unde ἀπειρωδὶν, ἡ, partûs dolorem non experta, est Græc. παρθένος, ου, ἡ, virgo: Hinc per apoc. ducitur πάρθη, Syris MARATHA, i. domina, unde MARTHA apud Hebr. Conf. §.389. it. §.179.

5. *Pandus*, unde *pando*, *as*, est ab ἀπεδανὸς, debilis, infirmus, claudus, invalidus; *Pando*, *is*, autem est à πετάω, unde πετάννυμι, explico, aperio, it. tendo.

6. *Padus*, Italiæ fluvius, vulgò *il Pò* dictus, est ab ἄπεδος, planus, ἄπεδον χώρη, plana regio, cui fidem facit *Padua*, ol. *Patavium*, nunc dierum *Padova*, Germ. *Badaw*, apud Dasyp.

7. Ad ἀφροσύνη, i. dementia, alludit Ital. *forsenneria*, & *forsennato*, Gall. *forsené*, seu *forcené*, i. demens, furens, quod compositum est ex *fuor di senno*, sive *fuor del senno ito ò andato*; sic *forviare*, i. aberrare, & *forvoglia*, i. invitus, it. Gall. *forpaïser*, unde qs. Germ. *verweisen*.

8. Ab ἄφραστος, non dictus, vel non dicendus, it. qui dici nequit, it. incogitatus, &c. est Lat. *absurdus* (qs. ἄφσαρτος) ab ἀφραδέω, inconsultè aliquid facio aut dico, desipio.

9. Ab ἀκαρφὴς, qui arefactus non est, nec succo planè privatus, erit Græc. ἀκριβὴς, plenus, justus, it. diligens, accuratus, exquisitus, it. certus, exploratus. Exinde primus Romanorum, qui uxorem repudiavit ob sterilitatem, præstito juramento antè, se uxorem liberorum causâ quærere, *Carbilius* dictus fuit, unde post *Carviliorum* nomen. Item *Hans Carvel* descriptus à M. Franc. Rabelais. Legitur & in Cæs. Comment. de B. G. l. 5. *Carvilius*, Rex Cantij: Et l. 7. corruptius *Cavarillus*, Æduorum princeps quidam.

10. Ἀδρακὴς pro ἀδερκὴς, έος, ὁ, ἡ, non videns, cæcutiens, it. obscurus, qui videri nequit, iterum convertitur in ἀδάρκης, ου, ὁ, *adarces*, salsugo, sive salsilago quædam gelata & concreta. Vocatur & ἀδάρκη, & ἀδαρκον, Lat. *adarca*, spuma arundinis. Idem ἀδάρκης posses etiam derivare ab ἄδακρυς, υος, ὁ, ἡ, non lacrymans, it. lacrymarum expers, qui sine lacrymis fit: vel ab ἀκαθάρτης, ητος, ἡ, sordes, immunditia, spurcitia, unde fortean Hisp. *traque*, Belg. & Germ. *dreck*; nisi rectius ab Ital. *sterco*, §.390.

11. Ἀβλεννής, muco carens, piſcis nomen, abit in βέλενος, itidem piſcis quidam.

12. Ἀσίρακος (Germ. *heuſchreck*, tanquam ab ἄίσρακ) locuſtæ genus eſt, pinnis carens, & prælonga habens crura, ducitur ab ἄσαρκος, carne carens, non conſtans carne, it. non carnoſus, macilentus, ſtrigoſus; unde ſuſpicor eſſe Hebr. CHASER, * carens, egens, deſtitutus, & exinde CHASAR, deeſſe, deficere, carere & indigere.

* Pari modo eorund. CHASAL, abſumſit, conſumſit, originem nobis ducit à CHASIL, i. bruchus, quod à Græc. ἄισυλος, iniquus, nefarius (unde Lat. *aſilus*, Ital. *aſilo*, & *aſillo*) pro quo etiam dic. ἀήσυλος, moleſtus, iniquus: ex ἄίσηλος, tenebricoſus, obſcurus, it. improviſus, inexpectatus, & inopinatus, it. noxius, exitioſus, peſtifer, & dignus qui pereat & ex conſpectu hominum tollatur.

Sic CHÆSÆD, benignitas, beneficium, gratia, miſericordia, it. probrum; & CHISSED, probro afficere; nec non HITHCHASSED, benignum & beneficum ſe exhibere, ſunt à CHASID, i. benignus, beneficus, miſericors, ſanctus, &c. hoc autem à Græc. ἀισυήτης, quod contrahitur ex ἀισυμνήτης, ȣ, ὁ, §.158. Regius olim titulus, ut Ariſtot. Polit.4. ait, quoſdam μονάρχȣς à veteribus Græcis appellatos fuiſſe ἀισυμνήτας. Conf. Βασιλεὺς, §.147.

13. Ab ἄλογος, facultatis dicendi expers, it. res vel perſona, quæ non habet proportionem, ut ſunt ij, qui crura in orbem pandunt, vel qui ſuras habent extrorſum intortas, & in diverſum actas, eſt Lat. *valgus*, quod poſtea differentiæ ergò mutatum fuit in *balbus*: quæ quidem notiones ambæ concurrunt in voce βλαισὸς, vel βλεσὸς, i. valgus, it. cui lingua impedita eſt, Hiſp. *belſo*, it. à balbo, *belfo*, & *befo*. Conf. & *attubus*, §.409.

14. Ab ἄχαρις, ιτος, ἡ, puella quæ per ætatem nondum apta eſt venereo obſequio, vel ſicut Voſſius cum Poëta inquit:

——— *Veneris quæ gaudia neſcit.*

it. gratiæ omnis expers, invenuſta, illepida, conjectamus eſſe *Hagaris*, unde Hebr. HAGAR, * ſive AGAR, ancilla Abrahæ, & Iſmaelis mater. An exinde vel ab *Agariſta*, Cliſthenis filia; vel quod probabilius videtur à *Cariſſa*, Paphlagoniæ oppido, unde & *Cariſſanum*, caſtellum quoddam in Italia, ſit Lat. *Cariſſa*, quando lenam, ſeu ancillam vafram & doloſam denotat, tua explicabit definitio.

* Apocopen præ cæteris amant Hebræi, ideoque ἰαφέτης, qui ſagittas emittit, ſagittarius, fit ipſorum JAPHET. Item RUBEN eſt ῥυηφενὴς, έος, ὁ, ἡ, cui affluunt opes, opulentus. GAD ab ἀγαθὸς, bonus. ÆDÆN, baſis, ſtylobates, ab ἀδόνητος, immotus, inconcuſſus, al. immobilis. Sic JONAS dicitur ab ἀιόνησις, perfuſio. JONAH, columba, autem eſt ab ἀείνας, ex §. 227. & 226. ubi ἀεὶ mutatur in *io*.

15. Ἄθηλυς, non fæmineus, virilis, eſt Lat. prænomen *Aldus*. Vid. & ἄθηλος, §.64.

16. Ab ἀσέληνος, obſcurus, non ſolùm dicitur σωλῆνος, *Solenus*, Indiæ intra Gangem fluvius, unde poſt σωλὴν, ῆνος, ὁ, canalis, tubus, fiſtula, velut in aquæductu: Sed & σολῶνος, unde σέλων, qui Lat. *Solon*, *onis*, unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus: audit etenim in Lucian. dial. ult. lib.1. πένης ἄνθρωπος, quod latinè ibi redditur: *Homo obſcuro loco natus ac pauper*.

17. Ab ἀπρεπὴς, indecorus, indecens, eſt Græc. πριάπος, Jon. πρίηπος, Lat. *Priapus*, Veneris & Liberi Patris filius, hortorum cuſtos: Hinc ſine dubio nomen habuit *Priapatius*, Parthorum rex tertius. Vid. & πρέπω, §.397.

18. Ab ἀτερπὴς, minimè delectans, injucundus, moleſtus, acerbus, ἀτερπὴς εἰς ἀκρόασιν, auditu inſuavis, eſt Lat. *turpis*, Ital. *turpe*, & h. per metath. *brutto*, Gall. *brut*, in *bruttebonne*, §.195.

19. Ab ἀσεβὴς, impius, eſt Lat. *ſævus*; & ab ἀσεβέω, impiè ago, *ſævio*.

20. Ἄκι-

"Ακικυς, cui nulla eſt κίκυς, infirmus, imbecillis, debilis, fit Lat. *cæcus*, Ital. *cieco*, Hiſp. *ciego*, Germ. *ſchiech*; & fortean quoque *ſiech*, i. ægrotus.

21. Ab ἄχυλος, exſuccus, l. inſipidus, eſt Græc. καύλος, & Lat. *caulis*, Ital. *cavolo*, Hiſp. *col*, Gall. *chou*, Angl. *cole*, Belg. *koole*, Germ. *kohl*: niſi id malis ab ἄκυλος, ex εὔχυλος, §.63.

22. Pariter ab ἀλιπὴς, pinguedine carens, minimè pinguis, eſt Lat. *lappa*. Conf. *ulva*, §. 59.

23. Βαιὸς, ᾶ, ὁ, parvus, it. modicus, paucus, it. unus, eſt ab ἄβιος, inops, it. qui caret muliere, vid. & §.62. & 67. Hinc nomen habuit *Baius*, Vliſſis ſocius, in Campania ſepultus, à quo *Baiæ* Campaniæ dictæ.

24. *Manes* Latinorum ſunt Græc. ἀμενέες, ῶς, ab ἀμενὴς, imbecillus, invalidus. Unde & Locrorum fluvius, ſeu torrens *Manes*, qui interdum tam exiguus, ut tranſeuntis vix tingat pedes: Interdum tam latus, ut in bina ſe diffundat jugera; alioque nomine *Boagrius* appellatur. Ab hujus cognato ἀμενηνὸς, quod idem ſignificat, & cum defunctorum manibus, ſomno, & fumo tribuitur; exp. etiam levis, evanidus; ab hoc inquam, contrahitur Græc. μινυὸς, parvus, exilis: quodque iterum conſtringitur in μνοῦς, prima lanugo, pilus tener, it. in μνίον, muſcus, alga.

25. Ab ἄκυπρος, Venere abundans, eſt Hebr. TZAPIR, i. hircus, & Græc. κάπρος, aper, verres, unde Lat. *caper*, Ital. *capro*, & *caprone*, Hiſp. & Gall. *cabron*. Apri autem etymon vid. §.409.

26. Ab ἄκοπος, indefeſſus, infatigabilis, it. qui moleſtia affectus non eſt, ſeu cui nullis moleſtiis cor contunditur, eſt Lat. obſol. *caupus*, pro quo in uſu eſt ejus augmentativum *caupo*, *cupo*, *copo*, *onis*, & *caupa*, *copa*. Hinc Angl. *a chapman*, Belg. *koop-man*, Germ. *kauff-man*, i. mercator; & apud Græcos κάπηλος, idem, de quo infra.

27. Ab ἄδιφος, quod vid. §. 409. eſt quoque Lat. *dapis*, & *daps*, unde *dapes*: nec non Græc. δάπτω, voro, & δαψιλὴς, de quo s. l.

28. *Ab* ἀφορμάω, ῶ, proripio me ex aliquo loco, proripiens me diſcedo, ſeu proficiſcor cum impetu quodam, eſt Græc. ἀφορμιάω, deſidero, cupio, & hinc fortean Ital. *bramo*, id. nî rectius à *brama*, quod vid. §.342.

29. "Ασκιος convertitur in σκαιὸς, unde Lat. *ſcævus*, vid. §.405. Sic *fælis* ab ἀφελὴς, §.409. πολλὸς ab ἄπαλλος, §.335. & *rudis* ab ἀροτὸς, §.163.

30. Ab ἄπυθμην, ένος, ὁ, fundo carens, ex ἀ & πυθμὴν, fundum, ima pars, it. umbilicus, ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, quod primùm putreſcere ſoleat iſte locus, eſt Lat. *abdumen*, pòſt *abdomen*, *inis*, * ὑπογάστριον.

* Sic Lat. *alumen*, *inis*, eſt ab ἀλέμενος λίθος, lapis qui molitur, verbi ἀλέομαι, molor, unde Ital. *alume*, Hiſp. *alumbre*, Gall. *alum*, Angl. *allom*, Belg. *aluyn*, Germ. *alaun*.

Nonnulla mutantur per antitheſin, ut: 412

1. "Αρρηχος, infractus, infragilis, it. ſepibus idoneus, quod difficulter frangatur, eſt Græc. ἄρριχος, ὁ, ἡ, cophinus, ſeu vas vimineum. Idem ſcrib. & ἄρσιχος, & exp. loculus, it. ciſta lignea, & arcula ſeu capſula.

2. Ab ἀπύρινος, quod dic. pro ἀπύρηνον, ligno ſeu oſſe carens, nucleum non habens, ut καρπὸς ἀπύρηνος, eſt ἀπύρινον, Lat. *apyrinum*, genus mali punici dulciſſimi. Hinc iterum Græc. ἄβρυνον, & ἄβρυνα, τὰ, quæ Heſychio ſunt συκάμινα μόρα.

3. *Atrox* eſt ab *atrocis*, quod olim *atroquis*, à Græc. ἄτροπος, qui verti & immutari nequit, immutabilis, immotus, ideoque rigidus, firmus, conſtans. Hinc "Ατροπος, Lat. *Atropos*, una ex tribus Parcis ita vocatur, tanquam ad nullius preces convertibilis.

4. 'Απαμάω, ῶ, demeto, à Latinis dictum fuit *abemo*, quod poſtea mutatum eſt in *adimo*, §.407.

Præpoſitio noſtra integra interdum per aphæreſin à vocibus iterum abjicitur, ut: 413

1. 'Από-

1. Ἀπόκοπος, cui abſciſſa eſt virilitas, ſpado, fit Græc. κάπων, & Lat. *capus*, unde *capo, onis*, Ital. *cappone*, Hiſp. *capon*, Gall. *chapon*, Angl. *capon*, Belg. *capuyn*, Germ. *capaun*, & *cap-haan*.

2. Ita ab ἀποσπάδων, οντος, ὁ, cui teſticuli avulſi ſunt, vel exſecti, eſt Græc. σπάδων, οντος, ὁ, & ωνος, ὁ, Lat. *ſpado*. Conf. ea quæ §. 226. ad *Iuno* notavimus.

3. Et ex eod. themate ἀπόσπαςος, qui avelli & abſtrahi poteſt, vulgò pòſt dictus eſt σπάτος, ου, ὁ, (Conf. ex §. 342. ἄχριος, pro ἄχριςος, & ſeqq.) corium, pellis, unde σπάτεινος, & σπάτειος, coriaceus, pelliceus, & h. σπάτος, εος, τὸ, imò corruptius σκύτος, εος, τὸ, itidem corium, pellis: unde Lat. *ſcutus*, ſeu *ſcutum*, Ital. *ſcudo*, Hiſp. *eſcudo*, Gall. *eſcu*, *écu*, Angl. *a shut*, i. operculum, Belg. *ſchut*, Germ. *ſchutz*, i. protectio. Pro σκύτος invenies & κύτος, unde Lat. *cutis*, Ital. *cute*, Angl. *hide*, Belg. *huyd*, ſeu *huydt*, Germ. *haut*, quod idem.

4. Ab ἀποφοιτάω, abeo, abſcedo, it. morior, nobis eſt Lat. *fæteo*, unde *fætor*, * & *fœtidus*, quod contrah. in *fœdus, a, um*, Ital. *fedo*, Hiſp. *feo*, Belg. *foey*. Ab hujus cognato ἠνεμοφοῖτις, ſc. Juno, i. aëria, per aëra vadens, vadens cum vento, fit per aph. *mephitis*, odoris graviſſimi Dea, cujus templum Cremonæ ſtetiſſe apud Tac. legitur. Fit à *mephiti* Ital. *muffa* (ex §. 390.) & *muffo*, Hiſp. *moho*, & *mofa*, Gall. *muffle*, Belg. *muf*, & *muffe*.

* *Fœtor*, & *fœtidus* mutata eſſe apud Lat. in *pœdor*, & *pœdidus* perſuadent ſequentia, ut:

(1) Φοβέω, metum & terrorem injicio, Lat. *paveo*.

(2) Ἀφύη, *apua*, §. 410. Conf. & *opulus*, §. 223.

(3) A προφέρω eſt Lat. *propero*, §. 395.

(4) A σκαφὶς, & σκαφιςήριον, eſt Lat. *capis*, & *capiſterium*.

414 In nonnullis vocibus abjicitur ἀπ, ο remanente, ut:

1. Ὄτοβος, & pro eo ὄπλοβος, ſtrepitus, tumultus, ſonus, ſonitus, factum eſt ex ἀπόκτυπος, ſonum edens vel ciens: non aliter quam Atticum κόπλαβος, genus convivalis luſus, in quo cum bibiſſent, reliquum ſic è poculo ejiciebant, ut id reſonaret; communiter κόσσαβος (unde fortean Apuleij *ſabulum*, quod e Voſſius) Lat. *cottabus*, eſt à χαλκόκτυπος, ære pulſato ſonitum edens; cujus generis ſtrepitus in adagiis Eraſm. vocantur *Claudiana tonitrua*. Conf. ex §. 341. ἀλίκτυπος, & ex §. 360. ἐρίκτυπος, &c.

415 Contra fit in ſequentibus, ubi α abjicitur, πο verò remanet, ut:

1. Ἀπότιτθος, à matris uberibus amotus, abit in Lat. *putitus* apud Plaut. & hinc *putus*, κατ' ἀντιςοιχίαν *puſus*, cujus denominativa ſunt: *puſio*, & *puſillus*: Ital. *puto*, Germ. *putzigel*. Aliam hujus vocis notionem vide §. 308. Pari modo ab ὁμότιτθος, i. eadem uſus nutrice, fit Ital. *mozzo*, pro ſervo, Hiſp. *moço*. Et ab ἐπιτίτθιος, infans lactens, Ital. *petito*, apud Ferr. Gall. *petit*, Angl. *petie*, & *petit*, unde iterum *a tit*, * i. equulus, equus pumilus.

* Sic Angl. *a tiſan*, Belg. *tiſane*, fit à Gall. *ptiſane*, ex Lat. *ptiſana*, Græc. πτισάνη, à πτίσσω, quod e fusè Voſſ.

2. Ab ἀποτριτόω, ad tertias redigo, ad tertias decoquo, eſt Ital. *olla putrida*, Hiſp. *olla potrida*, Gall. *pot pourry*, ſive *tripotage*, Angl. *a porridge-pot*.

3. Ab ἀπὼν, όντος, ὁ, abſens, facile derivabitur *Iapon, onis*, Sinenſium inſula, unde Hiſp. *Sapon*, i. ligni ſpecies: Nec non Hebr. JAVAN, quo Græciam denominant. Conf. ex §. 413. ἀποσπάδων, & quæ ad §. 226. it. *Iazyges*, ἄζυγες, §409. Nec dubitandum, quin exinde ſint Πόντος, ἡ, *Pontus*, minoris Aſiæ prouincia; & Πόντος, ὁ, *Pontus*, i. mare, quod e leg. Voſſ. Nec non *Pontus*, Scythiæ fluvius.

4. Ideoque ab ejus fæm. ἀποῦσα auſim aſſerere eſſe Æthiopum HABESSA, & HABYSSINA. Dici enim τὴν ἀποῦσαν ajunt etiam terram peregrinam; quia videlicet à noſtra diſſita eſt, & remota, ab eaque longè abeſt.

5. Ἀπουσία, ἡ, abſentia, it. defectus, it. intertrimentum, &c. eſt Lat. *apuſia*, unde Ital. *bugia*, Belg. *beuſel*, i. mendacium. Sic *Perugia* à περιουσία, §. 401.

6. Ab

6. Ab *ἄπαγρος*, infelix circa venationes, infelix venator, est Lat. *piger*, Ital. *pigro*, Hisp. *picaro*: & fortean quoque Hebr. PIGGER, i. piger fuit.

7. Ab ἀποσείω, seu potius ἀποσείομαι concutiendo à me repello, excutio, it. amolior, ablego, & de medio tollo, nomen est adeptus ποσειδῶν, ῶνος, ὁ, Neptunus, quem maris Deum faciunt gentiles, in terram quoque aliquantum imperij habentem, quam suo tridente movere dicunt & concutere. Unde iterum Σιδὼν, *Sidon*, *onis*, Urbs Phœnices, à Neptuni filio condita, it. Σίδη, *Sida*, Boetiæ oppidum, à quo malus punica, & fructus quoque σίδη vocatur. Item Ποσειδώνιος, *Posidonius*, Philosophus; & *Posidonia*, Lucaniæ oppidum. Et hinc per aph. *Sidonius Apollinaris*, poëta, nec non *Sidonia*, Urbs Troadis; Commemorantur *Sido*, Suevorum rex apud Tac. it. *Sideni*, & *Sidones* Germaniæ populi, ubi *Sidonia* adhuc consuetum muliebre prænomen: Apud Anglos autem *Sidney*, illustris familiæ cognomen.

8. Ab ἀπορέγω, præbeo, it. extendo, protendo, fit Lat. *porrigo*, unde Germ. *bringen*, (nisi malis à Gall. *bringue*, quod vid. §. 376.) sicut *prangen* à παράγω, §. 385. it. Ital. *porgere*, & per aph. à porrigere, *recare*, unde Germ. *reichen*. Conf. *abbas*, & *attubus*, §. 409.

9. Ab ἀπότιμος, honore carens, inhonoratus, seu inhonorus; unde ἀπότιμα χρήματα, fit ἄποτμος, infelix, infortunatus, it. miser calamitosus; & hinc πότμος, sors, fatum, mors, casus, seu fortuna fatali sorte obveniens. Cum eod. concurrit etiam ἀπότομος, abscissus, abruptus: Vtrumvis elige.

10. *Bocus*, in *Tribocus*, *Melibocus*, *Libocus*, & *Cattimelibocus*, Germanis vulgò *Catzenellenbogen*, & sim. est ab ἄποικος, colonus, in coloniam missus, it. qui mittitur ad habitandum locum desertum. Idem ab aliis mollius pronunciatum fuit *Bojus*, unde *Bojohemi*, contr. *Boëmi*; *Boij varij*, §. 293. & *Bojorum bona*, hodie *Bourbon*. Ab aliis etiam *Bogus* in *Tolistobogus*, apud Plin.

11. Ab ἀπερύω, abstraho, detraho, est Lat. *privo*, & *privatus*, per sync. *privus*, cujusmodi & alia hujus verbi composita observaveris.

12. Ab ἀρυστερέω, destituor, defraudor, est Lat. *frustro*, & *frustror*, Ital. *frustrare*, & *frustare*, Hisp. *frustrar*, Gall. *frustrer*, Angl. *to frustate*, Belg. *fristen*, *firsten*, *virsten*, *versten*, & *vorsten*, Germ. *fristen*, i. differre.

13. Ab ἀπερωέω, discedo, est Lat. *pereo*, & h. *periculum*, unde Ital. *pericolo*, & *periglio*, per aphær. *rischio*, corruptius *risico*, Hisp. *risco*, *riesgo*, & *peligro*, Gall. *risque*, & cum Angl. *peril*.

14. Ab ἀποδεύω, excerno, alvum exonero, est Lat. *fundo*, *is*. *Fundus* autem, unde *fundo*, *as*, est ab ejus primitivo ἄποδος, quando sumitur pro stercore, & pro quolibet excremento. Hispani hinc dicunt *bienda*, Gall. *fiente*, & *fient*. *Fundum* verò sive *fundus* est à βυθὸς, quod vid. §. 161. Differentiam tritus explanat versiculus:

Fundus fundit opes, diffundit funda lapillos,
Fundum cum tenui murmure fundit aquas.

Conf. & *profundus*, §. 394. it. *pandus*, §. 411.

15. Ab ἀπινέω, non evacuo, vel inexpurgatum relinquo, est Græc. πίνος, ου, ὁ, sordes, squalor, illuvies.

16. *Postergare* Italorum non male derivabitur à *post terga* projicere: quando verò posthabere signat, & despicari, rectius originabitur ab ἀποσέργω, contemno, vilipendo.

Aphæresim tum patiuntur cum α privativo composita, ut: 416

1. Ab ἄθυρος, janua carens, janua non clausus, it. ludicer, ut: ἄθυροι ῥῆμαι, ludicra verba, ludicri sermones, est ἀθύρω, ludo, lusito, à cujus partic. παῖς ἀθύρων, it. παιδίον ἀθύρον, puer ludens, l. ludibundus, est Lat. *tyro*, *onis*.

2. Ab ἄτρυτος, indomitus, infatigabilis, indefessus, est ἀτρυτώνη, Minervæ epith. sic dictæ, quod bellicis laboribus inexhausta sit, seu quod militaribus laboribus defatigari ac frangi nequeat. Unde per aph. non solùm est *Triton*, fluvius, it. Deus marinus, quem Poëtæ fingunt Neptuni tubicinem esse. Sed & *Tritonia*, Τριτωνία,

Mi-

Minerva; Imò & Τριτὼ, quod Æolibus signif. τὴν κεφαλὴν. Unde epith. τριτογένεια quidam derivatum putarunt.

Ab ἄτρυτος, indomitus, &c. it. qui sine intermissione vexat, vehemens & inexhaustus, est quoque Ital. *Drudo*, i. amasius, Belg. *drut*, *draut*, *druyt*, i. fidelis, fidus, Germ. *traut*, carus, dilectus, it. *Druthe*, & corruptius *Druchte*, i. sponsa, in lege Salica. Nec non *Drudus* pro Vasallo apud Dom. Magri: Et *Drodus*, i. minister, famulus, it. amasius, procus, in Colesij Diction. Lat. Anglico. Vid. & ἄτρυτος, §. 166.

3. Ab ἀδάμαστος, qui domari nequit. Interdum verò qui domitus non est, etiamnum Minerva nominata fuit ἀδάμαστος θεὰ, tanquam non compressa, nec subacta ad ferendum mariti jugum. Item *Adamastus* Ithacensis, pater Achæmenidis. Hinc corruptum putatur *Damascus*, qui Mercurij & Helimedæ Nymphæ filius ex Arcadia in Syriam profectus, urbem sui nominis ibi condidisse dicitur: Justinus lib. 36. 2. simpliciter asserit: Nomen urbi à *Damasco* rege inditum. Sic *Adamastor* apud Claudianum *Damastor* dic. in Gigantomachia. Et ob rubens seu rufum Damasci solum Hebræis terra dicitur ADAMAH: ADOM ruber, & ADAM, rubere. Conf. πέρκος, §. 399.

Eandem fig. patitur ejus cognatum ἀδάμας, αντος, ὁ, *adamas*, ita dictus lapis à duritie quasi indomita, qui Italis & Hisp. *diamante*, Gall. *diamant*, Angl. *a diamond*, Belg. *diamant*, Germ. *demant*, Hebræis autem ODÆM, i. lapis pretiosus; speciatim pyropus, rubinus.

4. Ab ἀμεμφὴς, έος, ὁ, ἡ, inculpatus, irreprehensus, &c. appellata fuit Μέμφις, *Memphis*, Ogdoi Ægypti regis filia, in cujus memoriam, regiam hujus nominis, quæ hodie *Cairo*, vulgò *Alcair* audit, condidisse fertur.

5. Ἀπράγμων, ονος, ὁ, negotijs vacuus, quietus, it. qui placidis est moribus, & negotium aliis non exhibet, it. qui lites non amat, facit in plur. ἀπράγμονες, unde conjecto nomen habere *Brachmanes*, Indiæ sapientes, diligentissimi syderum observatores. Quomodo *Derbij* populi Hyrcanis propinqui, & Turcarum *Derbis* ab ἀθόρυβος, tumultus expers, non turbulentus, quietus, sedatus: Imò & *Derbices* populi juxta Caucasum montem, qui supra stoicam severitatem minimum quodvis delictum pœna capitis puniunt à θεραπευτὴς, minister, it. cultor, it. curator & peculiariter pro eo, qui & μοναχὸς, vulgò religiosus: Unde Latinis recentioribus *Therapeuta*, apud Dom. Magri in Voc. Eccles. Assyriis autem *Trebeta*, qui Nini filius.

6. *Pines*, Agronis Illyricorum regis filius, procul dubio nomen accepit, quia ἀπινὴς, purus à sordibus. Sicut

7. *Plautus* & *Plotus*, pro eo qui planis est pedibus (à cujus fæm. *plota* sc. planta seu palma est Ital. *piota*, unde Belg. *poote*, *poot*, & *pote*, & Germ. *pfote*) est tanquam à *platuus*, contracto ex πλατύπους, i. latos habens pedes; veluti *claudus*, unde *Claudius* & *Clodius*, (§. 75. 30.) est à κυλλοποδὴς, * Vulcani epith. Et quando signif. eum, cui aures latæ ac flaccidæ, contrah. ex πλατυώτος, cujusmodi canis Latinis etiam dic. *plaudus*, unde Angl. *blood-hound*, Belg. *bloed-hond*, Germ. *blut-hund*. Quando verò notat excalceatum seu discalceatum, qui nudis incedit pedibus, est ab ἄβλαυτος, unde non solùm Ital. *biotto*, Belg. *blood*, & *blooten*, Germ. *blos*, & *blösen*, i. nudus, nudare: Sed & Lat. *apluda*, seu *appluda*, aliis etiam *apleuda*, seu *appleuda*, unde Ital. *pula*, al. *pola*, *bula*, & *spula* apud Ferrar. Gall. *bluët*, & *bluëtte*, Angl. *a blue-bottle*, i. flos Zachariæ, à quo diversum est *blewbottel*, i. cyanus, Belg. *bloyen*, *bloedsel*, *blosem*, Germ. *blüe*, *blüte*, i. flos.

A Lat. *apludare*, corruptè *blutare*, est Gall. *bluter*, Germ. *beutlen*, quod idem; imò & *plündern*, i. diripere. Vid. *bluto* apud Dom. Magri in appendice, ubi profert ex lege Lombardicâ: *Si casam cujuscunque blutaverit, aut res eorum tulerit.* l. 1. tit. 18. l. 1.

A Germ. *bloos* est iterum Belg. *blose*, i. rubor, purpurissum, & Angl. *a blush*, idem, it. *to blush*, rubore perfundi, erubescere.

Ejus simplici βλαῦτος, pro quo in usu βλαύτη, calceamenti genus, originem debet

Phry-

Phrygiæ urbs *Blaudus*. Sic parva quædam regio Pisidiæ appellatur *Sandalion*; & à sandalij effigie, seu figura, Sardinia insula denominatur *Sandaliotis*.

* Π ejicitur, sicut in ἄπυρος, §.410. it. in βύπληξ, ἄπυς, ὄμπνιος, & sim.

8. Ἄπονος, labore carens, facilis, it. molestiam non exhibens, it. morbi dolorisque expers, &c. etymon videtur magis conveniens Lat. voci *bonus*, quàm quod §. 70. posuimus; idque confirmat cognatum ejus ἀπόνηρος, i. qui improbus & nequam non est, minimè malus, unde Hebr. ABNER; quocum congruit Ital. *bonario*, factum ex *di buon'aria*, Gall. *debonnaire*, i. pius, mansuetus, benignus & humanus. Ἄπονος præterea signif. dolores sedans, unde vicus ad Euganeos colles in Italia prope Patavium vocatur *Aponus*, Ital. *Abano*, ob aquas ibi calidas variis morbis aptas.

9. Ab ἀβλεπὴς, Cyprijs ἀβρεμὴς, despectus, vilis, nihili, malus, indignus, qui videatur, est Lat. *plebes*, unde *plebs*, Ital. *plebe*, & *pieve*. Qua de Pap. *Plebs est reliquum vulgus sine senioribus civitatis*. Et Horat. 1. Epist.

Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque,
Plebs eris.

10. Ab ἀβλεπτέω, non video, oculos averto, it. pecco, delinquo, erit Græc. βλάπτω, lædo, damno afficio, noceo; nisi rectius à βλαυτόω, sandalio verbero.

11. Ab ἄβουλος, consilio carens, consilij expers, imprudens, it. stultus, amens, est Ital. *bulo*.

12. Ab ἄνευρος, nervos nullos habens, est νεφρὸς, ren, quod iterum per metath. abit in φρενὸς, unde φρὴν, ἡ, Lat. *ren*, * it. diaphragma, it. præcordia, φρένες, it. cor ipsum, & tandem mens; quâ in significatione ἀπὸ τῆς φρενὸς, est Lat. *frenum*, & à φρενόω, ad mentem reduco, it. castigo, ipsorum *freno*. A *ren* autem habent Itali *le reni*, it. *il rognone*, *rignone*, *argnone*, & *arnione*, Hisp. *ren*, it. *reñon*, *riñon*, & *riñones*, Gall. *les reins*, it. *roignon*, Angl. *the reins*, Belg. per metath. *niere*, Germ. *nieren*.

Φ abjicitur sicut in *Lesbus*, à φλοῖσβος, ὁ, i. sonitus, quem aqua edit, præsertim cum fluctus excitantur, it. murmur.

13. Ab ἀπύρινος, spinis carens, erit Græc. πρῖνος, i. ilex, arbor. Aliud hujus vocis significatum habes §.412.

14. Ἀκαρὴς, insecabilis, qui scindi non potest (unde Lat. *aceris*, & h. *acus*) it. ita exiguus, ut caput & principium reperiri non possit, fit non solùm Græc. ἄκαρι, Lat. *acarus*; sed & καιρὸς, i. tempus & occasio. Dicitur enim ἀκαρὴς χρόνος, apud Demosth. à cujus compos. ἀκαιρέω, destituor opportunitate, est Lat. *careo*. Item ab ἀκαρὴς, i. minimum interjectum habens spatium, ducitur per metath. Lat. *arcus*, Ital. *arco*, Hisp. *arco*, & *aro*, Gall. *arc*, Angl. *arch*, i. circuli principium. Ab ejus derivato quoque ἀκαραῖος, i. minimus, pauxillus; nisi malis ab ipso ἀκαρὴς, est Lat. *caries*, Ital. *caria*, Gall. *carie*, Hisp. *carcóma*.

15. Ab ἀφορμὴ (sumto pro ὁρμὴ) opportunitas, materia, seu occasio, it. impetus, & prima operis aggressio, §.405. est Lat. & Ital. *forma*, Hisp. *forma*, *horma*, & *orma*, Gall. *forme*, Angl. *form*, & *fourme*, Belg. *vorme*, Germ. *form*. Et Græc. per metath. μορφὴ, idem.

16. Ab ἄμορφος, informis, deformis, juxta §.179. est μόρμος, terrificus, unde obsol. μορμόω, seu μόρμω, à cujus particip. μορμῶν, όνος, i. dæmon erraticus, est μορμὼ, * mulier horrenda facie, strix, larva: ponitur & pro interjectione seu adv. exclamandi, ut: μορμὼ δάκνει ἵππος, plura vid. §.21.

* Sic Veneris cognomen apud Lacedæmonios erat μορφὼ, pro μορφῶν, à μορφόω, formo, figuro.

17. Ab ἀμελὴς, έος, ὁ, ἡ, qui curam non gerit negligentiâ utens circa quidpiam, est Græc. μέλεος, ὁ, ὁ, vanus, inanis, stultus, it. infortunatus, infelix.

18. Latinorum verò *vanus*, unde & Ital. & Hisp. *vano*, Gall. & Angl. *vain*, est ab ἀφανὴς, qui disparuit & evanuit, quem cernere desinimus, it. ab aspectu nostro remotus, oculos fallens, latens, it. obscurus, ignobilis; unde quoque ἀφάνναι, Atticæ

ticæ locus, it. ignobile Siciliæ oppidum: Nec non *Apina*, Italiæ olim civitas, it. *ἀφάνεια*, seu *ἀφανία*, obscuritas, incertitudo, ex quibus Hebr. AVÆN, i. iniquitas, vanitas, molestia, idolum, it. Lat. *affaniæ*, Ital. *avania*, it. *affanno*, Hisp. *afan*, Gall. *ahan*.

19. *Milium*, Ital. *miglio*, Hisp. *mijo*, Gall. & Angl. *millet*, est ab *ἀμύλιον*, ex *ἄμυλος*, molam non expertus, non molitus, it. *ἄμυλον* exp. rigidum, infractum, Lat. *amylum*, Ital. *amilo*, *amito*, & *amido*, Hisp. *amidon*, & *almidon*, Gall. *amidon*.

20. Ab *ἄβροτον*, quâ signif. sensu non præditum, nobis est Lat. *arbutum*, & ab *ἄβροτος*, *arbutus*, Ital. *albatro*, & *albatrella*, Gall. *arboisier*, sive *arbausier*, nec non *arbousier*, & *arboise*, *arbause*, seu *arbouse*, Belg. *bese*, & *besie*, Germ. *ein buttenbaum*, apud Dasypod.

Deinde fit ab ejus plurali *bruta*, i. arbor orienti solùm nota (quæque Hebræis hinc BEROT audit) unde iterum Lat. & Ital. *ruta*, Hisp. *ruda*, Gall. & Angl. *rue*, Belg. *ruyte*, Germ. *raute*. BEROT autem Hebræorum abit in BEROSCH, i. abies. Et tum demum, quâ inhumanum notat, fit exinde Lat. *brutus*, *bruta*, *brutum*, & quæ olim Romæ fuit, tota *Brutorum* * familia, Ital. *bruto*, *brutale*, Hisp. *bruto*, *bruta*, *brutal*, Gall. *brut*, *brute*, *brutal*, & *brutif*, Angl. *brutish*.

* Primus fuit *L. Iunius Brutus* à stultitiâ, quam Tarquinij metu simulabat, ita cognominatus.

21. Ab *ἀθανασία*, immortalitas, herba quædam, Latinis vocatur *athanasia*, Ital. *atanasia*, corruptè *tanaceto*, (tanquam ab *anicetum*) & *danada*, Hisp. *atanasia*, Gall. *athanasie*, *atanasie*, it. *tanasie*, *tanaisie*, *tannesie*, *tanaise*, seu *tannée*, Angl. *tansie*, Belg. *tansye*, & *taseye*, i. moretum.

22. *Sina*, herba, Ital. *sena*, Hisp. *sen*, Gall. *senè*, Angl. *the sena-tree*, Belg. *sene*, Germ. *senet*, est ab *ἀσίνη*, herba quædam, unde & Hebr. SENEH, i. rubus. SINA autem regio, quæ Hisp. *China*, Gall. *Chine*, est à *ξένη*, sub. *γῆ*, vel *χώρα*, i. terra vel regio extera, de quo s. l. plura. Conf. & *ξένηθεν*, §.263. it. *ἀπών*, & *ἀπεῖσα*, in §. antecedente.

23. *Petilus*, p. p. est ab *ἀπέτηλος*, foliis carens.

24. *Purus* ab *ἄπυρος* exhibet §.410. A *puri cordis* sc. homo, natum est apud Germ. Suevorum Duci prænomen *Burcardus*, vulgò *Burcard*. Sic *duricordium* pro obstinatione, ex Tertulliano citat Dom. Magri in V. E.

25. *Trux*, unde *trucido*, cum Voss. ab *atrox*, §.412.

26. 'Αμαίευτος, ἡ, obstetricis manum non experta, prodit Hebr. AMA', i. ancilla, it. Angl. *a maid*, vel *maiden*, Belg. *maegd*, Sax. *maghet*, Germ. *magd*, i. virgo, it. ancilla. Conf. & *παρθένος*, ex §.411.

27. *Libitina* nomen habere videtur ab *ἀλίβας*, *αντος*, *ὁ*, ita enim dic. *ὁ νεκρὸς*, mortuus, defunctus, it. fluvius infernalis omnia *exsiccans*. Et *Alibantes* ab Hom. vocantur populi quidam Africæ.

28. Ab *ἄλυκος*, lupis carens, est Lat. *lucus*, vid. & *ἄλυκος* pro *ἄκυλος*, §.64.

29. Ab *ἄκυρος*, improprius, non ineptè fit Græc. *γῦρος*, *γυρὸς*, & Lat. *curvus*: Nisi id malis ducere ab *ἀκόρυφος*, verticem seu fastigium non habens: Vel à *κυφὸς*, i. incurvus, ex *κύπτω*, quod vid. §.53. Itali hinc dicunt *curvo*, Hisp. *corvo*, Gall. *courbe*, Angl. *crump*, Belg. *krom*, Germ. *krumm*. Conf. *from* à probus, §.164.

30. Ab *ἀκόρητος*, poët. pro *ἀκόρεστος*, insaturabilis; vel rectius ab *ἄχορτος*, pro *ἀχόρταστος*, insatiatus, inexpletus, & inexplebilis, est Lat. *gurdus*, Hisp. *gordo*, Ital. *ingordo*.

31. 'Ακίχητος est, quem assequi, & comprehendere nequimus; ab hujus plur. neutr. *ἀκίχητα*, *τὰ*, vocatur Hebræis CHAGAF, quod Latinis *cicada*, Ital. *cicala*, Hisp. *cigarra*, *chicharra*, Gall. *cigale*: quemadm. à sing. *ἀκίχητος*, per sync. fit Græc. *κίκος*, & *κίξιος*, quod etiamnum cicadam significat.

32. Ab *ἀθυμέω*, quod habes §. 179. est Lat. *timeo* (Ital. *temere*, Hisp. *temer*) & h. *timor*, sicut à doleo, *dolor*; à faveo, *favor*, & simil.

33. Quo-

33. Quomodo ab εὐδιάω, ῶ, tranquillus sum, vel tranquillitate fruor, fit Græc. εὕδω, i. dormio: Sic ab ἀτρεμίζω, seu ἀτρεμέω, immotus maneo, quietus sto, quiesco, est Lat. *dormio*, unde Ital. *dormire*, Hisp. & Gall. *dormir*, Angl. *to dream*, Belg. *droomen*, Germ. *traumen*, i. somniare.

34. Ab ἀτροφέω, non nutrior, è nutrimentis alimentisque nullum corporis, viriumque incrementum sumo, it. desunt mihi quibus alar & nutriar, est Græc. ταρβέω, quod §.179. exhibet, & Lat. *torpeo*, unde *torpor*: Hinc non solùm Belg. *dorfen*, *durfen*, egere, it. *darven*, *derven*, carere; & Germ. *dürfen*, it. *darben*, & *verderben*, deperire: Sed & eorund. Belg. *sterven*, & Germ. *sterben*, i. mori: cujus præt. *starb*, & particip. *gestorben*, i. mortuus, ad græcum & latinum primitivum propius accedunt.

35. Ab ἀταρβὴς, intrepidus, minimè pavidus & meticulosus, est Lat. *trabes*, & h. *trabs*, Ital. *trave*, Hisp. *trabe*, Gall. *tref*, Angl. *a tree*, i. arbor.

36. Ab ἀσιτέω, cibum non capio, abstineo à cibo, est Lat. *sitio*; & *sitis* ab ἀσιτία, inedia, esuries, it. jejunium, abstinentia à cibo; hinc Ital. *sete*, Hisp. *sed*, Gall. *soif*.

37. Ab ἀσχολέω, negotia facesso, exhibeo, occupo, vel in opere detineo, it. neutr. occupatus sum, negotiis distinguor, est Lat. *soleo*, Ital. *solere*, Hisp. *soler*, Gall. *souloir*, Belg. *sullen*, Germ. *sollen*, i. debere.

Inter α & β, π, φ, inseritur aliquando per epenth. μ vel ν, metri vel euphoniæ causa, ut: 417

1. Ἄμβροτος, pro ἄβροτος, immortalis, qualis est Deorum immortalium, vel Diis immortalibus dignus. Exp. etiam incorruptus, divinus: Unde Lat. prænomen *Ambrosius*, quo celebris fuit Mediolanensium Episcopus. Item pro, sine mortali, seu nullum mortalem, i. nullum hominem habens, ut: ἄβροτος ἐρημία, * unde *Abrutium*, pòst *Aprutium*, nunc dierum *Abruzzo*, Neapolitani regni provincia; nec non per aph. *Brutium* promontorium, al. scyllæum, nomen habere videtur.

* Sic Σκυθῶν ἐρημία, Scytharum solitudo, in adag. Erasm.

2. Pro ἀφασία, (Ital. *afa*; * sicut & Latini *falla* dicunt pro fallacia) loqui non posse; stupor, quo vox & sermo intercipitur, seu cum quis nescit quid dicat, dicitur ἀμφασία, ex quo denuò Ital. *ambascia*.

* Sic ὕφα Græci dicunt pro ὕφασμα, i. tela. Item δῶ, pro δῶμα, vel δώματα. δῶμα autem (cujus genit. δόματος à Latinis contrahitur in *domus*, Ital. *domo* & *duomo*, Hisp. *dombo*, Belg. *dom*, Germ. *thum*) est à δώμημα, quod idem significat.

3. *Ambubaiæ*, mulieres vagæ, ac tibiarum cantu sese sustentantes, nobis ita dicuntur ab ἀβέβαιος, ὁ, ἡ, instabilis, inconstans, it. minimè firmus, non hærens firmiter, unde & Hebr. ZEBVB, i. musca, (Conf. ZEIAN ex §.124.) & Syror. ABBVB, i. tibia, seu fistula, pro quo Arabes dicunt ANBVB, m demum maluere Latini; quode plura Voss. & Calep.

4. Ab ἀνφάδιος, pro ἀφάδιος, hostis, puto esse Angl. *a foe*, & *fiend*, Belg. *viand*, Germ. *feind*, quod idem.

5. Ἀμπλάκιος, peccato carens, justus, forte fit prænomen *Blasius*: nî rectius à πλησίος, Dor. πλατίος, i. propinquus: vel à βλαισὸς, *Blæsus*, nom. viri apud Statium 2. Sylv. Vel denique ab ἱππηλάσιος, i. equestris. Vel cum Cl. Vossio à *Basilius*.

6. Ab ἀφανία, obscuritas, incertitudo, quod vid. §. anteced. est Ital. *anfania*, i. vaniloquentia, unde & *anfanare*, & hinc Germ. *fähnern*.

7. Ab ἄπυς, sine pedibus, vel pedum usu, est Lat. *apus*, unde Hisp. *avion*, *abion*, & *embion*. *

* Sic Lat. *cubitus* augetur in Ital. *gombito*, & *gomito*; diminuitur autem in Hisp. *cobdo*, & *codo*, unde Gall. *coude*.

Inter duas vocales autem plerunque ponitur ν euphoniæ gratiâ, ut: 418

1. Ἀναφὴς, intactilis, corruptum abit in Græc. νιφὰς, ἡ, Lat. *nivis*, unde *nix*, Ital. *neve*,

neve, Hisp. *nieve*, Gall. *neige*, Angl. *snow*, Belg. *sneeW*, Germ. *schnee*. Item Græc. νίφω, in Lat. *ninguo*, & h. *ningo*. Indeque opinor Siculorum fluvio nomen *Enivis*, qui vulgò hod. *Nisi* appellatur. Conf. & *anguis* ab ὄφις, §.238. & *sWaer* à βαρὺς, §. 161. it. *sterben* à torpere, §.416.

Ex constructione hujus epitheti cum ἄμμος, ex §. 410. eveniet *Amenophis*, cujus nominis Secundus nominatur *Pharao* in sacris; Tertius à Justino & al. *Vexoris*, sive *Sesostris*; Nonus ab Herodoto *Phœbus* dici videtur; item alius adhuc per aph. *Menophis*: Omnes Ægypti reges, quos inter unus hujus nominis, qui Tacito, aliisque *Memnon* audit, statuam reliquisse dicitur, quæ Solis *contacta* radiis vocem edebat. Qua de re legendus Philostratus l.6. c.3. de vita Apollon. Thianæi. It. Ottho Heurnius in Chaldaico pag.86. Schema autem ejus & fabricam exhibet Venerabilis Athanas. Kircherus in Oed. Ægypt. T.2. part.2. Cl.8. c.3. pag.323.

Est & ἀνάφη, Lat. *Anaphe*, hod. *Nanfio*, al. *Nampio*, una Sporadum insula, cujus originem ab ἀναφαίνομαι arcessunt; unde *Apollo Anaphæus* est cognominatus: Ex quo autor quidam dictus fuit *Abenephius*, de quo §.404.

Similiter præfige *Menophi*, vel *Amenophi* commune prænomen *Abda* ex §.409. & habebis originem τῦ *Abdemonaphes*, Ismaëlita is describitur fuisse mercator insignis, qui Mahumetum impostorem emerat: quo mortuo, ejus uxorem ipse duxit Mahumetus.

2. Ἀνέφαπτος, intactus, per metath. abit in ἀνέπαφος, idem; & interd. purus, sincerus, integer, ut: ἀνέπαφος ὑποθήκη, intactum pignus, nemini oppignoratum: unde corruptum videtur *Psinaphos*, Ægypti oppidum.

3. Ab ἄνηβος, qui pubertatem nondum attigit, impuber, it. investis, pro imberbi, dictus est *Anubis*, Osiridis filius, it. canis, sub cujus forma colebatur Mercurius.

Ex eod. per aphær. fit *Nabis*, quo nomine Æthiopes vocant Camelopardalem. Idemque nomen habuit Tyrannus quidam Lacedæmoniorum: Verùm apud Assyrios & Persas abijt in

(1) *Nabo*, ut: *Nabon-assar*, al. *Salman-assar*, pro Salomon Assur. It. *Nabo-Pol-Assar*, al. *Nabo-Bel-Assur*. Conf. Tiglat-pil-esser, §.160.

(2) *Na*, ut: *Na-Barzanes*, Darij dux & præfectus. *Barzanes* alius fuit Armeniæ rex, de cujus nom. orig. s. l.

(3) *N*, ut *Arses*, vel *Arsames*, Ochi filius (ab ἄρσας, & ἀρσάμενος, i. idoneus; Nisi *Arsames* rectius ducatur ab ἀρίσημος, illustris & celebris in bellis) Straboni Νάρσης, post Cyrum duodecimus. Et *Narses*, post cædem Artabani septimus, ambo Persarum reges. Alius *Narses*, eunuchus, Justiniani Imperatoris fuit cubicularius & belli dux.

Item: Ἄμβροτος (ex anteced. §.) divinus, immortalis, hac mediante prosthesi fit Græc. Νέμβρωτος, & Νεμβρώδ, Hebr. Nimrod, qui Josepho Ναβρώδης, tanquam ab ἄβροτος, Lat. *Nimbrodus*, sive *Nimbrot*, Regum omnium Coriphæus. Hornij hac de re opinionem legesis in ipsius Histor. pag. 40.

Sic *Arrabo*, & *Narrabo*, vulgò *Rab* vocatur Pannoniæ, sive Hungariæ fluvius.

Item *Nicaria* hod. dicitur, quæ olim *Icaria* sc. insula. Et Antiochia quædam Mygdoniæ, aliis Mesopotamiæ civitas ab incolis vocata fuit *Asibe*, seu *Asiben*; & *Nasiben* seu *Nasibis*, vel *Nisibis*: unde Pharnucus, historiæ persicæ scriptor, *Asiberius* audit & *Nasiberius*. Conf. & ebbio, *nebbio*, §.65. it. aspo, *naspo*, §.132.

4. Ab ἄνοπτος, non visibilis, per aphær. fit νυκτὸς, * νυχὸς, sive νύχος, unde Græc. νὺξ, ἡ, Lat. *nox*, *noctis*, Ital. *notte*, Hisp. *noche*, Gall. *nuict*, & *nuit*, Angl. *the night*, Belg. & Germ. *nacht*.

* Tis

* Τῆς νυκτὸς derivata & composita singulari afficiuntur aphæresi, quam obiter hic detegendam è re esse duxi; Derivata autem intelligo sequentia, ut:

(1) Νύκτερος, nocturnus, noctivagus, unde ἴκτερος, ε, ὁ, Lat. *icterus*, avis quædam, galbula aliis dicta, it. morbus regius, seu arquatus, qui istius avis intuitu occultâ quadam vi sanari traditur.

(2) Νυκτερινὸς, idem: unde ἰκτῖνος, & per apoc. ἰκτῖν, ῖνος, ὁ, Lat. *ictinus*, Angl. *a kite*, avis quæ & milvus dicitur, it. lupi species.

(3) Νυκτερὶς, vespertilio, animal lucifugum, contrah. in ἰκτὶς, (Lat. *ictis*, Germ. *iltis*, Belg. *illeken*, *ulck*, *ullick*, & *ullinck*) & per aph. κτὶς, ἰδος, ἡ, mustela sylvestris. Apud Luc. ἰκτίδες ὑμενόπτεροι, ex membrana alas habentes, ut vespertiliones. Sunt qui viverram interpretantur. Conf. Angl. *weesel*, ab Hisp. *avezilla* ex §.238.

(4) A *nycteride* Latinorum fit dim. *nycteridula*, contractè *nitedula*, Ital. *nottola*, i. vespertilio, & per metath. *donnola*, i. viverra. Conf. §.222.

(5) A νυκτερινὸς, vel à Lat. *nocturnus* sc. accipiter, est Lat. *sturnus*, Ital. *storno*, & *stornello*, Hisp. *estornino*, Gall. *estourneau*, Angl. *a stare*, & *starling*, Germ. *staar*, quibus non avem solùm notat, sed & oculorum morbum, qui cæcitati proximus.

(6) Ex compositis primum esto: Νυκτάλωψ, qui noctu melius videt, interdiu minus, it. ipse morbus, vel vitium id oculorum. Hinc Lat. *nyctalops*, à cujus ablat. *nyctalope* fit per aph. Lat. Italorumque *talpa*, Gall. *taulpe*, & *taupe*, ex quo iterum Hisp. & Ital. *topo*; stupidum & cæcutientem Itali quoque hinc vocant *talpone*, unde Germ. *tölpel*.

Pari modo à *nyctilops*, *opis*, herbæ genus, ita dictum, quod noctu è longinquo fulgeat, al. lunaria dicta, arbitror esse Lat. & Ital. *tulipa*, & *tulipano*, Gall. *tulipan*, & *tulippe*, Angl. *a tulip*, Belg. & Germ. *tulipan*, *tulpen*, & *tulpe*.

5. Νῶψ, & per prosth. (§.173.) κνῶψ, cæcus, dicitur pro ἄνωψ, qui visu est imbecilli.

6. Ab ἀνάγω, pro ἀπάγω, abduco, rejicio, est Lat. *nego*, unde Ital. *negare*, Hisp. *negar*, Gall. *nier*, à cujus compos. *denier* est Angl. *to deny*.

7. Ἀνηλεγέω, idem quod ἀπηλεγέω, non curo, contemno, abit in Lat. *negligo*, unde Ital. *negligere*, Hisp. *negligir*, Gall. *negliger*, Angl. *to neglect*.

8. Ἀνείμων, ονος, nullis indutus vestimentis, investis, nudus, evadit Lat. *nemo*, *inis*; valetque nullus, quando homini vel adjicitur, vel de eod. intelligitur.

9. Ἄνοικος, domo carens, extorris, fit Lat. *naucus*, unde *nauci*, i. homo levis. Plaut. in Mostell. *qui homo timidus erit in rebus dubijs, nauci non erit. Atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio.*

10. Ἄναυρος, auræ expers, Lat. *anaurus*, lenis in Thessalia fluvius, oriens in Pelio monte, sic dictus, quod ex eo neque auram, neque nebulam mittat. Est quoque Troadis fluvius ad Idam montem, ubi Paris, ut ferunt, paternas pascebat oves. Alij Syriæ fluvium faciunt.

11. Ἄναλος, sale carens, est Ægyptiorum Νεῖλος, *Nilus*, unus ex majoribus totius orbis fluvijs: Hunc cæteros omnes, qui in orbe terrarum sunt, *dulcedine* superare, ait Diodorus: quam sententiam quondam confirmavit Pescennius Niger Imperator, qui militibus limitaneis vinum petentibus respondit: *Nilum habetis & vinum quæritis*.

12. Ab ἄνυδρος, aquâ carens, aquarum penuriâ laborans, nomen habere videtur *Andros*, maris Ægei insula, prima inter Cyclades, cum oppido ejusdem nominis, ubi fons, qui referente Plinio l.2. c.103. quotannis, nonis Januarijs, vini sapore fluit. Ita juxta adag. *quod alibi diminutum, exæquatur alibi*.

13. Ab ἄνισος, inæqualis, impar, nomen habet Lat. *nisus*, * & Hebr. NBZ, i.

accipiter: Sicut ab ἀέσωρ, imperitus, Lat. *astur*, Ital. *astore*, Hisp. *açor*. Ab ejus neutro autem est Græc. ἄνισον, seminis cujusdam nomen, Lat. *anisum*, Ital. *aniso*, it. *anice*, tanquam ab *aniceto*, quod pro aniso sæpe sumitur, cujusque etymon ἀνίκητον vid. §.426. Hisp. *anis*, Gall. *de l'anis*, Angl. *annis*, seu *anis-seed*; Belg. *anys*, seu *anys-saed*, Germ. *anis*, seu *enis*. Dicitur *Anisus* etiam Austriæ fluvius, qui Germ. *die Ens*.

* Ejusdem originis fuere Νῖσος, *Nisus*, Megarensium Rex: Et à Virgilio lib. 10. descriptus

——— *pulcherrimus Astur,*
Astur, equo fidens, & versicoloribus armis.

14. Ab ἄνισχυς, robore & viribus corporis destitutus, invalidus, infirmus: Vel rectius ab ἀνίχιος, clunium tumore vacans, est Græc. ἰσχνὸς, macer, gracilis, tenuis, qui tenui corpore est, & minimè carnoso. Ex quo ἰσχνὰς, & h. ἰσχὰς, άδος, ἡ, carica, &c. & Germ. *schnade*, i. culmus, seu calamus avenæ.

15. Ab ἀναιμόσαρκος, cujus caro sanguinis est expers, Galli fecere *massacre*, proprieque adversum cervi caput denotat; * dein cædem & internecionem. Exinde Hisp. *mascara*, & *mascarilla*, Ital. *maschera*, & Insubrium *masca*, i. strix: in Lex. Med. unde iterum Gall. *masque*, i. larva; & *masquine*, quod de leonis capite intelligunt. Conf. & *larva* ad §.399.

* Legesis quæ hac de re Dom. Magri in appendice ad Notit. Voc. Eccles. affert in voce: *Cervula*.

16. Ab ἀνειαρίτης, sanguine carens, est ἀναρίτης, animal è cochlearum genere, & h. νηρίτης, Lat. *narita*, concha quædam: unde iterum *Narenta*, Dalmatiæ fluvius, qui aliis *Nar*, *Naro*, *Narona*, & *Narane* dicitur.

17. Ab ἀνία, mœror, tristitia (ex ἀ priv. & ἴα. Cum etiam derivari possit ab ἄντος, de quo s. l. vel per sync. ab ἀτονία) est ἀνιαρὸς, & epentheticè ἀνιγρὸς (unde Lat. *niger*, Ital. *negro*, & *nero*, Hisp. *negro*, Gall. *noir*) mœrorem afferens, tristis, mœstus.

Ἄνιγρος, Lat. *Anigrus* hinc dic. Thessaliæ fluvius, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt sua vulnera, unde cum antea haberet aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordidæ redditæ sunt & impuræ. Ex eod. per aph. fit νίγρις, Lat. *Nigris*, Æthiopiæ fons, it. *Nigir*, & *Gir*, inferioris Libyæ fluvius.

18. Ab ἀνέγερτος, inexpergiscibilis, inexperrectus, est Græc. νεκρὸς, mortuus, cadaver ipsum.

419 Hinc apud Græcos oritur νη in compositione, quando minuit, vel contrariam significationem infert, ut:

1. Νήγρετος, pro ἀνήγρετος, q. d. inexcitabilis, idem quod ἀνέγερτος, in §. antecedente.
2. Νήκεσος, pro ἀνήκεσος, insanabilis, immedicabilis.
3. Νηκουστέω, pro ἀνηκουστέω, non audio, it. non obtempero.
4. Νήϋτμος, pro ἀνάϋτμος, animæ expers.
5. Νήλιπος, pro ἀνήλιπος, Dor. ἀνάλιπος, discalceatus.
6. Νηλιφὴς, pro ἀναλιφὴς, non unctus, non illitus, dic. pecul. de nave.
7. Νήριθμος, pro ἀνάριθμος, innumerus.
8. Νήριτος, seu νήριτος, pro ἀνήριτος, vel rectius ἀνέριτος, de quo non contenditur. Exp. etiam multus, innumerus, immensus.
9. Pro ἀνηλεγὴς poëtæ dicunt νηλεγὴς, atrox, sævus, qs. nullius curam aut respectum habens. Et
10. Pro ἀνηλεὴς dic. νηλεὴς, νηλειὴς, & νηλὴς, immisericors, crudelis, it. firmus.
11. Νήποινος, qui pœnas non solvit, it. impunis, & impunitus, fit ab ἀνάποινος, non redemtus pretio.
12. Sic ab ἀναμάρτητος, qui non peccavit, it. qui peccare nequit, vel in quo nihil peccatur, fit νημερτὴς, verus, q. d. in quo dicendo non erratur.

13. Et

13. Et vice versâ ab ἀνεπής, έος, ὁ, ἡ, nihil dicens, est νήπιος, * infans, unde juxta §.194. Lat. *nequus*, *nequior*, *nequissimus*, Hisp. *necio*, seu *nescio*, & *necissimo*, Gall. *nice*, i. iners, segnis, i. simplex, &c. Ab ejus autem denominativo νήπιον est Lat. *nequam*, i. homo inutilis. ἢ ἢ σιώπα μηδὲν εἴπῃς νήπιον, Aristoph. Pro eod. dicitur etiam νηπύτιος, (Gall. *Nabot*, & *Nimbot*) & νηπίαχος, ** infans, unde nobis Hebr. NABOTH, & Chald. NABUCH, qui Italis *Nabucco*, & à tempore afflictionis sive rejectionis *** Babyloniis vocabatur *Nabuch Odonosor*, id est, Νηπίαχ-οὐδενόσωρος, nullâ custodiâ sive nulla curâ dignus, quod corrupte ab Hebr. effertur NEBUCADNEZAR. Conf. & *Osochor*, ex §. 38.

* Belgarum *Knape*, & Germ. *Knab*, i. puer, est Græc. νήπιος. Unde & Lat. *Eunapius*, Sardianus Philosophus, it. *Menapij*, Germaniæ populi, & *Menapiscus* pagus. Anglorum *Knave*, i. nebulo, autem est Græc. νήπιον. Conf. Κνώψ, §.418. Sic Belg. *Gnap*, & cum Germ. *Knap*, quando adjectivè celerem & agilem notat, erit à Lat. *navus*, & *gnavus*. Germanorum *Knap* verò in *tuch-knap*, & *berg-knap*, vel est à Græc. γναφεύς, i. fullo: vel ab Ital. *canopo*, i. metallicus; vel denique ab Hisp. *ganapan*, i. bajulus, qui Gallis *gaigne-pain*, & *gaigne-denier*, id.

** Apud Hom. —— ἢ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε
Νηπιάχοις, οἷς οὔτι μέλει πολεμήϊα ἔργα. id est:
Revera pueris par est hæc concio vestra
Insipidis, quibus haud curæ sunt bellica facta.

*** *Hippolytus*, quo de §.92. hoc nomine appellatus fuit, postquam ab equis credebatur dissolutus & discerptus. Ita quoque *Codrus*, *Pinarius*, *Procris*, *Bellerophon*, *Ucalegon*, *Protesilaus*, & alij. Legesis Ludolphi Potteri præfationem in Auctarium propriorum nominum, quod ad calcem Dictionarij Kilianei invenies, ubi plura.

14. Dicitur & νηπύτιος per metath. pro ἀπίνυτος, amens, qui desipit: Et corruptius ψινύθιος, vilis, vitiosus. Conf. ex §.410. ψάμαθος, it. ψίναρος, §.418.

15. Νήνεμος pro ἀνήνεμος, vid. §. 179.

Hucquoque spectant: 1. Νήπλεκτος, non nexus, seu complicatus, it. non redimitus, incomtus. 420

2. Νηπεκτής, impexus, non pexus, idem quod ἄπεκτος, qui pectitus non est.

3. Νήλευςος, & νήλεςος, idem quod ἄλευςος, invisibilis.

4. Νηκερδής, non lucrosus, non quæstuosus, inutilis, qs. idem quod ἀκερδής, non lucrosus, it. damnosus.

5. Νηπενθής, idem quod ἀπενθής, luctu & mœrore carens, serenus, lætus, it. quo luctus tollitur, qui tristitiam animo eximit, quo in sensu per aph. hinc derivatur πενθερὸς, socer, uxoris meæ pater. Ab ejusd. neutro νηπενθὲς vocatur apud Lat. herbæ genus *nepenthes*, quæ vino injecta animi hilaritatem inducere creditur.

6. Et sicut ab εἴδω, video, est ἀνείδεος, forma carens, informis; ita ab εἴδω, scio, fit νῆϊς, ιδος, ὁ, inscius, rudis, timidus.

7. Νήκερως, & νήκερος, ου, ὁ, καὶ ἡ, idem est quod ἄκερος, vel ἄκερως, cornua non habens. Exinde ergo dic. νάκος, εος, τὸ, pellis cum suo villo; à cujus plur. contrahitur νάκη, quod idem.

Νη istud nonnunquam mutatur in νε, ut: 1. Νέπους, pedibus carens, piscis *nepos* dictus, qs. ἄνευπους, pro ἄπους. 421

2. Νεννὸς, stolidus, amens, à νε, & νόος, mens. Screv.

3. Νεποινῆ, pro νήποινα, impune.

Imò simplex ν interdum sufficit, ut: 1. Ἠπεδανὸς, infirmus; Νηπεδανὸς, firmus. 422

2. Ἀλίτης, peccator, sceleratus; Νηλιτὴς, peccati seu culpæ expers.

Νη sæpe ducitur ab ἀνὰ, de quo s. l. vel aliunde petitur, ut: 423

1. Νητρεκὴς, verus; quod nobis per aphær. est à παναττρεκὴς, omninò verus, certissimus.

2. Νηδὺς, ύος, ἡ, venter, uterus, unde Hebr. NOD, i. uter, est à πάνηδυς, omnino suavis; sicut & νήδυμος dic. pro πανήδυμος, suavissimus, dulcissimus.

3. *Nerva*, XIII. Rom. Imperator, quem Cl. Spon in Itiner. pag. 341. Narniæ natum, & ab ejus flum. *Nar* aut *Nera* nomen accepisse asserit: nobis videtur cum aliis hujus nominis apud Tac. & tota *Nerviorum* inter Belgas gente ita appellatum fuisse ab ἀνηρεφὴς (ex ἀ priv.) tecto carens; *Nullas etenim Germanorum populis urbes habitari* ex Tacito notum. Et Just. l.22. *Scythis nec domus ulla, aut sedes est, &c.* Iidem Sarmatis Europæis vocantur *Nevri*, in Horn. Orb. Pol. Conf. *Ascenas*, §.409.

4. *Nerva* autem Hispaniæ fluvius, hod. *Nesva*, * ita vocatur à συνηρεφὴς, i. tectus umbra spissa, tanquam tecto, umbrosus, opacus. Unde quoque

5. *Narva*, similis quidam fluvius in Livonia, à quo & urbs, quam alluit, idem nomen hausit. Conf. *Solenus*, §.411.

6. *Narvam* verò Russiæ urbem ita nominatam arbitror ab ἀνηρεφὴς (ex ἀνὰ pro ἄνω) id est, altè tecta: unde & *Narbis*, Illyriæ urbs, it. *Narbo*, Ital. *Narbona*, Gall. *Narbonne*, Galliæ. It. *Norba* Lusitaniæ civitas.

* Similiter *Nasva*, Suevorum dux apud Cæs. in Comm. de B. G. lib. I. corruptè dic. pro *Narva* ex ἀνηρεφὴς, tecto carens, uti colligo ibid. ex ultimis Ariovisti verbis ad Cæsaris legatos: Cum vellet congrederetur intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, *qui intra annos xiv. tectum non subissent*, virtute possent.

7. Ἄνοδος, ἡ, via sursum ferens, ascensus, ab ἄνω, it. adjectivè ὁ καὶ ἡ, ab ἀ priv. invius, per quem via non patet: Hinc Lat. *nodus*, Ital. *nodo*, Hisp. *ñudo*, Gall. *noeud*, Angl. *knot*, Belg. *knodde*, Germ. *knote*.

424 Νὴ vel νε tandem abit in νῶ, ut: 1. Νωδὸς, ῦ, ὁ, (ex νὴ & ὀδὸς, dens; vel pro ἀνόδους, dentes non habens) edentulus.

2. Νώδυνος, ῦ, ὁ (à νὴ & ὀδύνη, dolor) doloris expers.

3. Νώνυμος, & νώνυμμος, Poët. pro ἀνώνυμος, obscurus, ignobilis, nomine carens, ex νὴ & ὄνυμα, Æol. pro ὄνομα, τὸ, nomen.

4. Νωλεμὴς, έος, ὁ, ἡ, indesinens, assiduus, per metath. liquidarum factum est ex νὴ vel νε & ἀμελὴς, qui curam non gerit, negligentiâ utens circa quidquam. Idemque factum videbis in ἀρτεμὴς ex ἀρτιμελὴς, s. l.

5. Νωχελὴς, tardus, segnis, dicitur pro νηχαλὴς, sicut δυχαλὴς, in compos. ex χαλάω, laxo, remitto, &c.

6. Νωθὴς, tardus, segnis, piger, it. metaphor. hebes, & stupidus, per sync. contractum puto ex νηπευθὴς, idem valens, quod ἀπευθὴς, imperitus, indoctus, qui nihil audivit, seu audiendo didicit.

7. A modò dicto νήγρετος, i. somnus ex quo excitari nequeas, fit νώκαρτος, unde νώκαρος, & h. νῶκαρ, τὸ, dormitatio, segnities, torpor, veternus, sopor, it. adjectivè, exanimis, it. nulla vi superabilis. A νώκαρος per aph. fit κάρος, sopor cum gravedine, marcor, veterni species: Et ex eo κὰρ * vel κὴρ, ἡ, sors, fatum, mors fatalis. A νῶκαρ fit Hebr. NECHIR, unde NECHIRAIM, nares. Et NACHAR, ronchus narium. Per metath. autem Græc. νάρκη, veternus, torpor, it. torpedo, piscis quidam, à cujus derivato ναρκάω, ῶ, torpedine afficior, sive affectus sum; obtorpesco, aut etiam torpeo: duco per metath. Græc. ῥέγχω, sterto, unde ῥόγχος, & ῥογχίζω, *ronchizo*, unde Ital. *ronchizzare*, per sync. *ronzare*, & *ronfare* (tanquam à reflare) Hisp. *roncar*, *reçongar*, & *refuñar*, Gall. *ronfler*, & *renifler*, Belg. *roncken*: Anglorum autem *to snore*, seu *snort*, & Belg. *snorcken*, nec non Germ. *schnarchen*, sunt ab Ital. *sornacare*, seu *sornacchiare*, quæ vel à Græc. κερχνάω, raucum, creperumque sono; vel per metath. à jam dicto Hisp. *reçongar*.

* Κὰρ & κὴρ, quando pediculum seu pecus notant, sunt ab ἔγκαρ., hoc ab ἔγκαρος, cerebrum, ex ἐν & κὰρ, caput. Κὰρ autem gentile, unde *Cares* populi; est à μακὰρ, beatus; & καρία, seu *Caria* à μακαρία, locus vitæ beatæ.

Idem antistoechon deprehendimus in 1. Νεαρὴ ὄψις, unde νάφοψ, splendidus. 425
2. Νέατος, ultimus, unde νῶτος, ου, ὁ, dorsum, tergum.
3. Νέον γάλα, νώγαλα, τὰ, edulia suavia & delicata.
Apud Latinos exinde originem trahunt: 426
1. *Ne*, in *nequeo*, *nefas*, *nefarius*, *neuter*, (Italis & Hisp. *neutro*, Gall. *neutre*, Angl. *neither*) *neullus*, contractè *nullus*, unde *nullitas*, Ital. *nullo*, *nulla*, *nullità*, Hisp. *nulidad*, Gall. *nul*, *nulle*, *nullité*, Angl. *nul*, *nullity*; Iisdem nullius fidei homo vocatur a *Nullifidian*, unde suspicor esse Germ. *Knolfinck*, i. homo agrestis. Conf. *Knab*, & Κνώψ ex §.419.

His accedat, quod Cl. Vossio debemus, *nedutus*, quodque per sync. ad §.168. notatam contrahitur in *nudus*, qui ut ait D. Chrysostomus, nec à centum viris spoliatur. Italis hinc sunt *nudo*, & *ignudo*, Hisp. *nudo*, & *desnudo*, Gall. *nud*, & in fæm. *nuë*. Conf. & *nunquam*, *nuspiam*, & *nusquam*, §.221.

2. *Ni*, in *nimius*, à ne-medius, i. e. immodicus, ἀμέσως, medio carens. Sic
Nimirum, à ne-mirum. Et
Nihil, contr. *nil*, ex ne-hilum; Quod scire quanti sit, docet adagium: *In nihil sapiendo jucundissima vita*. Ita Sophocles: Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιςος βίος.

3. *In* * quod ἀρνητικὸν vocant, quando scilicet priuatiuè aut negativè accipitur, ut:
Incurabilis, ἀνίατος. *Invictus*, ἀνίκητος, §.410.
Inappetentia, ἀνορεξία. Ἄοινος, *invinius*, apud Apul.
Informis, ἄμορφος, §.416. *Inops*, ἄθαπλος.
Iners, ἀργός, pro ἀεργός, ἀπάλαμνος.
Insulsus, ἄναλος, i. non salitus. Vid. & §.418.
Ἄϋπνος, & per epenth. ἄγρυπνος, *insomnis*, unde ἀγρυπνία pro ἀϋπνία, *insomnia*.
Inedia, ἀσιτία, unde Angl. *need*, Belg. *noode*, & *nood*, Germ. *noth*, i. egestas, necessitas. Sic
Ἄζυγος, pro quo etiam ἀζυγὴς, & ἄζυξ, ὁ, ἡ, latinè redditur qs. *injugis*, qui vel quæ non est sub jugo. Conf. & quæ ad §.95. it. §.415.
Ἀανὴς dicitur & per epenth. ἀνανὴς, qui perfici nequit, unde ἀνήνυτος, & ἀνήνυσος, id. it. qui ad finem perduci nequit, it. infinitus, &c. ab hoc est Græc. νῆςις, εως, ὁ καὶ ἡ, i. jejunus, qui cibum non cepit, ἄσιτος. Ab illo autem Lat. *inanis*, μάταιος.
Indolentia, ἄλυπος, §.31. id est, absentia omnium dolorum, Ital. *indolenza*, quâ voluptas animi, Epicuri, non verò Epicureorum, summum bonum describitur. De ea sic Cic. 2. Offic. *Rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiuntur*.

* In *in* convertitur quoque *νη* in voce νῆσος, unde olim Lat. *insus*, pro quo in usum venit ejus dim. *insula*, Ital: *isola*, Hisp. *isla*, Gall. *isle*, & *ile*, Angl. *isle*, *yle*, & *island*, Belg. *eyle*, *eyl*, *ey*, *aeghe*, *aughe*, *ooghe*, & *eyland*, (unde ipsis *eylendigh*, & *ellendigh*, in insulam relegatus) & hinc Germ. *elend*, i. exilium, quod plerunque fiebat deportatione vel relegatione in insulam, quam ad exilij differentiam qs. latinè denuò appellitant *ein insul*, & corruptius *insel*. Conf. *tipula* à βέτυπος, ex §.80.

Eod. modo *necessitas* (pro necessitudine) & *necessuosus*, convertuntur in *incestus*, & *incestuosus*: Unde Ital. & Hisp. *incesto*, & *incestuoso*, Gall. *inceste*, & *incestueux*, Angl. *incest*, & *incestuous*.
Sic quoque *infestus* dic. pro *nefastus*, & sim.

4. Atque hinc est quod *infrens* dic. pro *nefrens*.
Infandus pariter pro *nefandus*.
Et pro *inotium*, & *inotiosus*, contra usitatius dicitur *negotium*, & *negotiosus*, unde Ital. *negotio*, seu *negozio*, Hisp. *negocio*, Gall. *negoce*.

5. *In* nonnunquam abit in *ig* vel *i*, ut: *Ignarus*, unde *ignoro*, ab ἄνειρος, imperitus: quo in sensu leg. apud Cic. in princ. Orat. pro M. Cœlio: *Si quis, Iudices, forte nunc adsit ignarus legum, &c.*

Ignosco est inchoativum à Græc. ἀγνοέω, ῶ, q. d. non intelligo, non cognosco, non animadverto.

6. *Im*, in *impunis* à νήποινος, nî rectius ab *impunitus*, §.168.

Imbellis ab ἄνοπλος, i. inermis. Conf. §.478.

Impurus pro obsol. *nepurus* apud Festum. Sic

Ἕτοιμος, ἀνέτοιμος, paratus, *imparatus*, i. qui expeditus, promptusque non est.

427 Præterea notabis *in* plerunque negativam habere significationem, quando *adjectivis* adjicitur: cum *verbis* verò compositum sequi significationem præpos. εἰς vel ἐν, de quibus κατὰ θεὸν in Sectione seqventi, ut:

1. *Infectus*, in sensu negativo dic. pro *non factus*. Affirmative autem dic. pro tinctus, ab *inficior*.

2. *Indictus*, negat. pro *non dictus*; it. affirm. pro solenniter promulgatus ab *indicere*, juxta illud:

Edicunt Reges, *indicit* festa Sacerdos.

3. *Infractos* adverso Marte Latinos, intelligit Virg. 2. Æneid. *non fractos*, integros, invictos: Contra; *infracto* (apud Cicer.) delicatoque gradu incedere, id est, fracto & molli, ab *infringo*. Sic

4. *Invocatus* adjectivè dic. pro *non vocatus*, ἄκλητος: Participialiter autem pro in auxilium vocatus ab *invocare*.

5. *Investis*, quod contrah. ex *investitus*, juxta §.168. pro imberbi sumitur, Græcis ἄνηβος, cui inguina nondum prima lanugine sunt vestita: *Investitus* autem est ornatus, & speciosa veste indutus, ab *investire*, i. κοσμεῖν.

6. *Impensus* pro *non pensus*, legitur apud Festum, cum dicit: *Impensam stipem*, *æs sacrum*, *quod nondum erat pensum*: *Impensa* autem ab *impendo*, id est *in usum aliquem pendo*, unde & *impendium*, in Gloss. vett. vertitur ἀνάλωμα, i. sumtus. Quâ de re si vis evolve Vossium in voc. *in*, & *impensa*.

7. *Illix*, seu *illex*, *icis*, ab illiciendo, dic. avis cæteras illiciens, παλεύτρια. *Illex* verò, qui & *exlex*, *egis*, est ἄνομος, qui legi non paret, vel à quo lex non servatur.

8 Hucquoque spectant *immanis*, pro inhumanus, ὠμός. Conf. §. 36. Vel cum Voss. pro *non manus*, quod habes §. 272. vel denique ab ἐμμανής, furens, de quo s. l. Sic *importunus*, pro inopportunus. Item *Immunis*, pro incommunis, vel juxta Voss. munere vacans, seu non faciens munus.

Item *Labor improbus*, qui Græcis dicitur μόχθος, unde μοχθηρός, i. laboriosus, it. ærumnosus, miser, it. malus, improbus, it. vitiosus; & id genus alia.

428 Interdum spiritus mutatur in σ, * ut:

1. Ἄλοπος, squamarum expers, unde Græc. ὁ σάλπης, & σάλπη, *salpa*, piscis genus, cujus dim. σάλπιγξ, itidem piscis marinus, it. tuba, buccina, &c. unde Lat. *salpicta*, quo de plura Voss.

2. Ab ἀβακής, quietus, placidus, mitis, nomen agnovit *Sabaces*, Ægypti prætor, apud Curt. Item *Sabacus*, Æthiops quidam Uulcani sacerdos.

3. Ἄβατος, ε, ὁ, ἡ, ἡ, inaccessus, invius, impervius, avius, it. accessu, vel aditu difficilis, accessum vel aditum difficilem habens, &c. mutatum olim fuit in *Sabatus*, post in *Sabaudus*, ** unde nomen *Sabaudiæ*, Ital. *Savoia*, Hisp. *Saboya*, Gall. *Savoye*. Sunt & Liguriæ urbes, *Savona* scilicet & *Vadi*, quæ olim *Sabbatium Vadum*, seu *Vada Sabata* nuncupabantur, de quibus Cic. lib. 11. Epist. *Jacet inter Apenninum, & Alpes impeditissimus locus ad iter faciendum, &c.*

7. Ab ἀφάλτης pro ἄφαλτος, resiliens, est Græc. βασάλτης, marmor ferrum & colore, & duritie imitans, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inventum, à quibus dic. BASAL, unde Hebr. BARZAEL, & corruptius PARZAL, i. ferrum. Conf. §. 53. A Latinorum *basaltes* est Ital. *balza*, unde *balzano*, & *balzare*. Hinc Solis & Terræ filius vocatur *Bisaltes*, à quo *Bisaltæ* populi liberi Macedoniæ ad Strymonem amnem.

* Idem accidit in (1) ῥοφέω, Lat. *sorbeo*, unde ῥοφητὸς, pro ῥοφητός, Lat. *sorptus*. Et

(2)

(2) Ὁλκὸς, unde Lat. *ſulcus*, Ital. *ſolco*, Hiſp. *ſulco*, & *ſulquillo*, Gall. *ſeillon*; ſeu *ſillon*: unde metaph. dic. Ital. *ſolcar il mare*, Hiſp. *ſulcar*, Gall. *ſeillonner*, i. navigare. Vid. & *ſingler*, §. 390.

(3) Sic ὀυρὸς, alveus, ſeu foſſa per quam deducitur navis in mare, abit in συρὸς (unde *Syria*, Ital. *Soria*) quod corruptum fuit in σιρὸς, σιῤῥὸς, atque etiam σειρὸς, i. ſcrobs, ſeu fovea, in qua condita frumenta aſſervabantur, unde Lat. *ſirus*, Germ. *ſcheur*, i. ſciſſura, rima, it. *ſcheure*, *ſcheuren*, & *ſcheune*, i. granarium.

(4) Ab ὑλωρὸς, ſylvæ cuſtos, cui ſylvarum cuſtodia demandata eſt, nomen retinuit *Scylurus*, 80. filiorum parens; quibuſque moriens concordiæ vinculum, haſtilium faſce, quem cuique confringendum porrigebat, commendare voluit. Pari modo σκύλαξ, ακος, i. canis catulus, eſt ab ὑλακτικὸς, qui latrare ſolet, pronus ad latrandum. Conf. & *ſcaltrito*, ab ἀλίτρυτος, ad §. 168. Fertur & *Scylurus*, Cherroneſi rex, quem derivare poteris à σκυλωρὸς, ſpoliorum & exuviarum cuſtos. Sunt præterea *Silures* Britanniæ inſulæ populi de quibus vid. Car. Steph. Conf. & *Silurus*, ex §. 358.

(5) Ἀκαρὸς, vel ἀκαρὴς, exiguus, per metath. abit in ἄρακος, leguminis ſpecies, unde Att. σάρακον, i. vicia, & h. Ital. *ſorgo*. Vid. & §. 148.

(6) Ex ἀμαρία, i. aquæ ductus, ſimili modo factum eſt σαμάρεια, *Samaria*, Syriæ urbs & regio. Conf. σῦ, §. 94. & σαβοὶ pro ἰαβοὶ, §. 100. it. *ſutrus* §. 68. it. *ſe*, §. 124. it. σόλος, §. 148. it. *ſiligo*, §. 90.

** Formica *alata* Hiſpanis dic. *aluda*; hinc avis *alata* Latinis audit *alauda*, unde Ital. *lodola*, Hiſp. *alondra*, Gall. *alouëtte*. Idem quoque ducere poſſes à pluma in capite *elata*, quomodo Varro avem hanc depingit, unde legioni à Cæſare apud Plin. & Sueton. impoſitum nomen, *alauda*: Sicut apud Hom. Iliad. β. κορυθαιόλος (quod vid. §. 151.) Ἕκτωρ, exp. ornatam habens galeam.

Imò σ per epentheſin nonnunquam intruditur, ut: 429

1. Ἄσβολος, (unde uni ex canibus Actæonis nomen *Asbolus*) & ἀσβόλη, * fuligo, macula, pro ἀλαβὴς, ὁ, ἡ, (unde Lat. *labes*) in quo nihil eſt, quod prehendi queat; & ἀλαβὴ, fuligo, carbo, cinis miſtus carbonibus; quæ rectè deducuntur à λαμβάνω. Conf. & ἀσράγαλος ab ἐυτρόχαλος, §. 63. it. λωβὴς, & λώβη, §. 411. & 37. it. λαίσκαπρος, §. 340. & ὄσρυς ab ἄτρυτος, §. 166.

* Sic Senenſes pro *vivo* dicunt *viſpo*, i. alacer, vegetus, apud Duez. Conf. *riſchio*, §. 415.

2. Haud abſimili epentheſi augetur Lat. *Avernus*, Campaniæ lacus prope Bajas, ſic dictus à Græc. ἄορνος, i. avibus carens; Hinc lacus quidam juxta Eridanum Italiæ amnem dic. *Aornus*. Et videtur exinde quoque nomen habere Florentinorum *Arnus*; verùm ſuſpicor fluvium illum rapidiſſimum per metath. ita dici ab ἄναυρος, ex §. 418.

Aliquando per ſynæreſin coaleſcit ſequenti, ut: 1. Ἄτος, pro ἄατος, inſatiabilis. 430

2. Ἀδὴς pro ἀαδὴς, Dor. pro ἀηδὴς, inſuavis, injucundus, odioſus.

3. Οὖτις vocatur ficto nomine Uliſſes, pro ἄουτις, non nemo, nonnullus.

Mutatur etiamnum vel in η, idque more Jonico, * ut: 431

1. Ἤκεστος, idem quod ἀκέντητος, ſtimulo nondum domitus, nondum ſubactus.

2. Ἄκλητος, non vocatus, abit in ἀκαλὸς, & hoc in ἠκαλὸς, quietus, unde ἔκηλος, & Æolicum εὔκηλος, quæ vid. §. 51.

3. Ἥσυχος, contractum ex ἀσύγχυτος, non confuſus, neque conturbatus. Cujus idem ſignificans diminutivum ἠσύχιος, vid. §. 51.

4. Ἠπεδανὸς dic. pro ἀπεδανὸς, debilis, infirmus, claudus, invalidus, it. ſenſibus captus, ſtolidus. Vid. & §. 422.

5. Ἠλακάτη, colus, it. arundo, it. ſagitta, jaculum, ab ἀλάκητος, ſtrepitum

non edens, à cujus neutro ἀλάκητον etiamnum fit ἠλάκατον, i. fusus.

* Sic ἠγάθεος dic. pro ἀγάθεος, ex ἀγαν & θεός.

Ἠνεχής, ex ἀνεχής, de quibus s. l.

Ἡδύς contractum ex ἀδαῖος, §. 161.

432 Vel in ο, * ut: 1. Ἀνίδιος, qui nihil proprium habet, mutatur in ὀνείδιος, probrosus, contumeliosus, & h. ὄνειδος, τὸ, probrum.

2. Ἀηδέω, tædio afficior, fastidio, it. abhorreo (ab ἀηδής, insuavis, odiosus) abit in ὀδύω, pro quo in usu est ὀδύσσω, irascor, succenseo, Lat. *odi*, & h. *odium*, unde Ital. *odio*, & *odiare*, Hisp. *odio*, & *odiar*, Gall. *haïr*, *haine*, & *haidroit*, Angl. *to hate*, & *hatred* (Conf. *Hundred* ex §.391.) Belg. *haet*, *haeten*, & *haten*, it. *hader*, & *haer*, Germ. *hader*, *hass*, & *hassen*.

3. Ὄαρ, ab ἄειρος, vid. §.405.

4. Ὀσαφίς, Att. dic. pro ἀσαφίς, & hoc pro σαφίς, uva passa, à cujus compos. σαφὶς ἀγρία, vel ἀσαφὶς ἀγρία, i. herba peduncularia, seu pedicularis, est Lat. *staphis*, & *staphis agria*, Ital. *stafisagra*, per metath. *strafizzeca*, & apud Ferr. *strafusaria*, Hisp. *staphisagria*, & alio nomine, tanquam fabæ radix, *favaraz*, *paparraz*, *habarras*, & *abarras*, Gall. *estaphisagrie*, & *staphisagre*, Angl. *stavesacre*, sive *liee-bane*, Belg. hinc quidem *luys-Kruydt*; illud autem suspicor corruptum esse in *Duyvels-dreck*. Conf. & ὄσρυς pro ἄδρυς, §.166.

* Sic Ὄρχαμος (unde fortean *Orchimus*, *Orchamus*, Assyriorum rex; & *Orchanes*, Turcarum Imperator) dic. pro ἄρχαμος, princeps, ex quo per aph. CHAMUS, CHAM, & KHAN, & K abjecto, HAN.

Et apud Lat. *omentum*, pro *amentum*, quod duco ab ἵμαντον, cujus masc. ἵμαντος contractum fuit in ἱμάς, άντος, ὁ, lorum; funis: à cujus dim. ἱμαντίον, columnæ in ore extensio, per aph. fit Lat. *mentum*, Ital. *il mento*, Gall. *le menton*.

Neque aliter Lat. *talentum* est à τάλαντον, cujus masc. τάλαντος, contractum videmus in τάλανος, τάλαος, τάλας, miser, ærumnosus, cui multæ ærumnæ tolerandæ sunt: A ταλαὸς per aph. fit λαὸς, populus, turba; nisi malis à παλαιὸς ex §.160. Τάλας autem per metath. convertitur in ἄτλας, unde *Atlantes* columnas ædium sustinere dicuntur, ab *Atlante*, Mauritaniæ rege, qui cœlum humeris portare fingitur.

433 Vel in ω, * ut: 1. Ὠχρὸς, pallidus, ab ἄχροος, coloris expers; à cujus deriv. ὤχρα, ἡ, coloris q. genus, est Lat. *ochra*, Ital. *ocra*, & *ocria*, Gall. *ocre*, Angl. *oker*, Belg. *oker*, & *oker-gheel*, Germ. *ockergelb*.

2. Ab ἀκέανος, leguminis genus, quod non nisi ægre frangi, & dissolvi potest, in Princ. Phil. n. p.107. probavimus esse ὠκεανὸς, Hesych. ὠγὴν, Hebr. CAIN, Lat. *Oceanus*, Ital. & Hisp. *Oceano*, Gall. *Ocean*, Angl. *zea*, l. *sea*, Belg. *zee*, Germ. *see*.

Ab ὠκεανὸς fac XAOHANUS; & à Xaohani υἱὸς, CHUENHIOUS; & hinc vel simpliciter ab υἱὸς, COUS: Ab *Hanoch* (ἔνοχος, i. obnoxius) cum Clar. Hornio, Hist. p. 15. HOANCT: A κυνηγὸς autem XINNUNGUS, contr. CHINGUS, & CHIUS; & confer ea, quæ §.74. de FOHIO & YAO diximus, atque sic declarata habebis nomina septem Sinensium Imperatorum ante diluvium, qui iidem cum septem Caini successoribus non immeritò creduntur.

3. Ὦτος, *Otus*, Nom. prop. est ab ἀετὸς, §. 328.

* Idem fit in sequentibus: (1) Ὠκινάκης Jon. dic. pro ἀκινάκης, Lat. *acinaces* (unde corruptum suspicor Ital. *Draghinassa*) ab ἀκινακὸς, qui vel qualis est acani.

(2) Ab ἄροτος, aratio, it. annus, est ὧρος, ου, ὁ, unde Ægyptiorum *Horus*, Isidis filius, & alius hujus nominis Assyriorum rex. Anglis exinde dic. *yeare*, Belg. *jaer*, Germ. *jahr*, i. annus. Quemadmodum ab ὁρατὸς, qui videri potest, est Græc. ὄρος, εος, τὸ, Dor. ὦρος, Jon. οὖρος, τὸ, mons, unde forsitan Hebr. OR, i. lux, seu lucidum esse, & Chald. UR, quando ignem

vel

vel lumen aut lucem denotat. Vid. & §. 348. & 357. Conf. & *Olympus*, §. 223.

(3) Ab ἀγωγὸς, dux viæ, ὁδηγὸς, est Græc. ὠγύγης, *Ogyges*, & per aph. *Gyges*; ab illo autem Gog, seu *Gogus*: Et à δημαγωγὸς, per eand. fig. *Magogus*, & Hebr. Mag, nomen viri; aliis castrorum metatio. Ab ὠγύγης est ὠγύγιος, unde prov. τὰ ὠγύγια ἄρισα, *antiqua sunt optima*: & per aphær. γέγηος, pro antiquo seu vetusto. Ab ἀγωγὸς autem, quâ aquæductum notat, est Germ. *gucks*.

(4) Μώλωψ, vibex, per aph. factum est ex ἀμαλώψ, sugillatio in oculis ex plaga aut ictu, effuso sub contusum locum sanguine, &c.

Hîc insuper notabis negativam etiam habere significationem ea, quæ §. 405. citantur, prout nempe α tanquam στερητικὸν hîc consideratur, ut: 434

1. Ἄβιος, invalidus, imbellis, it. non violentus, it. qui violentiam aut vim non novit, vel cui vis non infertur, vel qui coactus, & per vim nihil agit, liber, ex ἀ & βία, vis. Item inops, cui non suppetunt ad victum necessaria, ex ἀ & βίος, victus, §. 411. & 405. ubi notatur valde robustus. Uni horum etymon debent *Abij*, id est, Scythæ, qui Homero dicuntur mortalium (Curtio, barbarorum) justissimi; Inopes Justino; Liberi & robusti aliis. Iidem Stephano ex Æschyli Prometheo vocantur *Gabij*, juxta §. 177. de quibus vid. Liv. & Virg. unde *Gabinus*, & *Gabinius* apud Historicos. Conf. & *Bij* ex §. 75.

2. Ἀπνεὴς, non spirans, flatu destitutus.

3. Ἀχανὴς, non hians, non hiscens, it. mutus, os non aperiens.

4. Ἄσκιος, umbra carens.

5. Ἄξυλος, non lignosus, lignis carens.

6. Ἄχιλος, pabulo destitutus, & gen. qui non nutritur.

7. Ἄειρος expon. ἄπειρος, imperitus. Et ὀξυτόνως, ἀειρὸς exp. δυσυχὴς, difficili utens fortuna, infelix, it. immitis, unde Hebr. Jahir, i. superbus, arrogans, tanquam ex ἀείρω, attollo, erigo, eveho. Conf. & abir ab ἄπειρος, ex §. 411. Vid. & ἄνειρος, §. 426.

8. Ἄδρυς, arboribus carens & vacuus; cui oppon. ἄδρυς, §. 166. tanquam arbor idonea ad navigia conficienda: à quo fortean *Arduenna*, * vulgò *Ardenna*, Galliæ maxima sylva.

* Ejusdem cum *Arduenna* originis dixerim esse *Ravennam*, vetustissimam Italiæ urbem in Adriatici maris littore sitam; Et *Dravennam*, Germaniæ circa Lubecam fluvium.

9. Ἀείδελος, & exinde ductum ἄδηλος, obscurus, quod videsis §. 411. 12. it. valde lucidus, & qui præ cæteris conspicuus est.

10. Ἀφορμὴ, quando oppon. τῇ ὁρμῇ, quum de animo dicitur, q. d. resilientia, evitatio, aversatio alicujus rei. Vid. & §. 416.

11. His adde ἄοντι, contr. ἀντὶ ex §. 229. cujus significata: *pro*, *contra*, & *vice*, habes §. 376. Item ἀργὸς ex §. 177. 6.

Pertinent huc & alia, quorum mentio in hocce capitulo adhuc non facta est, ceu sunt: 435

1. Ἀπαυδάειν, non tantum significat jubere, quàm prohibere & vetare.

2. Ab ἀφαρόω, quando idem notat quod ἀρόω, Lat. *aro*, colo (Ital. *arare*, Hisp. *arar*, Gall. *arer*, Germ. *ähren*) est ἀφάροτος, cultus, contr. ἄφαρος, unde Lat. *arvum*, Conf. *aurum*, §. 410. Sed

Ab ἀφάροτος, inaratus, incultus, est ἀφάροτον, & hinc Lat. *pratum*, Ital. *prato*, Hisp. *prado*, Gall. *pré*. Germ. *britte*, it. *Wehrt*. Et ex ejus contracto ἄφαρος, i. investis, est *Afer*; ab ἄφαρος γῆ autem, vel potius ab ἀφαρικὴ sc. χώρα est *Africa*.

3. Ἀκύπρος aliis exp. Veneris expers; nobis §. 411. idem redditur Venere abundans.

4. Ita ἄσοργος (unde puto esse Angl. *stork*, Belg. *storck*, Germ. *storch*, i. ciconia) in

in lexicis & §.408. explic. charitatis expers, & crudelis; locumque habebit, quando avis illa ranas & serpentes infestat: quando verò pia in parentes audit, idem erit quod εὔστοργος, charitatis & amoris illius mutui plenus.

5. Sic ἀγανὴς, placidus & mansuetus, de quo in §.409. 13. sumitur aliquando pro sævo.

6. Ἀσκελὴς, à σκέλος, τὸ, crus, signif. crura non habens. A σκέλλω autem, i. exicco, arefacio, signif. qui supra modum exaruit. Item, qui non obduruit, nec exaruit, & in hac significatione per metath. abijt in ἀσελγὴς, i. petulans, insolens, protervus, improbus. Interdum specialiter pro lascivo ponitur, & eo, qui petulanter indulget libidinibus, stuprisque violentis. Conf. ακαρπὴς, §.411. 9.

7. Ab ἄσειρος, quâ vinctum notat, est Asir, Assir, & Asur, apud Buxtorf. necnon Aser, filius Caath: Et quâ non vinctum, sed liberum & beatum denotat, est Aser, sive Esser, §.160. Et Aser, Jacobi octavus filius. Conf. *Ruben*, *Gad*, *Iacob*, *&c.* ex superioribus. Est & Aschær apud Hebr. pronomen commune, & indeclinabile utriusque numeri, qui, quæ, quod.

8. Ἀπαρτίζω primò signif. perfectum & absolutum reddo, omnibus numeris expleo: Deinde divido & dispertior, unde ἀπάρτισις, & h. Lat. *partis*, & *pars*, Ital. & Hisp. *parte*, Gall. *part*.

9. Ἀπόρημι, contradico, nego, inficior. it. edico, profiteor. it. censeo, autumo.

10. Ab ἀπολογέω, pro ἀπολέγω, interdico, veto, declaro, prodo, effero, it. ἀπολογέομαι, excuso, it. defendo, est Lat. *polluceo*, i. dedico, voveo, porricio.

11. Ἀπολέω, propriè redditur Lat. *abluo*; verùm suspicor Latinos ex eo quoque habere ipsorum *polluo*: prout nempe ex ἀπὸ, vel ἄπω ipsius instituatur compositio.

436 Ab ἀποτὶ, ἄπο, ἄψ, ἂυ, & ἀ facta sunt Lat. *a*, *au*, *ab*, *abs*, & *absque*, quorum composita notabiliora sunt:

1. *Abigo* ab ἄπαγω, abduco.

2. *Aboleo* cum Voss. duci potest ab ἀπολλέω, pro ἀπολλύω, sive ἀπόλλυμι, perdo; vel ab ἀπολέω, quando sum. pro *abluo*; vel etiam quando signif. tollo, destruo, ab ἀβελέω, nolo: Vel denique ab ἀμαλδόω, i. *aboleo*, μ in b mutato ex §.179.

3. Ab ἀπόπαππος est Lat. *abavus*: Et ab ἀποτίπαππος eorund. *atavus*, qui aliàs παππεπίπαππος. Conf. §.406.

4. Ab ἀπόδουλος, ex servo genitus, videtur nomen trahere *Abdala*, Mahumeti pseudo-prophetæ pater, conditione servus, qui in camelis ductitandis subserviebat mercatoribus: quo moriente, Mahumetus ejus filius in lucem est editus. Fuit & alius *Abdala* Saracenus, Toleti rex. Item alius *Abdalla*, cognomine *Elmahadi* ludimagister & concionator, qui se vatem ex Mahummedis posteritate jactabat, quod e Horn. Hist. p.364. Idem nomen *Abdala* prænominis vicem subit in *Abdalmuralis*, Arabs, Mahumeti avus. It. *Abdelmonus*, Africæ rex, patre figulo natus. It. *Abdolonymus*, seu *Abdalonimus*, corruptè *Ballonymus*, ex hortulano Sidoniæ Rex, apud Curt. & Just.

5. *Averruncus* (quod corruptè olim sic dictum fuit pro averruncans) Deus erat apud Rom. qui putabatur mala *averruncare*, pro quo & ἀφαιρετικῶς *verruncare* dicitur, hoc est, avertere & depellere: componitur enim ex *ab* & *erunco*: quibus præivere Græcorum ἐρύκω, inhibeo, it. depello; & ἀπερύκω, arceo, repello, abigo.

6. *Arripio* dic. pro abripio. *Asporto*, pro absporto. *Aufero*, & *aufugio*, pro absfero & absfugio.

7. Gallorum *aveugle*, i. cæcus, est à Lat. *aboculus*, cujus dim. *abocellus* nos docet Dom. Magri in Notit. Voc. Eccles.

8. Germanorum *Abgott*, & Belg. *Afgod*, congruit cum Græc. ἀπόθεος, quod vid. §. 403.

9. Sic Germ. *abschrifft*, est Græc. ἀπόγραφον, i. descriptum, exemplum, imago scripti. Conf. γραπτὺς, §.165.

437 Varia insuper, notatuque digna derivata sese offerunt, ut:

1. Ab

1. Ab ἄπο ex §.408. est ἄπιος, longinquus, remotus, unde iterum ἄπος, εος, τὸ, labor, it. altitudo, longitudo.

2. Ab ἄπιος per metath. fit αἰπὺς, altus, excelsus, & h. αἶπος, εος, τὸ, altitudo, celsitas, it. cacumen montis, it. labor. Conf. & §.161.

3. Dicitur præterea ἀπία γῆ, i. *Apia* regio, quæ postea Peloponnesus, vulgò hod. Morea. Conf. ἀπὼν, & ἀποῦσα, §.415.

4. Sic pirus Græc. dic. ἄπιος, vel à jam dicta regione, vel quia in altum crescit, cujus fructus voc. ἄπιον, i. pirum. Conf. *poma appiana* ex §.63.

5. Ab ἄπιος sive ἄπιον, quando ex Theoph. herbam significat, fit Lat. *apium*, seu *appium*, Ital. *appio*; aqua appia autem Romæ voc. *aqua d'accia*. Hisp. *apio*, Gall. *de l'ache*, Angl. *small age*, Belg. *eppe*, Germ. *eppich*, & *epfich*.

Præ cæteris observationem meretur αὖ, unde proveniunt: 438

1. Αὖτε, rursus, it. posthac, ex §.182.

2. Αὖτις, αὖτι, pro quibus etiam αὖθις, & αὖθι, rursus, it. retro, it. in posterum, postea. Et cum artic. οἱ αὖθις, posteri; cujus cognatum mediante, vel rejecto in finem (juxta §.160.) articulo τὸς, τὴ, τὸ, fit

3. Αὐτὸς (Lacon. αὖς, Jon. ὠυτὸς,) αὐτὴ, αὐτὸ, ipse, ipsa, ipsum, it. qui sponte aliquid facit, it. solus, aliorum ope non adjutus. Conf. quæ ad §.152.

4. Ab αὐτὸς est αὐτέω, ῶ, (unde Lat. *audeo*, *ausus*, & *autor*, Ital. *osare*, Hisp. *osar*, Gall. *oser*. Et ab *audere*, nî rectius ab Ital. *ardire*, Angl. *to dare*, Belg. *derren*, Germ. *derffen*, *dörffen*, *dürffen*) Et

Αὐτομαι, unde Græc. αὐτόματος, ex se ipso aliquid faciens, non alieno impulsu, ultroneus, spontaneus, & exinde Lat. *autumo*, * i. censeo, æstimo: it. *automata* sc. instrumenta ita subtiliter constructa, ut sua sponte, nulla apparente causa, moveantur.

* Ita Latinorum *amo*, ex quo Ital. *amare*, Hisp. *amar*, Gall. *aimer*, factum est à Græc. ἵεμαι, cupio, desidero. Sic Angl. *i am* est ab εἰμὶ, sum. Nec non *gemo* à γοάομαι, pro γοάω, deploro, defleo, unde Ital. *gemere*, & *gemire*, Hisp. *gemir*, Gall. *gemir*, & *gindre*, seu *geindre* apud Duez. γοήμεναι autem, quod idem significat, præit Germanorum interjectioni *jemini!* Et γοάω, eorund. *gähne*, *gehne*, & *geine*, i. oscito.

5. Ab ὁ αὐτὸς, idem, ἡ αὐτὴ, & τὸ αὐτὸ, pro quo dic. etiam ταυτὸ, & ταυτὸν, formo consequenter οὗτος, αὕτη, τοῦτο, hic, hæc, hoc, it. is, vel ille, it. ego, cum verbo primæ personæ, & tu, copulatum cum secunda.

CAPVT XXII.

Ὑπερὶ Poëtæ contraxere per metath. in ὑπεὶρ, prosæ verò scriptores per apoc. in ὑπὲρ, unde adhuc Germ. *über*: Latini autem spiritum in sibilum convertendo illud enunciavêre *super* & mutilatim *sub*, *sus*, *su*, & *per*. Cætera significata sunt quasi eadem cum πρὸς, & περί. 439

Ὑπὲρ in compositis plerunque patitur aphæresin, ut: 440

1. Ὑπέρδικος, summè & supra modum justus, contrahitur in πέρδιξ, *Perdix*, Dædali nepos, qui primus serræ usum reperisse dicitur. Nec non Περδίκκης, * *Perdicca*, Macedoniæ rex, cum aliis hujus nominis. Conf. & *perdix*, §.399.

* Sic *Achilles*, qui Græcis Ἀχιλλεὺς rectè derivabitur ab ἄχιλος, quod habes §.405. vel ab ejus compos. ἀχιλοειδής. A teneris enim unguiculis, referente Apollodor. lib.3. aprorum ac ursorum medullis, visceribusque leonum à Chirone nutritus est. Sic ἰωάννης, unde Lat. *Iohannes*, Ital. *Giouanni*, Hisp. *Iuan*, Gall. *Iean*, Angl. *Iohn*, Belg. *Ian*, Germ. *Hans*, derivari potest ab ὀιέανος, i. unam solam vestem habens.

2. Per-

2. *Pergamus*; unde *Pergamum*, Idæ promontorium, it. Asiæ civitas insignis, ubi *pergamena* ab Eumene rege inventa, cum Ptolomæus, ortâ circa bibliothecas æmulatione, chartas supprimeret, quod e plura Voss. It. *Pergama*, arces Trojanæ, quæ quoniam altissimæ erant, omnia alta ædificia pergama (Ital. *pergamo* dic. suggestus, §.401.) sunt appellata; est ab ὑπέργαμος, qui serò nuptias contraxit, *Pergami* Conditoris epitheton.

3. Ab ὑπέραλλος, eximius, nomen accepit Atheniensium faber Πέριλλος, *Perillus*, à tauro, quem Phalaridi ex ære fabricavit, notus. Sic *Apelles Cous*, Græc. Ἀπελλῆς, ita fortean vocatus fuit ab ἄπαλλος, tanquam alium post alium pingens. Alius autem hujus nominis à D. Paulo commendatus, redditur, expellens, seu abigens, ab ἀπέλλω, quod Æol. dic. pro ἀπειλέω, quando sum. pro *pello*, arceo, id quod merito quoque dici potest de *Apelle Monacho*, qui ferro candente dæmonem abegisse legitur in Sozomeni Hist. Eccles. l.6. cap.28.

4. Ab ὑπεραναβὰς, superascendens, est Syror. *Barnabas*, cujus in Sacris fit mentio. Fuit & hujus nominis Vicecomes Mediolani, ubi adhuc visitur *Barnabitarum* cœnobium.

5. Ab ὑπεραὴς, desuper flans, est Græc. Βορέας, Jon. Βορέης, Lat. *Boreas*, (Ital. *Borea*, *Borra*, & h. *bòrrasca*, Hisp. *Boreas*, *borasca*, & *borrasca*, Gall. *bourasque*, & *birrasque*) ventus circa aquilonis sinistram flans; sicut ad ejus dexteram eodem, sed latinè reddito nomine dicitur *Supernas*.

6. Ab ὑπέρογκος, supra modum tumidus, est Græc. βρόγχος, guttur, unde βρόγχω, sorbeo.

7. Ab ὑπερηχέω, supra modum resono, it. activè; sono pleniore vinco, erit Græc. βρύχω, frendo, strideo. Conf. & βράχω, à βαρηχέω, §.380.

441 Ex ὑπὲρ apud Latinos primò natum est *super*, ut:

1. Ὑπεροχέω, *supervebo*.

2. Ὑπερπαίω, supergredior, supero, excedo, unde Lat. *superbio*, & à *superbitus* per sync. *superbus*, Ital. *superbo*, Hisp. *sobervio*, Gall. *superbe*; sicut *rabio* à παραπαίω, §.386. Conf. & *privus* à privatus, §.415.

442 Deinde per sync. *sur*, ut:

1. *Surrigo*, unde *surgo*, est ab ὑπεράγω, exupero, excello.

3. Hinc Italorum *surmontare*, *surprendere*, *survivere*, it. *sorgiongere*, *sorpassare*, & sim.

443 Tum *per* aphæreticῶs, ut:

1. Ὑπερθορυβέω, supra modum tumultuor, unde Lat. *perturbo*, Germ. *betrübe*, juxta §.363. it. 360.9.

2. Ὑπερπαθέω, valde afficior, & commoveor, commutatur in Lat. *perpetior*.

3. Ὑπεραμάω, q. d. supermeto, fit Lat. *perimo*, à cujus partic. *peremtus*, est *peremtorius*, Ital. *perentorio*, unde Belg. *barenteren*, i. perterrere. Conf. & περιαμάω, & προαμάω. §.395. & 399.

4. Ab ὑπερφίαλος, * fœdifragus, propriè qui transgreditur jusjurandum per phialas datum, nobis est Lat. *perduellis*. & per metath. *rebellis*, Ital. *ribello*, Hisp. *rebelde*, Gall. *rebelle*, Angl. *a rebel*, Belg. & Germ. *rebell*. Itali etiamnum dicunt *ribaldo*, unde Gall. *ribauld*, Angl. *ribaulde*, Belg. *rabaud*.

Abjiciendo autem totam præpos. ** fit exinde Græc. φῆλος, & φηλήτης, impostor, à cujus dim. φῆληξ, ηκος, ὁ, non solùm est Lat. *fallax*; & à φηλέω, seu φηλόω, ῶ, Lat. *fallo*, Ital. *fallire*, *fallare*, & *faltare*, Hisp. *faltar*, Gall. *falloir*, & *faillir*, Angl. *to fail*, Belg. *faelen*, *felen*, *feylen*, Germ. *fehlen*. Sed & Lat. *felis* pro rapaci aut fure, nisi cum Vossio id κατὰ μεταφορὰν esse dicas ab animali hujus nominis, de quo §.409. Fit etenim exinde Ital. *fello*, & *fellone*, Hisp. *follon*, & *follero*, Gall. *fel*, & *felon*, it. *filoù*, Angl. *fell*, & *fellon*, Belg. *fel*, it. *fiel*, & *fielt*.

* Ab hujus vocis simplici *phialus*, quod Anglis apud Coles. societatem notat, duco eorund. *fellow*, i. socius, sodalis, comes: cui alludit Pindaricum adag.

adag. ὡς φελλὸς, i. *tanquam suber*, de iis dictum, qui dissimulare nesciunt.

** Mediante simili abjectione fiunt Angl. *to cut*, ex Ital. *percuotere*, quod est Lat. *percutere*: Et *to kill*, à *percellere*, à cujus particip. *perculsus* fit per metath. Gall. *perclus*, & fortean quoque Ital. *berlusco*, apud Ferr.

5. Italorum *burbanza* in §. 381. 6. per eand. fig. quoque duci potest ab obsol. *superbientia*.

6. Ὑπερενιαυτὸς, vel rectius ab ὑπερενὴς, fit Lat. *perennis*. Ὑπερενιαυτίζω enim est ultra annum duro, seu permaneo: Non obstante quod *perenno* Græcis dicatur διετίζω, vel διενιαυτίζω, per totum annum duro; unde *perannare* apud Sueton. in Vespas. c. 5. qua de re legantur Casauboni animadversiones in h. l.

7. Ὑπερφλύω, pro quo in usu ὑπερφλύζω, effervesco, inundo, est (tanquam ab inusitato *perbullire*) Ital. *perbollire*, Gall. *parboüiller*, Angl. *to parboil*, Germ. *broblen*, i. leviter coquere, minus æquo coctillare.

8. *Pergo*, literis quàm proximè accedit ad jam dictum (in §. 442.) ὑπεράγω, significatione verò propius ad προάγω, progredior, procedo.

9. Τῷ ὑπερνικάω, i. longè supero, respondet Lat. *pervinco*, unde ipsorum *pervicax*; sicut à *per* & *teneo*, *pertinax*. *Tenaxne pater ejus est?* Resp. *imò ædepol pertinax*. Plaut. in Capt. Conf. §. 136.

Per metathesin * autem mutantur: 444

1. Modò dictum ὑπερνικάω in κυβερνάω, Lat. *guberno*, Ital. *governare*, Hisp. *governar*, Gall. *gouverner*, Angl. *to govern*. Non minus corruptè Itali *Governo* hodie vocant *Acroventum* Mamboleium in Italia locum.

2. Per eandem ex ὑπέραλλος, in §. 440. nisi malis à περίαλλος, i. aliis præstans, nomen habuit βήρυλλος, Lat *Beryllus*, Bostrenæ urbis Arabiæ præsul, it. gemma quædam, unde Ital. *berillo*, & h. *brillo*, *brillare*, & *brio*, Hisp. *beril*, & *veril*, it. *brillar*, & *brio*, Gall. *beryl*, *beril*, & *berille*, it. *bril*, & *briller*, Angl. *a beryl*, it. *bright*, Belg. *beril*, it. *bril*, nec non *pril*, i. venustus, Germ. *berill*, gemma, it. *brill*, i. specillum, seu conspicillum. In Lex. Med. *Berillus* dicitur speculum ex crystallo superstitiosè consecratum ab auguristis.

3. Ab ὑπέργειος, qui supra terram est, ædificatur Græc. πύργος, ου, ὁ, turris, unde Ital. *borgo*, Hisp. *burgo*, Gall. *bourg*, Angl. *a burgh*, *borough*, & *burrow*, Belg. *borgh*, & *borght*, Germ. *burg*: Nec non eorund. *berg*, Belg. *bergh*, & *berch*, i. mons; nisi malis ab Hisp. *berrueco*, i. rupes.

* Earundem tenuium metathesin agnoscit Lat. *specio* à σκοπέω, speculor, contemplor, intueor, it. video, observo, considero, &c. unde Angl. *to shew*, Belg. *schouwen*, Germ. *schauen*. Conf. ex §. 413. σκύτος à σπάτος.

Aphæresin latinæ vocis *super* imitantur & Itali, dum 445

1. A *supervacanea* sc. opera ducunt *barbacane*, Hisp. *barbacana*, seu *barvacana*, & apud Ferr. *barnacan*, * Gall. *barbacane*, Angl. *barbicans*.

* A *barbacana* Hispani dicunt *barbacanera puta*, i. meretrix. Sic à *barnacan* duco eorund. *barragan*, & *barragana*, per sync. *barran*, & per prosth. *albarran*, i. homo campestris, & *albarrana torre*, quod convenit cum *barbacana*; Galli autem ex *albarran* faciunt *albran*, corruptius *halebran*, & *halebrent*, i. lacustris anaticula: unde *halbrené*, i. pennis mutilus, Angl. *barn*, modò notat puerum à *barran*; modò horreum ab *albarrana torre*.

2. A *supervaganea* sc. ave pariter ducunt ipsorummet *barbagianni*, Gall. *barbajan*, quode leg. Voss.

3. A *superagnata* est eorund. *natta*. Chymicorum hinc *nata*, *natta*, & corrupt. *napta*, *nasda*, & *nasa*, in Lex. Med. Hisp. *nata*, i. cremor lactis.

4. A *supernatus*, i. ἐπιπεφυκώς, post alios natus, Galli primum fecere *Bernardus*, cujus nominis fuit Pipini filius à Carolo Magno Italiæ rex designatus. Item *D. Bernardus* Burgundus, unde Germ. *Bernhard*, & *Bernt*. Conf. §. 390.

5. *Superare* dicunt Itali cum Latinis, unde Hisp. *sobrar*, à cujus verbali *sobrado*

ad

ad Italos remeavit *brado*, id quod vid. & §.92. it. *bradone*, & *brodone*; nec non *bordo*, & *bordare*, unde iterum Hisp. *borde*, & *bordar*, corrupte *broslar*, Gall. *bord*, & *broder*, Angl. *to broid*, & *to embroider*, seu *embroder*, Belg. *boord*, & *boorden*, Germ. *bord*, & *borten*, i. margo, ora, fimbria, & fimbriare.

6. Pro *soprastare* Itali dicunt etiam *sovrastare*, & r abjecto, cum Hisp. *bastare*, unde eorund. *basto*, & *bastardo*, Gall. *bast*, & *bastard*, Angl. *bastard*, Belg. *bast*, & *bastaerd*, Germ. *bast*; cortex, it. clitellæ, & *bastert*, i. spurius, illegitimus, nothus, & obscurus filius.

446 Ὑπὲρ aliàs in compositione auget, ut:

Ὑπεράγαν, maximè. Ὑπερλίαν, vehementissimè.

Ὑπερμέγα, valde magnum. Ὑπερπερισσῶς, supra modum.

Ὑπέρθεον, quod est super numen divinum, vel numinis voluntatem.

Ideoque ὑπερβολή, Lat. *hyperbole*, exuperantia dicitur & excessus, it. quod est nimium, v. g. *In cœlo esse; Deum esse; Deum facere*, apud Cic. & in adag. Eras.

Ὑπερβολαὶ etiam dicuntur cacumina montium, juga & quæ exuperantem quandam altitudinem habeant. Hinc Lat. *pergula*, Ital. *pergola*, i. προβολή. Conf. pergo & προάγω ex §.443. it. cum Hisp. *pergolo*, ex §.401.

447 Idem facit & apud Lat. *super*, & ex eo ducta *sub*, *su*, *sur*, & *sus*, in:

1. *Super emineo*, ὑπερέχω. Sic *superabbundo*, *subvolo*, *subversum*, contr. *sursum*, *supra*, *suspicio*, *suspicor*, *suscipio*, & simil.

2. *Superintendens* ab Italis redditur *superintendente*, hunc Galli vocant *surintendant*, Angli & Belgæ *superintendent*, Germ. *supertent*.

3. *Superstitio* mutatur ab Italis in *soprastitione*, Hisp. *superslicion*, Gall. & Angl. *superstition*, Belg. *superstitie*.

4. *Supercilium* abit in Ital. *sopraciglio*, *sorciglio*, & per aph. *ciglio*, & in plur. *ciglia*, Hisp. *sobreceja*, & *ceja*, Gall. *sourcils*. Ab Hisp. *ceja de monte* est Germ. *zeche*, * i. locus ubi fodinarij congregantur, it. Ital. *zecca*, unde iterum Hisp. *seca*, i. officina, ubi monetæ cuduntur. Cæterùm boni ominis ergò dicimus cum Plauto: *Supercilium salit*, in adag. Erasm.

* *Zeche*, significat etiam compotationem, quo in sensu Belgæ dicunt *sech*, i. convivium, symposium.

5. Pro *superfacies* Latini dicunt *superficies*, Ital. *superficie*, Hisp. *superficie*, & *sobrehaz*, Gall. & Angl. *surface*.

6. A *superpellicium* est Ital. *soppellizza*, Hisp. *sobrepelliz*, Gall. *surpelis*, & *surplis*, Angl. *a surplice*, Belg. *surplis*, Germ. *oberpeltz*.

7. Similis quædam vestis dicitur Italis *sorcotto*, & *sorcotta*, qs. *sopracotta*, Gall. *surcot*, Angl. *surcoat*, Germ. *serket*; quod super cottam, prout tunicam significat, induebatur, apud Ferr. ubi &

8. *Sorgozzo*, & *sorgozzone*, corruptius *sergozzone*, i. pugnus gutturi impactus.

448 Et imprimis *per*, ut. 1. *Perlubenter*, ὑπερηδέως. *Perlevis*, ὑπερέλαφρος, §.163.

2. *Pernimium*, *perhilum*, *perpaululum*, & *perpauxillum*, *peropus*, *perversus*, *pergratus*, *perillustris*, &c. Conf. & *perpulcher*, ex §. 378. it. *pertinax*, & *pervicax* ex §. 443.

3. *Perquam*, pro quam valdè, vel maximè.

2. Sic Italorum *perbenche*, pro simplici *benche*, à Lat. *bene quidem*; cui respondet Germ. *wenn auch*, *wenn gleich*, *wenn schon*, &c.

449 Eædem particulæ ὑπὲρ, & *per* in obsecrationibus quoque locum habent, ut:

1. Ὑπὲρ χριστοῦ δέομαι. *Per Christum te rogo*.

2. Exemplum latinum suppeditat Plautus in Mil. *Periplectomene te obsecro per Deos atque homines, perque stultitiam meam, perque tua genua*.

3. Iurabant olim Romani *per Deos*; nunc dierum *per Dio*, Gall. *par Dieu*, Germ. *bey Gott*, Belg. *by Gott sweren*.

4. *Per mia fè* Italorum exprimitur à Gallis, *par ma foy*; ab Anglis, *by my fa*, & à Germ.

Germ. *bey meiner trew*. Legesis hac de re *Rhadamanthi jusjurandum*, in adag. Erasm. p. 207.

Per aliquando in compositis per tmesin sejungitur, ut: 450

Per-mihi-*gratum*. *Per* ego te *humaniter* oro. Et apud Lucret.

Aut magis hamatis inter se *per*que *plicatis*.

Per pol *sæpe* peccas; apud Plaut. Et

Per pol *quam* paucos reperias meretricibus fideles amatores. Ter.

Per tandem Græcorum, Latinorumque & Italorum mutatur in *pro*; apud Hisp. in *por*; apud Gallos in *pour*; *Super* autem in Belg. *over*, *ver*, Germ. *über*, ut: 451

1. *Repercussus* (§. 3.) corrupit usus primùm in *ressupercus*, unde pòst *reciprocus*, Ital. & Hisp. *reciproco*, Gall. *reciproque*, Angl. *reciprocal*, Belg. *reciproke*.

2. Ita Græcorum Περσεφόνη, seu φερσεφόνη, & περσέφασσα apud Lat. mutata vides in *Proserpina*. Conf. § 53.

3. A *perpungere* fit Ital. *perponto*, & *perponta*, i. thorax, apud Ferr. unde Hisp. *perpunte*, & h. Gall. *pourpoint*. Belgæ thoracem vocant *overlyf*, unde Germ. *oberleib*. Sic *Germania superior* ab ipsis vocatur *overland*, quod Germanis *oberteutschland*.

4. Pro *permutare* Florentini amant dicere *promutare*, it. *promutatione*, & *promuta*, pro permutatione. Conf. §.368. & 376. Belgæ τὸ mutare & alternare reddunt *overanderen*, & *veranderen*, unde Germ. *verändern*; Sic horum *überlauffen*, & *verlauffen*, procedit ex Belg. *overloopen*, & *verloopen*, i. transcurrere: quibus *overloop* est media navis contabulatio, & ab Anglis redditur *the orlop*. Sic *to oretop*, Anglis est supereminere.

5. *Supervivere* Italis dic. *sopravvivere*, Hisp. *sobrevivir*, Gall. *survivre*, Angl. *to survive*, & *to overlive*, Belg. *overleven*, Germ. *überleben*.

6. Latinorum *superfluum* fit Italorum *superfluo*, *soperchio*, & *soverchio*, Hisp. *superfluo*, Gall. *superflu*, & *surplus*, Angl. *surplusage*, & *overplus*, Belg. *overvloed*, Germ. *überflus*.

7. *Superos* enunciatur ab Italis *soprosso*, Hisp. *sobrehuesso*, Gall. *surros*, & *surrot*, Angl. *overgrowne bone*, Belg. *overbeen*, Germ. *oberbein*, & *überbein*.

8. Italorum *soprascritta*, i. inscriptio, seu superscriptio, Hispanis dic. *sobrescrito*, Gall. & Angl. *superscription*, Belg. *overschrifft*, Germ. *oberschrifft*, & *überschrifft*.

9. Dicunt præterea Belgæ *overblyde*, & *verblydt*, i. perlætus. Item *over-arm*, perpauper, unde eorund. & Germ. *verarmen*, i. depauperari.

Altera hujus ordinis, sed sensus contrarij præpositio facta est ab 452

Ὑποτὶ

ex quo Poëtæ ὑπαὶ, prosæ scriptores autem ὑπὸ formarunt: Latini *sub*, & *susque*. In compositione plerunque significatum vocis, cui adhæret, vel temperat, ut:

1. Ὑπόκρατον, unde Gall. *hipocras*, Angl. *hippocras*, redditur Lat. *submerum* apud Plaut. in Stich. Næ iste ædepol *vinum* poculo pauxillulo exantlavit *submerum* scitissimè. Comenius idem vocat *hippocras*, seu vinum murrinum in Atr. §.375.

Sic *subtristis*, & *subridere*, unde Ital. *sorridere*, & *sorriso*, Hisp. *sonreyr*, & *sonriso*, Gall. *sousrire*, & *sousris*.

Et quod in proverbio dicitur: Ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃς. i. si juxta claudum habites, *subclaudicare* disces.

Ὕφαλος, aliquantum salsus, q. d. subsalsus.

2. Vel minuit, ut: Ὑπηνέμιον ὠὸν, ovum *subventaneum*, sive irritum; unde tritum illud: ὑπηνέμια τίκτει, *subventanea parit*.

Ὑπόλευκος, *subalbidus*, candicans.

Ὑπόχαλκον χρυσίον, *aurum subæratum*, in adag. Erasm.

Subsipere Varroni dic. quod non planè sapit: & *subsellium* vocabatur, quod non planè erat sella. lib.4. de LL. Sic apud Plaut. in Pseud. *Tune es Ballio? Ps. Immò verò ego ejus sum subballio*. Conf. & *subbuteo*, ὑποτριόρχης, ad §.238.

3. Ali-

3. Aliquando localem significationem retinet, ut: *Subbasilicani* dicuntur, qui sub basilicis versantur. Sic *Subrostrani*, qui olim Romæ plurimum obambulabant sub rostris, id quod plerunque faciebant homines otiosi, rumorumque aucupes.

453 Ab ὑποτὶ juxta §.160. est ὑποτιὸς, per sync. ὕπτιος, supinus, resupinus, in dorsum versus. Τὰ ὕπτια interd. dicuntur plana; interd. excelsa: unde est, quod per antith. exinde factum

Ὑψὸς, altus, de quo supersunt: ὑψῦ, altè, in alto. Ὑψόθεν, ex alto, desuper. Ὑψόθι, contr. ὕψι, in alto, in sublimi, it. altè, in altum, it. super.

Τὰ ὕπτια præterea notant partes inferiores, unde Angl. *the hip*, & *hippe*, Belg. *heupe*, Germ. *hupffe*, & *hufft*, i. coxa, femur. Ejusdemque originis erit Angl. *a hip*, i. sentis bacca.

454 Ab ὑψῦ fit Lat. *sus*, & *sub*, in *sustollo*, *sustuli*, *sublatum*: Ab ὕψι autem sequentia:

1. Ὑψιπέλος, qui in alto versatur, unde per metath. Lat. *sublimus*. Conf. §. 179. & 424. 4. hinc juxta §.162. fit *sublimis*.

2. Ὑψιπετὴς, ex alto lapsus. Apud Eurip. in Hec. ὑψιπετὲς μέλαθρον, exp. domum sublimem.

3. Ab ὑψιπέτης, altivolans, sunt Græc. σπιζίτης, σπίζα, seu σπίζη, it. σπίνος, σπίνα, (unde postea σπίνδασις, Germ. *schwunst*) fringilla, & Lat. *ispida*. Quomodo eorund. *sneppa* (Ital. *sgneppa*, Angl. *snipe*, Belg. *sneppe*, Germ. *schnepf*) derivari potest ab ὑψινεφὴς, qui est in altis nubibus: Nisi malis ab Hisp. *aguçanieve*, Ital. *uccello di neve*, quod rostro nivem perforet, apud Ferr. in Tremacoda: vel quod solidius puto à σκνιπὸς, de quo s. l.

4. Ὑψιπόρος, loca sublimia permeans, per ardua gradiens, originem præbet Lat. *suberis*, unde *suber*, Ital. *sughero*, *suvero*, & *suro*, plura §.65. Conf. ex Princ. Phil. n. p.122. ἀεροπόρος, aërivagus, Lat. *arboris*, & h. *arbos*, & *arbor*, plantæ, & piscis cujusdam nomen. Ital. *arbore*, & *albero*, Hisp. *arbol*, Gall. *arbre*. Germani *Arben am Bodensee* vocant oppidum Helvetiæ, cujus originarium nomen, *Arbor felix*.

Idem vocabulum contraxêre Græci in ἴψος, id est, suber. Et differentiæ causâ in ἰψὸς, i. hedera, plantarum species ambæ, quæ in altum assurgunt.

Ab ὑψιπόρος videtur quoque corruptum esse *Absiparus*, aliis juxta §.179. *Absimarus*, qui & Tiberius Tertius audit, xxi. Imperator Orientis. Quomodo

5. Pro ὑψίπυργος, altis turribus insignis, Helveti dixere *Habspurg*, Inclytæ Domus Austriacæ cunabula. Germani verò alio in loco per aph. exinde fecêre *Siburg*; quemadmodum *Limburg* hodie ipsis dicitur, quod olim Καλλίπυργος, pulchras turres habens.

6. Ὑψικρατὴς, in alto dominans & pollens, unde Mitridatis regis Ponti uxor vocabatur *Hypsicratea*; à Persis corruptum est in *Izdigerdes*, quodque corruptius leg. apud Horn. p.157. *Iezdesbird*, quorum duo hujus nominis reges ibi claruêre: A Germanis verò in *Sighardus*. Conf. *Ricardus*, §.400.

7. Ab ὑψάντυξ, altè cameratus, altos fornices habens, per metath. nobis fit ἄψυνθος, *Apsynthus*, sive *Absynthus*, Thraciæ civitas, unde *Absynthius* mons, & populi *Absynthij*, qui juxta Pontum habitant; nec non herbæ species, * quæ Græcis ἀψύνθιον, ἄψινθος, & ἀψίνθιον, imò & ἀφύνθιον, ** Lat. *absynthium*, Ital. *assenzo*, & *assentio*, Hisp. *assencios*, *axenjos*, & *enxenxo*, it. *alosna*, & *alozna*, Gall. *absynthe*, & *absinthe*, it. *aluyne*, & *alune*, Belg. *alssen*, Germ. *altz*, apud Schottel.

Absynthus, sive *Absynthium* postea iterum corruptum fuit in *Byzantium*, Βυζάντιον, nomen conjugis Pausaniæ, in cujus gratiam urbem hujus nominis condidisse dicitur, quæ demum à Constantino Magno *Constantinopolis* nuncupata fuit. Cæterum est & ejus nominis Libyphœnicum regio in Africa.

* Sic *marrubium* herba quædam, Germ. *marobel*, nomen habet à *Marrubio*, urbe Italiæ, §.59.

** Et Itali ſ in f mutare solent, quando dicunt *agufeo*, pro *aguseo*, i. piscis quidam. it. *Alfordio*, pro *alsordio*, serpens quidam. it. *Fidonisi*, pro *Sidonisi*, insula

insula q. Ponti Euxini, aliàs Achillea: Et vice versâ, *Alsidomante*, pro *Alfidomante*, unde Hisp. *Alfid*, & *Alfil*; qui pro *hafez* etiam *hafiz* dicunt & *hafiz*, i. serici custos.

Idem & Latinis usu venit, quibus *Farfarus* (§.396.) abijt in *Farferus*, seu *farferum* herbæ & virgulti genus, pro quo alij *farfenum* legunt, alij *farsenum*. Voss.

Sic Galli à Latinorum fœnum græcum, *fenugrec* dicunt & *senegré*, al. *du senegré*, Angl. *fengrec*, seu *fenigreek*. Germani hinc vel aliunde petito nomine id appellant *sibenzeit*, Belg. *sevenghetydenkruydt*, i. herba septem temporum.

8. Ab ὑψίπυς, altis insistens pedibus, ideoque excelsus, est Græc. ὕσσωπος, Hebr. EZOF, Lat. *hyssopus*, Ital. *isopo*, & *isapo*, Hisp. *hysopo*, Gall. *hyssope*, Angl. *hyssop*, Belg. *hysop*, Germ. *isop*. Ab eod. ὑψίπυς, ejusque cognato ὑψίπεδος, altum solum habens, videntur dicti fuisse *Usipij*, & *Usipetes*, Germaniæ populi, apud Cæs. & Tacit. unde adhuc Aquisgrani viget Nob. familiæ cognomen *Sip*, idque juxta §.46.

9. Ὑψίκομος, altè comatus, epith. quercus, per metath. abit in κόψιμος, ἡ, arbor mespilo similis.

10. Ab ὑψίκυρος, altè tonsus, sunt *Ipsicuri*, Liguriæ populi apud Steph. Conf. & περίκυρος, §.399.

11. Ab ὑψίκομπος, elatus jactator, qui jactando sese effert, superbus, fecêre κόμψος, scitus, bellus, elegans, venustus, it. lepidus, facetus, urbanus, festivus, it. loquaculus, garrulus, it. vafer, versutus, it. qui plenus est jactantiæ & superbiæ; id quod convertitur in Græc. κόσμος, i. ornatus, pulchritudo, mundus, & orbis mundi (quo quidem in sensu posses etiam ducere ab οἰκήσιμος, habitabilis) it. ordo, modus, ratio, disciplina, &c.

12. Ab ὑψιφαής, altam lucem habens, vel in alto lucem habens, it. altè apparens, est Hebr. SIF, i. splendor, it. nomen mensis Aprilis, Veneri olim sacer, quæ & ipsa à φανερὸς, i. apparens, nomen habet in Princ. Phil. n. p. 113. Huc alludunt πασιφαής, omnibus apparens; & πλησιφαής, plenam lucem habens. Conf. & περιφαής, §.400.6.

13. Ab ὑψηχέω, altè sono, altum sonum edo, est ψύχω, flo, spiro, it. refrigero, & Lat. *sicco*: cujus particip. *siccatus* contrah. in *siccus*, Ital. *secco*, Hisp. *seco*, & *secano*, Gall. *sec*, Germ. *seicht*, it. *siech* (nî rectius ab Hisp. *ciego*, §.411.) ægrotus; sicut *seuche*, i. contages, ab Hisp. *seca*.

Pari modo ψυκτὸς, refrigeratus, corrumpitur in σικχὸς, injucundus, molestus, it. imbecillus, & apud Siculos, in σαυκὸς, qs. ἄψυχος, aridus, siccus.

A ψυχρὸς, sive ψυχεινὸς, frigidus, est ψύχος, τὸ, frigus; & ab hujus plur. ψύχεα, ψύχη, τὰ, est ψυχὴ, i. anima; quæ Lat. *Psyche*, ab Apulejo descripta. Nisi malis ab ὑψηχής, altisonans, &c. sicut ἠχὴ dic. facultas illa, quâ ceu vehiculo sonitus ad auditum transmittitur, item: sicut καναχὴ, sonitus, interd. strepitus, crepitus.

Sunt ab ὑψὸς quoque: 1. Ὑψόω, in altum tollo, extollo. 455

2. Ὑψηλὸς, altus, excelsus, sublimis, unde non solùm ψόλος, ε, ὁ, fumus, it. flamma & fuligo. Sed & ψάλλω, Lat. *psallo*, carminibus & hymnis Deum celebro, it. tango, pulso, & leni quodam motu perstringo. Hinc apud Anglos *a spell*, vocatur carmen magicum, Belg. *speelen*, & Germ. *spielen*, i. fides, aut organa pulsare significat. Fit exinde quoque Græc. ψαλὶς, ίδος, ἡ, motus celer, it. forfex, à cujus dim. ψαλίδιον, forficula, it. ornamentum muliebre, contrahitur ψάλιον, vel ψαλίον, pro quo & ψέλλιον, frænum: Hinc est quod ψάλια, sive ψέλλια dic. torques, monilia, collaria, it. armillæ, brachialia, & gener. quivis annuli.

A ψάλλω est per sync. ψάω, attingo, mulceo, unde per epenth. ψαύω, itid. tango, contrecto, it. ψαλάσσω, ττω, & per metath. ψηλαφάω, contrecto turpiter.

3. Ὕψος, εος, τὸ, altitudo, celsitudo, sublimitas; interd. & cacumen, fastigium,

vertex, est ab ὑψητὸς, altus, excelsus, sublimis. Conf. ὄρος, εος, τὸ, mons, ab ὁρατὸς, §. 433.

456 Ὑπὸ in compositis mutatur etiamnum in ψυ, ψι, aut ψ, ut:

1. Ὑπόθετος, suppositus, seu supposititius, contrahitur in ψυθὸς, fictus, fictitius, simulatus; & in abstractum ψύθος, τὸ, mendacium, unde ψύθω, fallo, frustro, &c.

Ψυθὸς postmodum abijt in ψευδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, falsus, mendax, unde ψεῦδος, τὸ, mendacium, & ψεύδω, fallo, decipio, &c.

Ψύθος autem degeneravit in ψίθος, ου, ὁ, convitium, unde ψίθυρος, & h. Lat. *susurrus*; nisi à σάυσαρος, quod idem apud Screv.

2. Ab ὑποδιαίρετος, (ex ὑποδιαιρέω, subdivido, particularius divido) subdivisibilis, fit ψαθαρὸς, mollis, & h. ψαθυρὸς, friabilis, qui in minutas particulas friari potest, it. arenosus. Pro eod. Attici dicunt ψαδυρὸς, unde ψαιδρὸς, οῦ, ὁ, rarus, it. raros habens capillos.

3. Ψαυκρὸς, agilis, celer, levis, tenuis, delicatus, qui vix pedem in terram ponit, est ab ὕπακρος, cujus cognatum ἔπακρος habebis in cap. seqv.

4. Ψίμυθος, & ψιμύθιον, Lat. *psimmythium*, i. cerussa, translata sunt ab ὑπόμυθος, & ὑπομύθιον, eo nimirum sensu, quo παραμύθιον, mulcimentum quoque dicitur & placamentum, it. solatium & solamen.

5. Ὑποβδέω Græci, oris aliquomodo verecundioris, efferunt ψιβδέω, i. sufflo, pedo.

6. Ab ὑποφάω, pro quo in usu est ὑπόφημι, subloquor, est ψοφὸς, strepitus, crepitus, it. sonus, & h. ψοφέω, strepitum seu crepitum edo, sonitum do, vel sono, cui respondet Lat. *sopio*, quod Græcis est βαυβάω, tanquam à canum voce βαῦ βαῦ, Lat. *baubor*: sed intelligitur esse ab ὑποφάω, unde Cereris nutrix dicta fuit βαυβὼ, quod eam infantem sopierit. Itali hinc dicunt *sopire*, Gall. *assoupir*: de quibus plura inferius.

7. Ὕπαφρος, spuma tectus, spumosus, non manifestus, abit in ψαφαρὸς, pro quo etiam scrib. ψαφερὸς, tenebrosus, aridus, squalidus, infirmus & friabilis. Unde per metath. ψεφαρὸς, & ψεφηνὸς, obscurus, non clarus, & h. ψεφὰς, ἡ, & ψέφας, τὸ, tenebræ, obscuritas, it. fumus.

A ψαφαρὰ χώρα, solum sive regio sabulosa, est Lat. *saburra*, Ital. *savora*, & *savorra*, Hisp. *sorra*, Gall. *sabure*, & per aph. Ital. & Hisp. *borra*, Gall. *bourre*: nisi hæc malis à βρύον θαλάσιον, i. alga, ducere.

A ψαφαρὰ est & *terra zafra*, quæ in Saxoniæ fodinis reperitur, mercatoribus non ignota. Sic ψαφαρὸν ἄνθος coaluit in ψαφαράνθος, quod ab officinis corruptius effertur *zaffaranus*, Ital. *zaffarano*, Hisp. *açafran*, Gall. *saffran*, Angl. *saffron*, Belg. *saffraen*, Germ. *saffran*: Zaffarani florem autem vulgus appellat *safflor*, i. crocus, seu spica cilissa.

Contrahitur insuper ψαφαρὸς in Doriensium ψᾶφος, ω, ὁ, pro quo Æolicè ψάφαξ, & communiter dic. ψῆφος, ου, ἡ, lapillus, calculus. Hinc Lat. obsol. *sabus* (Conf. *insus*, §. 426.) cujus vices obtinent ejus dim. *sabellus*, & *sabulum*, Ital. *sabbia*, & *sabbione*, Hisp. & Gall. *sable*, & *sablon* (quoniam *sabulum* in Italia plerunque nigri est coloris, ideoque pro eodem colore in scutis gentilitiis à Gallis, Hispanisque sumitur) Angl. Belg. & Germ. *sand*; quod quidem proximè accedit ad Græc. ξάνθος, unde Ital. *santo*, in *cappe sante*; item in *giallo santo scuro*, Germ. *satt-ocker*, i. *ochra satura*, & obscurior: hujus autem vocis origo verior docebitur in sequentibus.

A jam dicto *sabus* non solùm nomen habuit primus Aboriginum Rex, à quo *Sabini*, & ab his *Sabelli* populi dicti: Sed & *Saba*, *Sabæa*, & *Sabbæi* populi, &c. Item *Savus* Mauritaniæ Cæsariensis; & alter ejusdem nominis Pannoniæ fluvius in Danubium se exonerans.

A ψῆφος est *Psebo*, regio interior quam Æthiopia: Artemidorus stagnum esse scribit.

A ψηφὶς, ἶδος, ἡ, idem quod ψῆφος, est *Psaphis*, Oropiorum civitas in confinio Atticæ & Bœotiæ.

Item

Item *Sapis*, aliis *Isapis*, hod. *savio*, Flaminiæ fluvius inter Senogalliam urbem Isauro se conjungens.

Item *Sabis*, hod. *sambra*, fluvius est inter Belgas, qui Nervios irrigat, & in Mosam, fluvium penes Condrusios, seu Namurcum, oppidum Leodiensium, influit.

A ψηφῶν, i. φροντίζων, in Libya nominatus fuit *Psapho*, vir quidam divinitatis opinionem affectans; Hic quamplurimas aves cepit vocales, & humani sermonis dociles, quas docuit sonare hæc verba: Μέγας θεὸς ψάφων, i. *Magnus Deus Psaphon*: atque ita doctas emisit in montes. At illæ quæ didicerant, cantabant; ac reliquas item aves sonare docebant. Porro Lybes cum ignorarent commentum, credentes id divinitus accidere, Psaphoni rem divinam facere instituerunt, unde proverbium: *Psaphonis aves*.

Et apud Græcos *Sappho*, insignis poëtria, & carminis inventrix, quod ab ea *Sapphicum* appellatur.

8. Ψάμαθος, & ψάμμος, quid & unde sint, patet ex §.410. Hic denominativa nonnulla supersunt evolvenda, v. gr.

Ψαμάθη, *Psamathe*, & ψαμάθεια, *Psamathea*, Nympharum, it. fontis, urbis, & montis nomina.

A *Psamathus* forte est *Pamisus*, Messeniæ in Peloponneso fluvius, qui Straboni *Amathus*: aliis corruptius Μάμαος, seu *Mamaus* apud Car. Steph.

A ψαμμαθόεις est *Psammathus*, urbs Laconica.

A ψάμμος est *Psammus*, & *Psammis*, Ægypti, Ægyptiorumque reges. Conf. huc ante dictum *Sabus*.

Hinc quoque nomen habet *Samos*, Insula Junoni consecrata, & Pythagoræ patria, ex cujus arena vasa fictilia, *samia* dicta, conficiebantur.

Item *Samos*, vicus Messeniæ; Elidis urbs; & Lyciæ civitas.

Item *Samothrace*, seu *Samothracia*, nunc dierum *Samandrachi*. Sic *Samogitia*, *Samosata*, *Sampsa*, i. Sol. Est & hujus nominis vicus Arabiæ; & h. *Sampsita*, urbs Ægypti.

A ψαμμώνιος, i. sabulosus, arenosus, est *Samonius*, locus Trojæ. it. *Samonium*, Promontorium Cretæ, hod. *Salomone*, aut *Cabo Salomo* dictum. It. *Pammonia*, locus in Europa, vbi vipera serpens reperitur.

A ψάμμιον, arenula, est *Samnium*, urbs Britanniæ, it. Italiæ regio, cujus populi *Samnites*; alio seu latino nomine *Sabini*, & *Sabelli* audiunt.

Eruuntur exinde *Psammites* quoque & *Samnites*, it. *Psammenitus*, & *Psammetichus*, Ægyptiorum regum nomina.

A ψαμμώδης, itid. arenosus, nomen est adeptus *Samothes*, seu *Samotes*, primus Gallorum Rex & legum lator.

9. Nec simplex ἄμαθος hic prætereundum, siquidem ex eo non minus, quàm ex antecedenti multa nomina propria originem capessunt. Nam

Ἄμαθος, *Amathus*, dictus fuit Herculis filius, unde Turc. *Achmat*, nisi rectius ab αἰχμητὴς, ῦ, ὁ, bellator, bellicosus.

Ita *Amatha*, vel *Amathe*, Arabiæ regio, nunc *Acmatha* vocatur ab arenæ multitudine. Hinc *Amathei*, felicis Arabiæ populi. Et *Hamathei* apud Antiochiam.

Item *Amathea*, al. *Amothea*, Nympha marina Nerei & Doridis filia.

Item *Amath*, filius Chanaan. Et populi Indiæ. It. *Amath*, urbs Phœniciæ, & alia Siciliæ; & *Amaitha*, urbs Syriæ.

Ab ἀμαθόεις est *Amathus*, *untis*, Cypri civitas vetustissima, unde Venus illius loci dic. *Amathusia*.

10. Ab ἄμμος, & hinc ducto ἄμμων, ωνος, ὁ, arenosus, sunt:

Ammon (id est, Arenæ Princeps; sicut *Saxo* κατ' ἐξοχὴν dic. Saxoniæ dux) Tritonis filius, Rex Libyæ, pater Dionysij, qui & Bacchus dicitur.

Iupiter Ammon, sive *Hammon* (& juxta §. 133. *Mammon*, ni rectius per aphær. à βοτάμμων, boum possessor, pecoris dives. Conf. §.179. & 86.) sic nominatus fuit ab

ipsius templo in locis arenosis à Libero Patre extructo. Idem hinc Latinis dic. *Iupiter Arenarius*, §.390.6.

Amnus, ex ἄμμωνος, Thuscorum rex: *Ammonus* autem fuit Africæ urbs.

11. Eadem nomina etiam componi gaudent cum aliis, ut:

Amenophis, quode in §.418. &

Philammon, Apollinis ex Chione Nympha filius. Sic

Nigramma, Indiæ intra Gangem urbs.

12. Ab ἀμμώνιος, cujus nominis plures fuere viri illustres, extat *Ammonij* promontorium in Arabia felici.

Ammonia dic. mediterranea pars Libyæ, & tota *Libya*, unde *Iuno Ammonia* culta in Græcia ab Eleis. it. Urbs prope Alexandriam, quæ aliis *Paratonium* seu *Parætonium*, corruptè *Breton* vocatur: Hinc *sal ammoniacum*, & *ammoniaci lacryma*, de quibus leg. Voss.

13. Ab ἄμμων est *Ammia* civitas, unde *Ammienses* Hispaniæ populi. it. *Ammianus*, poëta celebris. it. *Amnium*, Bithyniæ fluvius. Sic *Amnon*, Arabiæ felicis; *Amnites*, Græciæ, & *Amnisus*, Cretæ fluvius.

14. Ab ἀμμώδης est *Amodis*, i. arenosum littus, Corsicæ insulæ urbs maritima. Ab eod. dicitur *Amosis* (δ in s mutato, sicut *Vlisses* ab ὀδυσσεὺς, §.151.) & alius Ægypti rex *Amasis*, cujus nominis fuit etiam peditum Darij dux.

Est hinc quoque *Amasius*, seu *Amasia*, aliis *Amysius*, vulgò *Embs*, Germaniæ fluvius.

15. Nec dubium, quin ab ἀμώδης corruptè dictæ sint *Mò*, sive *Mos*, aquæ illæ, ex quibus, juxta Kircherum, Pharaonis filia infantulum Hebræum extraxit, eumque *Mosen* ideò appellavit; siquidem *Moses*, & *Amosis* unus idemque fuisse docetur in Hornij Histor. p. 47. Accedit quod & Hebræi aquas forsitan hinc vocavere MAIM.

16. Est præterea *Amosea*, urbs Ponti, quæ & *Amasia*, al. *Amisus*, unde *Amisius*, & *Amisenus*, per aph. *Misenus*, Æoli filius, Hectoris tubicen, à cujus sepultura *Miseno*, Campaniæ promontorio nomen. Conf. & Bajarum etymon ex §.411.23.

Item *Amas*, mons, & *Amasenus* fluvius. Nec non *Amasia*, Germaniæ urbs, quæ hodie Marpurgum: Hujus incolæ, vel jam dicti fluvij *Amasij* accolæ vocabantur *Amsi*, unde Hamburgi adhuc viget Clar. *Amsingorum* familia; qui aliis mixti olim audiebant *Amsivarij*, §.69. *Ansibarij*, & *Ansgarij*, cujus gentis fuisse creditur *B. Ansgarius* Suecorum Gothorumque primus pontifex. It. *Salampsij*, Mauritaniæ Cæsariensis populi.

Item *Mosa*, & *Mosella*, Gall. *la Meuse*, & *Moselle*, Germ. *die Maas*, & *Mosell*: insignes Galliæ Belgicæ fluvij.

Item à *Messenia*, *Messania*, & *Messina*, unde Rom. familiæ cognomen *Messala*, & *Messalina*.

Missenia autem contrah. in *Misnia*, Germ. *Meissen*, superioris Saxoniæ provincia.

457 Vel restringitur in ὑ, ut:

Ὑποπνέω, leviter spiro, per sync. abit in ὑπνέω, unde ὕπνος, & h. Lat. *somnus*, Ital. *sonno*, Hisp. *sueño*, Gall. *somne*, *somme*, & *sommeil*. Conf. & καπνὸς à καταπνέω, de quo s. l.

458 Vel etiam in ὑπ, aut ἰπ, ut:

1. Ὑπαμάω, demeto, unde per sync. (qs. à subimo) Lat. *sumo*: nisi malis à προσαμάω, §.393. Conf. *promo*, *demo*, *premo*, *perimo*, *eximo*, &c.

2. Ὑπινέω, subevacuo, quodammodo expurgo, est Græc. πίνω, & h. πίω, Lat. *bibo*, it. πῖνον, vinum hordeaceum. A *bibere* autem Ital. *beuere*, & per sync. *bere*, Hisp. *bever*, Gall. *boire*, unde Angl. *beere*, seu *beer*, * Belg. & Germ. *bier*, i. cerevisia: & h. iterum Gall. *biere*, Ital. *birra*, quod idem.

* Infinitivi nonnunquam nomina fiunt, ut: *mangiare*, *desinare*, & sim. apud Italos: *essen*, *trincken*, *schreiben*, &c. apud Germanos.

3. Ὑπη-

3. Ὑπηρέσια, τὰ, ab ὑπηρέσιον, pellis aut aliud quidpiam, quod remiges sibi substernebant, abeunt in Græc. βύρσα, corium, pellis, Lat. *byrsa*, & *bursa*, Ital. *borsa*, Hisp. *bolsa*, Gall. *bourse*, Angl. *purse*, Belg. *borse*, & h. *beurse*, & Germ. *bursch*, pro hominibus mercatum frequentantibus. Conf. ex §. 452. *subbasilicani*, & *subrostrani*, it. ex §. 399. *virga*, &c.

4. Ab ὑπείκω, cedo, obsequor, it. cedo tactui, non resisto tactui, originem capit Græc. πείκω (Lat. *pecto*) carmino, carpo.

5. Ab ὑπήνεμος, auræ patens, vento expositus, est American. *Panama*, pòst ab Hisp. nuncupata *Castilla del oro*, i. Castella aurea.

6. Ab ὑπεύδιος, serenus, tranquillus, non solùm est Græc. βεῦδος, vel βεῦθος, τὸ, vestis genus varium & purpureum, unde Lat. *feudum*, quo sc. Vasallus à Principe investitur, Ital. & Hisp. *feudo*, Gall. *fief*, Angl. *a fee*. Sed & cognomen *Baudius*, quo claruit celebris Epistolographus; imò & Germanis consuetum prænomen *Pfaudius*: sicut *Galenus* & *Galerius* apud Græcos; *Tranquillus*, & corruptius *Tarquinius*, & *Tanaquil* apud Latinos.

7. Ὕπαρχος, Lat. *Hyparchus*, præfectus provinciæ vel exercitus, ut erant Legati & Præsides à Senatu constituti; Scribitur & ὑπαχρὴς, unde fortassis apud Carthaginenses *Barcha*, & *Barchina* familia; nisi præferendum εὐάρχης, §. 70.

8. Ὑπόπυς, pedibus subnixus, vulgus contraxit in ἵππος, Æoles in ἴκκος, quod Latinorum alij pòst mutavere in *equus*, * alij in *hirquus*, quode ad §. 53.

Ejus etiam compos. *Enhippus*, (§. 93.) cujus nominis fuit Argivorum miræ felicitatis rex, evasit in Gall. *Enequus*, seu *Enecus*, qui pulsis Mauris Navarræ regni fuit fundator & rex primus. Conf. & *Hengstus* ex §. 66.

* Π in *qu* mutatur etiam in ἕπω, unde Lat. *sequor*, &c. conf. §. 194.

Vel remanet integrum, ut: 1. Ὑποεδὴς, vestis quæ est subtus, interula, subucula, Ital. *busto*, Gall. *buste*, *busque*, & *busq*, id. 459

2. Ὑπεργὸς, adjutor, qui operam navat, qui officium aliquod, seu obsequium præstat, minister, est Belg. *Borghe*, Germ. *Bürge* [illegible] præs.

Vel totum abjicitur, verbi gratiâ: 1. Ab ὑπόπηλος, aliquantum lutosus, nomen habent (1) *Belus*, * Syriæ, seu Phœniciæ fluvius, è palude Cendevia profluens: (2) *Belus*, vel *Melus*, urbs juxta Herculis columnas. (3) *Belon*, urbis & fluvij nomen in Hispania Bœtica. (4.) *Melo*, fluvij cujusdam nomen, qui apud Ægyptios Nilus vocatur. Imprimis autem (5) Μῆλος, ε, ἡ, Lat. *Melus*, hod. *Milo*, insula una ex Cycladibus, unde μηλέα, ας, ἡ, *malus*, arbor; nec non μῆλον, Dor. μᾶλον, Lat. *malum*, Ital. *melo*, i. pomum, seu fructus quem fert malus. Augmentativum hujus vocis est *Melon*, *melo*, & *melopepo*, unde Ital. *mellone*, Hisp. Gall. & Angl. *melon*, Belg. *meloen*, Germ. *melaun*. 460

Atque hinc est quod πήλινος, *luteus*, ex luto factus, concurrat cum μήλινος, itid. *luteus*, colorem mali habens. Conf. §. 179. unde iterum *lutea*, & *Lutetia*, in Princ. Phil. n. p. 127.

* *Belus* & *Bel*, quando sumitur pro deastro, vel Assyriorum nomine regio, per eand. fig. factum est à βαβέλιος, sive *Babel*, i. Sol, in §. 84. & 160.

2. Ὑπολαῒς, unde Ital. *luì*, est avicula, quæ etiam ὑπολαῒς, Latinis curruca dicitur, & ex ovis cuculi in nido suo positis exclusos pullos pro suis alit: componitur ex ὑπὸ, & ἐλεὸς, avis species apud Suid. ab ἀλεὸς, calidus, it. quando Dor. dicitur pro ἠλεὸς, stolidus, stultus, insipiens. Vel si mavis ab ἔλαιος, avis species, quæ etiam ἐλεᾶς vocatur, & ἐλέας.

3. Ὑποκαλυμμάτιον, parvum subtegmen, Græci contraxerunt in ὑποκάμισον, subucula, unde tanquam à plur. ὑποκάμισα, Ital. *camicia*, Hisp. *camisa*, & *camison*, Gall. *chemise*.

4. Æolûm more, qui pro ὄμματα, i. oculi, dicunt ὄππατα, facies ex ὑπότριμμα, i. edulij genus, Ital. *trippa*; nî rectius ab ὑπήτρια, τὰ, de quo in seqq.

5. Idem fit apud Latinos in *direetus*, pro *sub dio erectus*, quode leg. Voss.

 6. Sic

6. Sic Arabum *Nadir* ab ὑπένερθε, i. sub pedibus, §.263.

461 Vel patitur aphæresin, ut: 1. *Paulus*, cognomen fam. Æmyliæ, ab ὕπαυλος, qui in aula est, de quo in Princ. Phil. n. p.129.

2. Ὑπονέω, subter aquas nato, aquas subeo, præit Græc. πονέω, laboro & tolero, proprieque dic. de navi & ejus instrumentis, quum tempestate quassata & propemodum fracta sunt. Hinc Lat. *pono*, Ital. *pongo*, *ponere*, & *porre*, it. à positare, *posare*, quod alio in sensu deriv. à *pausare*. Hisp. *poner*, & *poner huevos*, Gall. *pondre*, & *poser*, Belg. *woonen*, & h. *woon*, *woonte*, Angl. *wont*, *wonte*, Germ. *wohnen*, *gewohnen*, & *gewohnt*: nisi malis ab ἀπονάω, seu ἀποναίω, aliò habitatum eo, migro.

Ab hujus verbi particip. *ponens*, *ponentis*, nobis est Lat. *pons*, *pontis*, Ital. *ponte*, Hisp. *puente*, Gall. *pont*. Itali præterea *ponente* appellant Solem occidentem; sicut orientem, *levante*: Hispani autem *puesta del Sol*, & corruptius, *oeste*, unde Gall. *oüest*, Anglis & cæteris Septentrionalibus *Vvest*, * i. Solis occasus.

* Idem sentiendum est de Germ. *Vvelt*, i. mundus, quod descendit ab Hisp. *buelta* ex Ital. *volta*: Belgarum verò *wereld* factum est ex Angl. *world*, quod à Gall. *virevolte*, hoc autem est Ital. *giravolta*, i. in gyrum volutatio.

3. Ab ὑποζάκορος, qui vel quæ inservit æedituo, minister, vel ministra æditui, est Ital. *pizzochero*, quod Hetrusci cum epenth. efferunt *pinzocchero*, & *pinzocchera*.

4. Ab ὑποκριτής, i. simulator, it. histrio, est Lat. *hypocrita*, Ital. *hipocrita*, *hipocrito*, & *hipocritone*, Hisp. *hypocrita*, *hypocriton*, Gall. *hipocrite*, Angl. *a hypocrite*. Pro eod. Itali corruptè tanquam à *bacchetta* dicunt *bacchettone*: Verùm Hispani à *Piccardo* quodam hæretico, dic. *bigardo*; Galli autem *bigot* ab Ital. obsol. *bigotto*, pro quo *pitocco* potius dicunt & *bizzocco*, ex Græc. βιωτικός, vel si ma vis, à πτωχός, de quo plura s. l.

5. Ab ὑποτίτθιος, qui est sub mamilla, qui adhuc è mamilla pendet & lactat, nomen traxit *Potitius*, Arcas, sacerdos Herculis, & Pinario ab eod. prælatus. Vid. in §.355. Conf. & ex §.415. ἀπότιτθος, &c.

6. Ab ὑπόπλατυς, aliquantum latus, est Lat. *poplitis*, unde *poples*, ex quo Veneti suram appellant *pupula*, quod quidem significatione propius ad pulpam, cujus etymon hic sequitur, videtur accedere.

7. Ab ὑπολιπής, subpinguis, pinguiusculus, est Lat. *pulpa*, Ital. *polpa*, Hisp. *pulpa*, Gall. *poulpe*.

8. Ab ὑπόσκιος, aliquantum umbrosus, opacus, est Græc. πύξος, Lat. *buxus*, Ital. *busso*, *bosso*, Hisp. *box*, Gall. *buis*, Angl. *the box-tree*, Belg. *bosch-boom*, Germ. *buchsbaum*. Est ex eod. quoque Ital. *bosco*, unde Gall. *bois*, & Germ. *busch*: A Gall. *bois* autem quando dic. de cervi cornibus, provenit Germ. *geweih*.

9. Ab ὑπολειόω, ῶ, aliquantum lævigo, vel *lævo*, procedit Lat. *polio*, unde Ital. *polire*, & usitatius *pulire*, Hisp. *polir*, & *pulir*, Gall. *polir*, Angl. *to polish*, Belg. *palleeren*, Germ. *palieren*, al. *baliren*, seu *balliren*, id.

10. Ab ὑπόπετρος, sub quo petræ seu saxa latent, petrosus, videtur esse *Boppart*, al. *Poppaerd*, Hisp. *Popparte*, Gall. *Poppart*: alio nomine olim *Bodobriga*, sive *Boudobrica* dictum, Trevirorum oppidum ad Rheni ripam non procul à Confluentibus.

11. Ex ὑπόῤῥινος, qui sic loquitur, ut vox in naribus stridat, Itali fecere *bornio*, Gall. *borgne*; Hispani autem dicunt *turnio*, tanquam ab εὐθύῤῥινος, quod habes §.54. Conf. *Valgus*, &c.

12. Ὑπότυρις, edulij genus est, à cujus accus. ὑποτυρίδα, forsitan rectius conficies Ital. *potrida*, quam ex ἀποσειτόω, §.415.

13. Gallorum *patois*, i. sermo vulgaris, plebeius, vernaculus, videtur esse Græc. ὑπάτοπος, i. aliquo modo absurdus.

14. Anglorum *bottome*, seu *bottom*, Belg. *bodem*, & Germ. *boden*, i. fundum, solum,

lum, nec non Lat. *beudum*, quod in lege Salica tit. 49. legitur, sunt à Græc. ὑπόθεμα, i. pedamentum, basis.

15. Πομονὴ Græco-barbari dicunt pro ὑπομονὴ, tolerantia, patientia. Sic ποταγὴ, pro ὑποταγὴ, subjectio. Et πόχειρος pro ὑποχείριος, subditus; Item ποκάμισο, interula, unde per metath. Ital. *boccasino*, ab ὑποκάμισον, ex §.460.

Ὑπὸ nonnunquam patitur metathesin aphæresi conjunctam, ut: 462

1. Ὑπόκουφος, aliquantum levis, mutatum fuit in κέπφος, levissimæ avis marinæ species, quæ facile à quovis vento circumagitur; Ital. *gheppio*, & *fottivento*, Gall. *guepier*; Germ. *gimpel*, i. merops. Est hinc quoque Att. κόψυφος, & κόσυφος, corruptius κόψυχος, & κόψιχος, merula, avis & piscis nomen.

2. Ab ὑπόκενος, vacuus, duco κόφινος, Lat. *cophinus*, corbis, it. mensura bœotica & aridorum & liquidorum. Hinc Ital. *cofano*, Hisp. *cofre*, Gall. *coffre*, & *cofin*, Angl. *a cofin*, & *coffer*, Belg. & Germ. *Koffer*. A *cophinus* fit insuper *Covinus*, seu *covinum*, i. vehiculi falcati genus, quo Britanni & Galli olim in præliis utebantur, unde fortean Germ. *Koben*.

3. Ὑπήτρια, τὰ, abeunt in Ital. *trippa*, Hisp. *tripa*, Gall. & Angl. *tripe*, Belg. *trype*; ὑπήτριον enim est sumen, abdomen. Sicut ἤτραια, & ἠτριαῖα dicuntur, quæ ad τὸ ἦτρον pertinent, seu de eo sunt. Conf. §.460. it. ea quæ ad §.379.

Vel contrahitur in ὑφ, sequente nempe vocali spiritu aspero notata, ut: 463

1. Ὕφαλος, & ὑφάλιος, qui est sub mari, sub mari latens, vel qui est intra mare, ut in epigr. ὕφαλος πέτρα, per metaph. subdolus, versutus, q. d. sub pectore latentem habens fraudulentiam; hinc per aph. ducuntur

(1) Φαλὸς, petra in mari eminens, unde antiquum Teutonum *felis*, in Lipf. Epist. Cent. 3. ad Belg. & h. Germ. *fels*, Belg. *velts*, & *velt*, Angli id circumscribunt: *a high down-fall*, i. rupes: à cujus similit. φαλὸς sumitur pro albo & splendido; specialiter verò & substantivè signif. scutulum quoddam splendidum & album, it. conum galeæ, cui crista inseritur, it. galeæ apicem, quo in sensu scribitur quoque φάλος.

(2) Φαλὸς per metath. iterum convertitur in ἀλφὸς, albæ vitiliginis species (nisi rectius ab ἐλέφας, quando lepram notat; vel ab ἀλαβὴς ex §.410. Ital. *alfio*, & *alfi*, quæ quando herbam hepaticam signif. sunt ab ἐλάφιον, quod Hesychio κώνειον) it. *albus*, & h. nobis *Alpus*, unde *Alpis*, & *Alpes* ab albore scilicet nivium dicuntur.

(3) Ab ὑφάλιος est φάλιος, idemque signif. quod φαλὸς, & præterea ab Hesych. expon. albos crines habens in fronte; ex quo Belisarij equo nomen *Valus*: Et Achillis equus apud Hom. βαλιὸς, pro quo & βάλιος scribitur, exp. varius & velox, ut. βαλίαι ἔλαφοι, in epigramm. expon. varij cervi maculosi. Unde & Lat. *balius color*. Legitur & apud Screv. βάλιος, i. orbus oculis, quod itidem est ab ὑφάλιος, eo sensu, quo scopulus in mari latens aliquando cæcus vocatur.

(4) Fit insuper à φάλιος, φαιὸς, subniger, qui medio est inter candidum & nigrum colore, à cujus superlat. φαιοςὸς est Lat. *fuscus* (sicut à pristus, *priscus*) Ital. *fusco*, *fosco*, *foscio*, Hisp. *bosco*, Angl. *a fox*, Belg. *vos*, *vosse*, *vosch*, Germ. *fuchs*, i. vulpes. Vossius de permut. lit. ita: *Voxum*, seu *Voxosum* hodie nonnulli appellant glirem, voce à μυοξὸς detortâ. Vid. Salmas. Plinianar. exercit. p. 1019.

(5) A βαλιὸς autem λ ejecto (§.334.) formatur βαιὸς, unde βαῒς, ἴδος, ἡ, ramus palmæ, &c. & exinde Lat. *baius*, & *badius*, Ital. *baio*, & *bigio*, Hisp. *vayo*, & *baço*, Gall. *bay*, & *bis*, Angl. *bay*, Belg. *baeye*; Itali quoque *baietta* vocant pannum baium, villosum, unde Angl. *bayes*, Belg. *baey*, & Germ. *boy*, quod idem. Aliam τῦ βαιῦ, & *Baij* notionem exhibet num. 23. in §.411.

2. Idem ὕφαλος abijt in Indorum sive Arabum *Hypalus*, sc. ventus, à Plinio descri-

 ptus,

ptus, qui corruptius dic. *Hippalus*, apud Voss. Conf. quæ ad §.413. aliam hujus vocis signif. habes §.452. pari modo à jam dicto βαλίος, in Epigramm. βαλίοι ἄνεμοι, exp. ταχεῖς, & rapidi.

3. Ab ὑφορμέω, sum formidolosus alicui, terreo, generatum olim fuisse Lat. *formio*, testatur derivatum *formido, as*: Et nomen *formido, inis*, quod videsis §.304.

464 Vel convertitur per metath. in φυ, φε, φο, & φαυ, ut:

1. Ὑπάγω, subduco, clam eximo, it. neutr. me subduco, retrocedo, est Græc. φεύγω, seu φύγω, Lat. *fugo*, & *fugio*, Ital. *fugire*, Hisp. *huyr*, Gall. *fuir*, Jon. φύζω, fugam capio, do me in fugam, unde φύζα, pro φυγὴ, Lat. *fuga*, Ital. *fuga*, unde *fugare*, & *foggia*, Hisp. *fuga*, Gall. *fouge*, *fugue*, & *fois*, Belg. *voeghe*, *voege*, it. *vueghe*, & *vueghen*, it. *fuyck*, & *fuycken*, it. *focke*, & *focken*, *fockeren*, Germ. *fug*, *fuge*, *fügen*. Italorum *fuggita* autem contrahitur in *futa*, unde Hisp. *huyda*, Gall. *fuite*.

2. Ab ὑποπαίω, qs. clam ferio & pulso, est φοβέω, Lat. *paveo* (§.413.) in fugam me verto, it. metum & terrorem incutio, unde *pavor*, Ital. *paura*, Hisp. *pavor*, Gall. *peur*.

A φοβέω etiamnum est φοβέομαι, corrupt. φέβομαι, fugio, it. timeo, metuo, formido.

A simplici παίω autem fit Lat. *pavio*, cui quam proximè alludit Græc. ἐπαφάω, contrecto, tango, &c.

3. Φόβη, coma, it. juba, it. frons, -dis, est ab ὑφήβη. Ἥβη etenim & jumentis & plantis quoque tribuitur.

4. Ὑπογενὴς, ex materia ortus, abit in φέγγος, εος, τὸ, splendor, lux, lumen, interd. ponitur & pro jubare, &c. unde φέγγω, splendorem seu lucem præbeo, illumino, illustro. Conf. αἰγενὴς, *ignis*, §.224.

5. Φαῦλος (ex jam dicto ὕφαλος, subdolus, versutus) vilis, pravus, nullius pretij, abjectus, humilis, contemtus, it. parvus, it. simplex, it. mediocris, it. ineptus, ridiculus, it. malus, vitiosus, ut: φαῦλα ὕδατα, Aristot. mala aquæ, aut insalubres, quo in sensu videtur esse ab ὕφαλος, ex §.452. it. malus, improbus nequam, ut: φαῦλος ἄνθρωπος, apud Isocr. Xen. Arist. Dores pro eod. dicunt φαῦρος, * unde Lat. *vafrus*, recentius, *vafer*, ** it. *pravus*, Ital. *pravo*, & *bravo*, Hisp. *bravo*, Gall. & Angl. *brave*, Belg. *brave*, & *brauwe*, Germ. *brav*, & *braf*, i. strenuus.

* Conferatur ὅρος ab ὅλος, & quæ ibi sequuntur, §. 347.

** Sic *Vates* à φάτης, ου, ὁ, loquutulejus, loquax. Item *Veronica* pro Beronice, seu Berenice, olim *Pherenice* ex φερονίκη, i. victrix.

465 Apud Latinos ὑπὸ mutatur in *sub*, ut: 1. Ὑπέω, pro quo in usu ὕπειμι, fit Lat. *subeo*.

2. Ab ὑπόπλακος, sive ὑποπλάκιος, i. planitiei subjacens, est Lat. *subliquus*, unde *sublica*, p. c. palus, seu pertica, quæ in aqua defigebatur, ad pontis alicujus constructionem. Hinc *sublicium*, & *pons sublicius*.

3. Ab ὑπάγω, subduco, it. subjicio, est Lat. *subigo*.

4. Ab ὑφιέω, pro quo dicunt ὑφίημι, submitto, est Lat. *suffio* sc. fumum.

466 Quemadmodum antecedens *super*, & *per* significatum vocis extollunt in §§. 448. 449. Ita *sub*, & *susque* illud deprimunt in *subverto*, *susque deque habeo*, *susque deque fero*. Conf. §.453.

467 Vltima in *sub*: 1. Vel abjicitur, ut: *suspicor*, à sub & specio.

2. Vel mutatur in sequentem consonantem, quacum duplicatur, ut: *suffero*, ab ὑποφέρω, quod Italis est *sofferire*, & *soffrire*, Hisp. *sufrir*, Gall. *souffrir*, Angl. *to suffer*. Cæterum est ab Hisp. *sufrir*, *sufrido*, quod Gallis redditur *paisible*, i. pacificus, unde Germani habent *Friede*, in gen. masc. Belg. *vrede*, i. pax. Et *zufrieden seyn*, i. contentum esse. Imò ex eod. *sufrido* oritur quoque prænomen *Suffridus*, v. g. *Suffridus Petri*, qui scripsit origines Frisorum; quique à Dominico Magri in Notit. Voc. Eccles. in voce; *Bancus*: vocatur *Seffridio Prete*. Equidem hinc puto esse Germ. *Seyfert*, *Seyfried*, & elegantius *Sigfridus*, *Sigebertus*, corruptius *Sigebrodus*, & *Sibertus*, per apoc. *Saubert*.

Idem

Idem fit in *succino*, *suggero*, *summitto*, *supprimo*, *surripio*, *surrogo*, *sufflo*, unde Ital. *soffiare*, Hisp. *soplar*, Gall. *souffler*.

3. Integra verò permanet in *subsum*, *subverto*, *&c*.

4. Vel mutatur in suam tenuem, etiam sequente vocali, ut: *Supellex*, contractum à *supellectilis*, quod componitur ex *subelectilis*; vel si mavis ex *subillectilis* sc. res, quæ Græcis dic. ἐπακτικὸς, i. illex, sive illix. Ita Plaut. in Asin. *lectus illix est*. Conf. horum differ. in §.427.

5. Aliam & longè inusitatiorem hujus præpositionis μετάστασιν disce ex §. 194. ubi ὑπηλέω (qs. subvaleo) abit in *squaleo*. Conf. & ex §.458. *equus*, & *sequor*.

Sub, suam tandem patitur aphæresin, ut: 468

1. *Sublucere*, i. aliquantum lucere, abit in Germ. *blicken*, per epenth. *blincken*, & per antith. *blitzen*, i. fulgurare.

2. A *sublucare*, i. ramos arborum supputare, & veluti luci transitum aperire, est Belg. *plucken*, & Germ. *pflucken*.

3. Venetorum *premi*, pro supprime, vid. ad §.248. Eorumque

4. *Posticcio*, pro suppositio, vid. ad §.272.

CAPUT XXIII.

Ἐποτὶ, tertia hujus ordinis particula variis est non minus subjecta affectionibus: 469
siquidem apud Græcos contrahitur primò per syncopen in

ἐπὶ

& fere omnium præpositionum significata in se complectitur, quæque ideò ex lexicis petenda sunt. Ad Latinos etiam nonnunquam incorrupta transit, ut:

1. *Epigonus*, ab ἐπίγονος, pòst natus, apud Just. 12. 4. hoc primitus fuit nomen iis, quorum parentes ad Thebas occubuere.

2. *Epigenes*, philosophus Byzantinus, ab ἐπιγενὴς, indigena, it. natus post.

3. *Epicharmus*, Siculus, poëta comicus & philosophus, cui nonnulli inventum comœdiæ tribuunt, est ab ἐπίχαρμος, vel ἐπιχάρμης, qui nobis gaudium & lætitiæ materiam præbet.

4. *Epictetus*, Philosophus stoicus, ab ἐπίκτητος, insuper acquisitus, it. adventitius.

5. *Epicurus*, philosophus, Græcis vocatur ἐπίκουρος, i. auxiliator, ab ἐπὶ & κοῦρος, juvenis: Quando autem Hesychio clavum ligneum notat, suspicor esse ab ἐποίκουρος, i. qui intra domus parietes manet; forte est hinc Belg. *spycker*, seu *spiecker*, i. clavus, quod aliis à spica, vel spiculo.

6. Ἐπιτάφιον, q. d. supersepulchrale, Latinis quoque dic. *epitaphium*, Ital. *epitafio*, & *pitafio*, Hisp. itid. *epitafio*, & *petafio*, Gall. *epitaphe*, Angl. *an epitaph*, Germ. *ein epitaphium*. Conf. *jaspis*, §.57. & *insul*, §.426.

Ἐπὶ commutatur in compositis cum particula εὖ, ut: 470

1. Εὐκλεὴς, pro ἐπικλεὴς, gloriosus, celeber, unde *Epicles*, citharœdus nobilis Atheniensis, & fortean prænomen apud Germ. *Vviclef*.

2. Εὐτυχὴς, pro ἐπιτυχὴς, qui voti sui compos fit, fortunatus, felix; unde *Vitigis*, Rom. Imperator, & h. *Vitig*. Et pene dixerim *Vvitichindus*, Saxonum Rex. Nec non Ital. *Eduige*, unde Germ. *Hedwig*, fæminile prænomen. Fuit & *Eutyches*, Constantinopolitanus Abbas, it. *Eutiches*, poëta quidam comicus.

3. Εὔτεκνος, pro ἐπίτεκνος, fœcundus, fœcunda.

4. Εὐμήκης, idem cum ἐπιμήκης, prælongus, it. procerus, §.57.

5. Εὔσκιος, & ἐπίσκιος, umbrosus, opacus, vel gratas umbras habens.

6. Εὔχαρις, pro ἐπίχαρις, cui gratia inest, lepidus, venustus; unde *Eucharius*, Germ. *Karges*, al. *Evagrius*, Cos. cum Eleutherio. Fertur etiam *Epicharis* quædam apud Tacit. inter conjuratos contra Neronem. Exinde quoque nomen agnoscunt *Bocho-*

Bochoris, & *Bochyris*, ambo Ægypti reges: Nec non *Boccori*, qui & Concordienses, Lusitaniæ populi. Conf. *Vacchoris*, & *Borysthenes* ex §.67.

7. Ἐυδείελος, idem quod ἐπιδείελος, pomeridianus.

8. Pari modo convenit εὔκαιρος, §.64. cum ἐπίκαιρος, commodus, opportunus, tempestivus: καιρὸς εὔκαιρος, tempus opportunum, vel hora opportuna. It. ἐπικαίρως, & εὐκαίρως, opportunè, tempestivè, unde Hebr. BOKÆR, i. diluculum, mane, i. tempestivè, opportunè.

9. Si igitur ἐπισπαςὸς, i. quem quis ipse sibi accersivit & attraxit, ut licet per adoptionem, transferes in ἐυσπαςὸς, habebis Lat. *Vespastus*, unde pòst Rom. *Vespasius*, & *Vespasianus*. A cujus etymi cognato ἀπερίσπαςος, qui distrahi nequit: immobilis, inconcussus, quietus; Persarum ille rex magus corrupto nomine Justino vocatur *Oropastes*, Esdræ *Artosastes*, aliis aliter. Conf. num. 10. ex §. 410. & num. 7. ex §. 416.

10. Non semper tamen succedit, ut unum pro altero promiscuè sumatur; nam ἐπιπάτωρ, vitricum notat: ἐυπάτωρ autem vid. §.75. num. 24.

471 Ἐπὶ nonnunquam mutatur in ἐπ, & ἐβ, ut: 1. *Epaminondas*, Thebanorum dux, Græc. ἐπαμεινώνδας, ex ἐπὶ & ἀμείνων, i. melior.

2. Ἐπίῤῥοθος, adjutor, auxiliator, propriè auxilium ferens, magna cum animi celeritate & contentione, nobis est Celtarum *Eporedus*, unde *Eporedia*, Salassiorum urbs, vulgò *Iurea*; & *Eporedi*, populi, quorum dux apud Cæs. vocatur *Eporedorix*, §.44. Plutarcho *Paredorax*.

3. Ἐπαινὸς, durus (ex ἐπὶ & αἰνὸς, gravis) abit in Græc. ἔβενος, corruptius ἔβελος, Lat. *ebenus*, & *hebenus*, Ital. *ebano*, Hisp. *evano*, & *abenuz*, it. *ebano*, & *ebeno*, Gall. *ebene*, Angl. *ebony*, & *ebene*, Belg. *even-hout*, Germ. *eben-holtz*. Apud Hebræos autem in ÆFÆN, i. lapis. Et HEFEN, i. ebenum sc. lignum.

472 Ἐπὶ etiamnum mutari solet in ἐφ, ut:

1. Ex ἐπὶ & ἧλος, clavus, conflatur ἔπηλις, operculum arcæ, seu cistæ, quod iterum mutatur in ἔφηλις, seu ἐφηλὶς, fibula, qua aliquid constringitur. Idque apud Joseph l.3. 8. corrumpitur in ἐφιελὶς, caliculus, vel simile quid in corona.

2. Ab ἐπὶ & ἑςία, focus, est ἐφέςιος, i. qui est apud focum, seu larem, it. qui in eadem est domo, domesticus. Hinc ἥφαιςος, Vulcanus, ignis, & Lat. prænomen *Festus*. Pro ἐφέςιος Jones dicunt ἐπίςιος, unde Lat. *bestia* sc. fera seu bellua. Erat quoque *Bestia* Romæ Calphurniorum cognomen. Dicunt & Itali cum Hisp. *bestia*, Gall. *beste*, & *bête*, Angl. *a beast*, Belg. *beeste*, Germ. *beest*. Vocis hujus dim. est apud Lat. *bestiola*, Ital. *bestiuola*, Hisp. *bestiezuela*, & *bestiezilla*, Gall. *bestelette*, unde per sync. *belette*, i. mustela. Cæterùm in chartularum ludo, quem Galli *la bête*, & Germani hinc *labeth* vocant, alluditur ad fabulam de hirco & vulpecula, §.75. n.35. descriptam: quisquis etenim vel nummis, vel ingenio non satis instructus ludo huic se immiscet, & argentum perdit, non immerito *cornutæ illius bestiæ* * instar à vulpeculis illuditur: Specialiori nomine idem ludus Italis dicitur *l'Asino*.

* Apud Comicum in sensu diverso *cornuta bestia* vocatur homo paratus se defendere, unde adagia: *Antehac putabam te habere cornua*. it. *cornutam bestiam petis*. Plaut.

3. Ab ἐπιάω non solùm contrah. ἔπω, dico; sed & φάω, id. unde Lat. *fari*. Vid. & quæ in §.72.

4. Sic ἐφιάλλω dicitur pro ἐπιάλλω, immitto, unde πέλλα, seu πέλλη, mulctra; ab illo autem φιάλη, Lat. *phiala*, Ital. *fiala*, it. *fiale*, & *fiare*, it. *fialone*, Gall. *phiole*, Angl. *a viol*, Belg. *fioole*, & *vioole*: A cujus similitud. nomen accepit instrumentum musicum, quod Italis *viuola*, *vivuola*, *violino*, & *violone*, Hisp. *vihuela*, *viguela*, *vehuela*, & *bihuela*, it. *violon*, Gall. *viole*, *violle*, *violon*, it. *viele*, & *vielle*, Angl. *a viol*, Belg. *viole*, *vioole*, *vele*, *violons*, & *violonse*; Germanis autem à fidicula, *fiedel* audit, it. *geige*, & *violin*, ab Ital. *giga*, & *violino*, quorum illud est à Græco ἰωγὴ, vox tanquam sibilantis, §.98. it. fistulæ cantus. Conf. §.361.

Ἐπὶ

Ἐπὶ aliquando primam per aphæresin abjicit, ut:

1. Ἐπάρω, idem quod ἄρω, apto, adapto, it. congruo; redditur Græc. πόρω, Lat. *paro*, §.75. n.22. unde Ital. *parare*, Hisp. *parar*, Gall. *parer*.

Pari modo ejus partic. ἐπάρμενος, idem quod ἄρμενος, i. congruens, aptus, accommodus; vertitur in *Parmeno*, cujus vocis aliam etymologiam videsis §.379. 8. Sicut ἄρμενος, unde *Armenus* (cujus nominis fertur Thessalus quidam Jasonis comes) & *Armenia*. It. Hebr. ARAM, Semi filius, per aph. RAM, & *Aramæi* populi, id quod corroboratur (1) ab ejusd. verbi præt. med. ἄραρα, pro ἄρηρα, ut in Epigr. ἄραρε πόδα, exp. *accommodavit pedem*. Unde Hebr. ARAR, mons; & ARARAT, Armeniæ mons. Et (2) ab exinde ducto ἀραρώς, i. compactus, aptatus, innexus; unde non solùm *Ararus*; *Arar* & *Ar*, vulgò *Arola*, hi Helvetiæ & Galliæ amnes: ille verò Armeniæ, seu Scytharum fluvius, quem Herod. lib.4. describit. Sed & Gall. *Araurius*, vulgò *Eraud*, aliàs *Arauraris*, & per aph. *Rauraris*, ex quo *Rauracorum*, inter Rhenum & Arolam, nomen. Conf. etiam *Arses*, & *Arsames* ex §. 418. leg. & in Horn. Hist. pag. 121. *Togarma*.

2. Ab ἐπαρκέω, ῶ, propulso, it. opitulor, opem fero. It. suppedito, suggero, est Lat. *parco*, unde illud Poëtæ:

Parcere subjectis & debellare superbos.

3. *Parcus* autem derivamus ab ἔπακρος, in summitate angustus, in angustum desinens, §.161. Hinc Belg. *pracher*, it. *prachen*, i. parcere sumtui, parcè viuere. Conf. *pralen* à parler, §.379.

4. *Pax*, Ital. *pace*, Hisp. *paz*, Gall. *paix*, Angl. *peace*, Belg. *pays*, est à *pacis*, quod nobis ab ἐπιεικής, decens, consentaneus, it. qui æquum & bonum amat, qui æquitatem stricto juri præfert, it. lenis, mitis, it. modestus. Et exinde demum *paciscor*. Conf. *amo* ab ἵεμαι, §.438.

5. Ἔποικος, advena, unde *Epici*, Italiæ populi, abit in Græc. ποικίλος, diciturque de homine, qui varias artes & machinas callet, it. de eo, cui animus variat, & inconstans est. Tum qui est varij coloris, versicolor, maculosus, & gen. varius. Ad Latinos hinc pervenit *Picus*, ceu nom. propr. Latinorum Regis, & alior. it. quando appellativè de ave versicolore dicitur, quæ *picus*, seu *picus martius*, Ital. *pico*, *pico verde*, & *pico martico*, Hisp. quoque *pico*, seu *pito*, & *pitoverde*, Gall. *pic*, *pivert*, & *pimart*; Hispanorum *pico* sumitur & pro rostro, unde Ital. *becco*, Gall. *bec*, & *becquer*, ex quo novum huic avi componitur nomen; *becquebois*, *becbois*, it. *becquebo*, & *bequebo*, it. (apud Kil.) *espec*, unde Angl. *a speicht*, Belg. & Germ. *specht*. Et de ea quoque quæ Lat. Italisque *pica*, & *picaccia*, vid. §. 390. 8. Hisp. *pica*, *pega*, & *pia*, it. *picaça*, & *pigaza*, Gall. & Angl. *pie*, * audit, idque de malacia quoque gravidarum intelligendum, quibus animus maximè variat, & inconstans est.

* A *pie* fit Germ. *weibe*, *weib*, & *wib*, i. milvus, qui Belgis *wanne-wayer*, i. accipiter tinnunculus, quod vid. §.207.

Sic à Lat. *pictus* est Ital. *pitto*, unde Angl. *pide*, & h. Belg. *wit*, Germ. *weis*, i. albus. Pro *pitto* Itali dicunt & *pinto*, unde Hisp. *pintado*, Gall. *peint*, & h. Belg. *bont*, & Germ. *bunt*, i. versicolor: Iidem Itali pro pictore, *pittore* dicunt & *pintore*, Hisp. *pintor*, Gall. *paintre*, Angl. *a painter*, unde Germ. *weisbänder*, i. tector.

6. Ab ἐπίθετος, adjectivus, it. aliunde invectus, accessorius, it. impositititius, seu impositus, qui imponi solet, est πίθος, ου, ὁ, * dolium, (unde Hebr. BAT, Lat. *bathus*, mensura liquidorum) it. species rei in aëre apparentis; à cujus dim. πιθάκνη, doliolum, est πιτύνη, vas recipiendis vinis, ficubus, & recondendis aptum, orca, dolium. Ex quo iterum per aphær. Hebr. THÆNÆ, i. corbis, & Lat. *tina*, it. apud Dom. Magri, *tonellus*; legitur & in Atrio Comenij *Tonna* (ut recentioribus loqui placuit) pro myriades decem. Ital. *tina*, *tino*, & *tinello*, it. *tonna* apud Cram. Hisp. *tina*, *tinaja*, it. *tonel*, ** & *tonelejo*, Gall. *tine*, & *tinette*, it. *tonne*, *tonnelet*, & *tonneau*, Angl. *a tun*, & *tunne*, Belg. *tyne*, & cum Germ. *tonne*, quibus etiam apud

Dasyp.

Dasyp. dicitur *dunne*, *danse*, & *stanne*, sive *stande*, i. cupa, labrum.

A πίθος autem est Lat. *pottus*, apud Dom. Magri, & *buttis* apud Ferr. Ital. *botte*, Hisp. *bota*, *bote*, & *botija*, Gall. *bouteille*, Germ. *butte*, & *buttich*, it. *bütt*, seu *bidd*, i. labrum, lacus, solium, apud Dasyp.

Ab hujus deriv. ἐπιθετικὸς, aptus ad invadendum, seu cui non deest animus ad invadendum & aggrediendum, ut: κύνες ἐπιθετικαὶ, est πίθηκος, contr. πίθηξ, simia.

Pro πίθηξ poëtæ dicunt etiam, sed synonymicè, πίθων, ωνος, ὁ, quippe quod originem ducit à πιθανὸς, persuasorius, it. verisimilis, it. gratus atque acceptus, elegans, it. qui facile paret, seu lubenter, morigerus; idque per metath. iterum corrumpitur in ψίναθος, caprea, & per sync. ψίνθος, delectatio.

* Pari ratione fit à μαθητὸς (q. d. discibilis) qui disci potest, μῦθος, ου, ὁ, verbum, dictum, oratio, sermo; colloquium, it. consilium, suasio, it. seditio, &c. unde Ital. *motto*, Hisp. *mote*, Gall. *mot*.

** Ab Hisp. *tonel* facile fit Belg. *toneel*, i. theatrum: quorum verò *toone*, i. spectaculum, unde *toonen*, ostendere, dixerim esse à Lat. *tonus*, quando Plinio in picturis splendor intermedius sic dicitur inter lumen & umbram.

7. Ab ἐπαιτέω, ῶ, mendico, stipem peto; est Lat. *peto*, Hisp. *pedir*, Belg. *bidden*, Germ. *bitten*, & *beten*, i. orare.

8. Ab ἐπίχαρι, quod gratiam conciliat, puto esse Lat. *bacar*, *bacario*, & *bacrio*, i. vasa vinaria; unde Ital. *bicchiere*, Hisp. *pichel*, Angl. *a pitcher*, Germ. *becher*, vid. & ἐπίχαρις, §.470.

9. Ab ἐπίφορος, ferens, perferens, it. fæmina ἐπίφορος, uterum ferens, est Lat. *fiber*, & *biber*, Ital. *bivaro*, & *bevero*, Hisp. *bivaro*, & *befre*, Gall. *bievre*, Angl. *a beaver*, Belg. *bever*, Germ. *biber*, i. castor.

10. Ab ἔποχος, qui vehitur curru vel equo, nomen acquisivêre *Bocchus*, Mauritaniæ; & *Theutobochus*, Theutonum rex: Item *Boxus*, Macerianus quidam à Curtio descriptus. Conf. *Bochoris* ab ἐπίχαρις, §.470. it. *Anxur* ab ἄγχουρος, §.319.

11. Ab ἔπωμος, pro quo in usu ἐπωμὶς, pars eminens in navi, ubi inscriptum est elogium, est Græc. βωμὸς, οῦ, ὁ, ara, & synecdochicè capitur pro ipso templo. Ad Hebræos hinc pervenit Bamah, i. excelsum, it. ara excelsa idolis dicata. Conf. ex §.75. εὔπωλος, it. βασιλεὺς à πασίλεως, ex §. 147. it. *bathus* à πίθος, in hac ipsa §. n.6.

12. Ab ἐπαιδέομαι, erubesco, verecundiâ afficior, est Græc. ἔπαιδος, qui erubescit, verecundus, est hinc eorund. παῖς, δὸς, ὁ, καὶ ἡ, puer, vel puella, filius, & servus. Unde Belg. *vvese*, Germ. *vvaise*. Et exinde παίζω, pro παιδίζω, ludo pueriliter. Latini verò ex ἐπαιδέομαι sibi fecere *pudere*, unde *pudor*.

13. Ab ἔπισος, æqualis, cognomen traxit *Piso*, nobilis quidam Romanus; sicut ab ἔπισος στρατὸς, *Pisistratus* apud Græcos: ab ejus neutro ἔπισον autem est Græc. πίσον, Lat. *pisum*, Ital. *piso*, & *pisello*, Gall. *pois*, Angl. *pease*. Conf. πάρισον, §.387. & ἄνισον, §.418.

Ex ἔπισος ἄυρα compon. quoque πίσαυρος, *Pisaurus*, æquabilis auræ fluvius Umbriæ, à quo vicinum oppid. *Pisaurum*, vulgò *Pesaro* appellatur: cujus nominis Perillustris Venetijs claret adhuc familia.

14. Ab ἐπινάσιος, qui sedibus suis relictis, aliò habitatum se contulit; exp. etiam pulsus patriâ; exul, it. peregrinus, inquilinus, est πενέστης, servus, famulus, contract. πένης, ητος, qui labore victum quærit, pauper, inops: Ab illo est πενεστεία, famulitium, unde *Penestia*, Illyrici regio. It. πενέσται, apud Thessalos, servi bello capti, it. general. qui in colendis agris, aliisque laboribus obeundis operam suam locant. Hinc Hisp. *banasto*, seu *vanasto*, Gall. *benest*, i. ineptus, Angl. *bent*, i. promptus.

A πένης insuper est Græc. πενία, paupertas, inopia, quam Aristoph. in Pluto Deam facit, quæque à Gadaræis summa in veneratione habita est, quod crederetur artes invenisse, industriam & hominum ingenia acuere. It. πένομαι, pauper & inops

inops sum, it. ago, facio, laboro, &c. Latinorum etiam *Penus*, & *Penates Dij*, it. *penus*, & *penuria*. *Penates* autem contrah. in *penes*, de quo s. l.

15. Ab ἐπίσημος, insignis, nobilis, illustris, quando de odore dicitur, censeo esse Germ. *bisam*, nec non Hebr. BÆSÆM, i. aroma odoratum, aliis *besem*, *besam*, *bosem*, i. moschus. In Mantissa ad Lex. Med.

16. Ab ἐπίπλοος, contr. ἐπίπλους, quâ Medicis omentum notat, est Græc. πέπλος, & πέπλον, unde Lat. *peplus*, & *peplum*, cujus compos. *cleropeplum* corruptè dic. *liropipium*: Ex illo autem (p abjecto sicut in κυλλοποδίης, §.416. 8.) est Lat. *velum*, Ital. *velo*, *vela*, Hisp. quoque *velo*, *vela*, Gall. *un voile*, & *une voile*, Angl. *a vail*, & *veil*, Belg. *wyle*, & *wiele*, Germ. *wiel*. Πέπλον etenim est velum, quo currus, & defunctorum cadavera integere solebant.

17. Πέπλος deinde quando fruticem significat, est ab ἐπίπλεος, plenus, refertus, amplus, unde etiam Ægyptiorum βύβλος, ου, ἡ, * i. papyrus ægyptia, & Græc. βίβλος, ἡ, liber, cujus dim. est βιβλίον, libellus; & ab hujus plur. βιβλία, τὰ, sunt Lat. *biblia*, *orum*, Ital. *la bibbia*, Hisp. *biblia*, Gall. *la bible*, Angl. *the bible*, Belg. *den bybel*, Germ. *die bibel*. Conf. §.399. 12.

A πέπλῳ εἰδὴς factum est πεπλίδος, genitivus τοῦ πεπλὶς, fruticis nomen, easdem cum peplo frutice vires habentis; unde iterum per aph. & tenuis cum media conversionem βλίτος, & βλίτον, oleris genus insipidum, Lat. *blitum*, Ital. *blito*, & *biedone*, Hisp. *bledos*, Gall. *blette*, unde *blet*, & *blettir*, Angl. *blit*, seu *blits*.

* Y Ægyptij quoque amant in πάπυρος, Lat. *papyrus*, Ital. *papiro*, & *pavéro*, Hisp. *papel*, Gall. *papier*, Angl. *paper*, Belg. *pampier*, Germ. *papier*, & *bapeir*; quod est à Græc. πέπειρος (contract. ex πεπαίτερος, à cujus posit. πέπαιτος, πεπαίτη, maturus, a, est Græc. βέτιον, Lat. *betium*, & *beta*; sicut Græc. τεῦτλον, quod idem, à τέλευτος, ultimus) mitis, mollis, à Sole coctus, & ad maturitatem perductus: Unde & πέπερι, εως, τὸ. Lat. *piper*, Ital. *pevere*, & elegantius *pepe*, Hisp. *pepe*, & *pebre*, Gall. *poivre*, Angl. *pepper*, Belg. *peper*, Germ. *pfeffer*, unde *pfifferling* iisdem dicuntur fungi quidam à piperis sapore. Sic Matth. Schenkius in Nomenclat. p.71.

Quomodo ex eod. them. à πέπων, ονος, ὁ, ἡ, idem quod πέπειρος, est Lat. *pepon*, & *pepo*, Ital. *popone*, & *poppone*, Hisp. *pepon*, Gall. *pepon*, & *pompon*, Angl. *a pompion*, Belg. *een pompoen*, & *pampoene*, Germ. *ein pfeben*.

A πάπυρος, sive πέπειρος est per aph. Lat. *pyrus*, seu *pirus*; & *pyrum*, seu *pirum*. Ital. *pero*, & *pera*, Hisp. *pera*, & *peral*, Gall. *poire*, & *poirier*, Angl. *a pear*, Belg. *een peyre*, Germ. *ein byr*, seu *birn*.

18. *Bibulus*, collega Cæsaris in consulatu, nomen habere videtur ab ἐπίβολος, i. qui compos factus est rei alicujus, it. qui aliquid adeptus est. Ab ejus autem cognato ἐπιβολὴ, injectio, per sync. ἐπιβλὴ, unde Isidori φίβλα, est Lat. *fibula*, Ital. *fibbia*, Hisp. *hevilla*: nisi malis ab ἐπιπολνὶς, ίδος, ἡ, i. fibula muliebris, quomodo ab hujusce cognato ἐπιπόλος, i. qui nobiscum versatur, facile crediderim esse cognomen perantiquæ & illustris familiæ *Pepoli*.

19. Ab ἐπιμελὴς, qui integris est membris, est Græc. πιμελὴς, pinguis, obesus; à cujus plur. neutr. πιμελέα, est πιμελὴ, ἡ, pinguedo. Sic κελύφη, ἡ, fit à κελύφη, τὰ, pro κελύφεα, unde Lat. & Ital. *siliqua*, Gall. *silique*, Angl. *shell*, Belg. *schelpe*, Germ. *schaale*, & *schelfe*, à κέλυφος, τὸ, putamen, cortex: unde iterum Chald. KALAPH, i. decorticare, delibrare. Conf. virga, §.399. it. *aqua*, §.404.

20. Πίτυρον, ου, τὸ, furfur, seu pellicula, quæ à frumento inter molendum abscedit, &c. est ab ἐπίτυρον, edulium quoddam ex confractis olivis, quarum genus quoddam πιτυρίδες dicuntur ab Athen. hinc Lat. *pityrum*, & apud Plaut. in Mil. *epityrum*.

21. Ab ἐπινίκιος, victorialis; ut ἐπινίκιος ἀγὼν, ludi ob victoriam, nomen olim accepit Romæ Mons *Pincius*, & exinde familia *Pincia*. *Epinicia* redduntur Belg. *een been-vier*, Angl. *a bonefire*, & *bonfires*.

22. Ab

22. Ab ἐφέλκω, attraho, est ἐφέλκων, unde Lat. *falco, onis*, Ital. *falcone*, Hisp. *halcon*, Gall. *faucon*, Angl. *a falcon*, Belg. *valck*, Germ. *falck*.

23. Ab ἐφολκὸς autem, i. attractorius, attrahendi vim habens, est Lat. *falcis*, & h. *falx*, Ital. *falce*, Hisp. *hoz* (sicut *coz* à calce) & *hozina*, Gall. *faux*, & *faucille*. Nec non Græc. φολκὸς, strabus, seu strabo, quod Latini reddunt *Fulcus*, quo nomine legitur *D. Fulcus* è Comitum Scotorum familia. Item *Fulco* Andegavensium Princeps, quintus rex Hierosolymorum.

24. Ab ἐφορμάω, impetum facio, irruo, it. incito, instigo ad aliquid, erit Græc. βρέμω, & Lat. *fremo*, murmuro, it. fremebundè minor. Conf. & *bramo* ab ἀφορμάω, §. 411.

25. Ab ἐφύω, superfluo, pluviâ perfundo, est Græc. φύω, produco, gigno, edo, pario; & antiquum Lat. *fuo*, de quo habemus adhuc *fui*, *fuam*, *fuerim*, *fuero*, *fuissem*, *fuisse*, *futum*, & *futurum*: pro fuerem autem & fuere Grammatici dicunt *forem*, & *fore*.

26. Ab ἐπυλὶς, vitium gingivarum, quo tuberculum in iis & carnis excrescentia provenit, ad intimos molares dentes pertinens, est Lat. *bulla*, Ital. *bulla*, & *bolla*, Hisp. *bula*, & *bulda*, Gall. *bule*, & *bulle*, Angl. *a boyle*, Belg. *bulle*, it. *buyle*, Germ. *bull*, & *beule*.

27. Ex ἔπαυλις, εως, ἡ, villa, casa, fit tandem aliquando πόλις, εως, ἡ, urbs, civitas, cujus composita, ceu *Neapolis*, *Decapolis*, *Herbipolis*, *Nicopolis*, &c. sunt infinita.

28. Ab ἐπακτὸς, adventitius, hoc est, ἀπὸ ξένης ἐπαχθεὶς, translatitius, οὐκ ἐγχώριος, ut ἐπακτὸς ἀνὴρ, apud Soph. externus vir, videntur nomen habere *Picti*, & *Pictones*; nec non Illustris in Bohemia familia *Pachta*. Et pene dixerim Hebr. PAKAD, i. visitavit, tanquam ab ἐπακτόω. Sicut & Ital. *patta* à Lat. *epacta*, ex Græc. ἐπακταὶ ἡμέραι, interjecti dies, qui intercalares appellantur; cum Latinis etiam Hispani dicunt *epacta*, Gall. *epacte*; Hinc Angl. *a week*, Belg. *weke*, Germ. *woche*, i. hebdomas; nisi vocis hujus etymon lateat in Græc. ἐποχὴ, quando sum. pro gradu planetarum in Zodiaco, Lat. *epocha* (Ital. *epoca*.) i. remora & repressio, ut: ἐποχὴ τῶν ἐμμήνων, suppressio mensium.

29. Sic *pittima*, & *epittima* Italorum est Lat. *epithema*, Hisp. *epithima*, corruptè *bilma*, *bisma*, & *bizma*, Gall. *epitheme*, à Græc. ἐπίθημα, sive ἐπίθεμα, τὸ, id quod super imponitur rei alicui, operculum, opertorium. Conf. & ὑπόθεμα, ex §. 461.

30. Ἐπίκλιντρον, i. sella, vel lectus in quo acclinare nos, aut decumbere possumus, à carpentariis, ut solent, enunciatum fuit *pilentum*: est enim ab Hispanis inventum vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Conf. *lacertus*, §. 341. & *rutuba*, §. 360. it. *prædicare*, §. 376. 12. it. περίκυκλον, §. 399.

Eandem tenuem amittit quoque simplex ejus κλιντὴρ, ῆρος, ὁ, i. sella apta ad declinandum corpus, seu sella in qua reclinari possumus; quando abit in λιντὴρ, ὁ, quam vocem Priscianus notavit, unde Lat. *linter*, * & h. Ital. *lontro* (Venetis *londra*) navigij genus, apud Duez. Ejusdemque naturæ est cognatum seu diminutivum illius κλινὶς, ἡ, i. lectulus, it. sella sponsalis in curru; ex cujus genitivo κλινίδος, per aphær. nobis fit Lat. *nidus*, * Ital. *nido*, & *nidio*, Hisp. *nido*, & *nidal*, Gall. *nid*, Angl. Belg. & Germ. *nest*, id.

* Sicut *linter* masculam originem cum fæminino: ita *nidus* fæmininam cum masculino genere commutavit, id quod sæpe fieri assolet in ore vulgi.

31. *Pipulo*, quod Plautus habet Aul. act. 3. sc. 2. ubi *Congrio* coquus, *Euclioni* seni, minatur his verbis:

Ita me bene amet Laverna, te jam, nisi reddi
Mihi vasa jubes pipulo *hîc differam te ante ædis.*

Est Græcorum adverb. ἐπιπολὺ, signatque multum, valde, admodum, it. diu.

32. Ab ἐπίσινος, cui noceri potest, detrimento obnoxius, est Lat. *pisinnus*, quo Labeo, Homeri interpres, est usus:

Cru-

Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos.

Conf. & ἄσινος, §.409.

33. Quomodo apud Græcos olim fuit εἴσοδος, ingressus, introitus, it. reditus, tributum, seu vectigal, quod penditur, unde τὸ εἰσόδιον, honorarium, reditus, pensio honoraria, &c. Ita apud Latinos invaluit ἐπάνοδος (ab ἐπὶ & ἄνοδος, via sursum ferens, ascensus, vid. §.423.) itid. reditus, unde Ital. *bando*, Hisp. *bando*, *vando*, Gall. *ban*, Belg. *ban*, Germ. *bann*, quo primò significatur ager, & territorium intra terminos jurisdictionis, ubi cives victum, & publica alimenta sibi parant: Deinde ipsa jurisdictio, & judicialis auctoritas, it. jus, & judicium; tum præconium, & edictum publicum.

Hinc denuò Ital. *bandire*, cum compos. *imbandire* scilicet, & *forbandire* (per diplasiasm. *forbannire*) pro quo etiamnum ἀφαιρετικῶς dic. *bandire*.

Unde fit, quod *bandire un Torneamento*, *Giostra*, *Crociata*, *Nozze*, *Convitto*, *&c.* est indicere, sive edicto publicare; Et *imbandire* est ipsum convivium instruere. *Corte bandita* in prima & propria notione signat locum circumseptum, in quo feræ & omnis generis animalia nutriuntur & pascuntur, vivarium; & substantivo abjecto, simpliciter dic. *bandita*, ex quo denuò contrah. juxta §. 168. eorund. *banda*, i. pars, seu locus separatus, it. cohors, it. fasciola, quo in sensu dic. & *benda*, & h. *bendare*, cujusque diminutiva sunt *bandella*, i. canthus: *bandinella*, i. fasciola, it. cortina; & *bandiera*, i. vexillum.

Hisp. *banda*, *vanda*, it. *benda*, *venda*, & *bandera*, *vandera*.

Gall. *bande*, *bandeau*, & *banniere*.

Angl. *a band*, & *bend*, i. cohors, tribus, it. fascis & vinculum; *banner*, & *bander*, i. vexillum; *to bind*, ligare, vincire.

Belg. *band*, ligamen, vinculum, & *pand*, i. porticus, ambulacrum, it. peristylium, it. lacinia, it. indago reticulata, series plagarum saltus cingentium & feras includentium; *bande*, *bende*, caterva, classis, copia, turma; *banniere*, vexillum; *binden*, ligare; *vvand*, seu *vvant*, paries, it. velum, it. pannus, it. rete, cassis, plaga:

Germ. *vvand*, paries; *gevvand*, pannus; *band*, vinculum, & *binden*, ligare; *bannier*, vexillum, & *paner*, i. signum cerevisiæ vendibilis.

Appellatur postea ab Italis metaphoricè *corte bandita*, magnatis mensa lauta, atque opipara, omnibus viris honoratis aperta.

Et in altero sensu *bandire*, pro *forbandire* est exterminare, proscribere, unde *bandito*, & *bandimento*, contractè *bando*, i. exilium. Hisp. *bandir*, & *bandido*, Gall. *bannir*, & *banny*, Angl. *to banish*, *a banishing*, sive *banishment*, it. *a bandito*, i. extorris; & *bane*, i. pernicies. Belg. *bannen*, *banning*, *ban*, *in den ban doen vervvaren*, Germ. *verbannen*, *verbannet*, *bann*, i. anathema, & *in bann thun*, i. aqua & igni interdicere. De *bando*, *banno*, & *Heribanno* scripsit & Dom. Magri in Notit. Voc. Eccles.

Ἐπὶ interdum primam cum tenui amittit, retentâ, si adest, aspiratione, ut: 474

1. Ἐπίερα, quod habes §.358. abit in *Iura*, mons Galliæ Sequanos ab Helvetijs dividens. Conf. §.414.

Ab ejus autem cognato ἐπιέρια, τὰ, quod Jon. dic. pro ἐπιόρια, termini, fines, limites, videntur esse *Ebura*, seu *Ebora* vulgo *Ebora* Lusitaniæ urbs. Item *Ebura*, *Elbura*, seu *Libora*, Hispaniæ civitas, vulgo *Talavera*; nec non *Eburum* Bohemiæ oppidum, vulgò *Borovva*.

2. Ἔφεδρα, herba, quam & caucum appellant, sic dicta, quod arboribus insideat, scribitur Latinè *ephedra*, unde per aph. eorund. *bedera* (Conf. Angl. *bog* à phoca ex §.73.) Ital. *ellera*, Hisp. *yedra*, Gall. *hedre*, *hierre*, *liarre*, & *lierre*, Belg. *eertvele*, & *aerd-veyle*, quod unde sic dicatur vid. §.360. Germani id efferunt *epheu*, & *aebhevv*, Belg. *hieft*, Angl. *ivie*, & *ivy*. *Hedera* demum quando sumitur pro corona, ut patet ex Lips. Epist. Cent.3. ad Belgas, à Teutonibus contractum fuit in *era*, unde Belg. *eere*, Germ. *ehre*, i. honos.

Ἐπὶ

475 Ἐπὶ nonnunquam totum iterum abjicitur; nam

1. Ab ἐπιχορδὶς, corpus membranosum in medio intestinorum situm, est Lat. *cordis*, unde *cor*, Ital. *cuore*, poet. *core*, Hisp. *coraçon*, Gall. *coeur*. Componitur hinc *misericordis* sc. homo, unde *misericors*, quod Germani reddunt *Barm-* (i.e. vvarm) *hertzig*, i. calidi cordis, * cujus oppositum est *Kalt-hertzig*, i. frigidi cordis, sive immisericors. Conf. *Burcardus* à puri cordis, ex §.416.

* Sic à *Calidæ mentis* contractum suspicor *clementis*, & h. *clemens*, Ital. & Hisp. *clemente*, Gall. *clement*, Angl. *calm*. Conf. quæ ad §.397.

2. Ἐπιβολὴ, incubitus, eo sensu, quo dic. mens incumbere in rem quampiam, applicatio intellectus. Et pro notione ac conceptu mentis, it. aggressio, inceptatio, inceptum, propositum, institutum, abit in βυλὴ, consilium, it. sententia, voluntas, decretum, it. consultatio, deliberatio. Et hinc βέλομαι, unde cum Vossio Lat. *volo*, Ital. *voglio*, *volere*, Gall. *vouloir*, Angl. *to vvill*, Belg. *vvillen*, Germ. *vvollen*, Conf. & *volo*, *volare*, ab ἐλῶ, quod vid. §.151.

3. *Rhedones* populi inter Celtas augmentativè nobis sic dicuntur ab Eporedis, quos vide §.471. Sic *Lingones*, vulgò *Langres*, vel sunt ab ἀλιγενὴς, §.37. vel ab eorum finitimis Leucis, à λευκὸς, i. albus, candidus, serenus. Conf. Hedugus §.66.

4. Ab ἐπιμύλιος, molaris, quâ synonymicè concurrit cum ἱμαῖος, contracto ex ἱμάλιος, i. abundans, multus, copiosus, est Græc. inusit. μύριος, unde adhuc plur. μύριοι, αι, α, decies mille, & decem millia; & paroxyt. μυρίος, innumerus, immensus: Deinde Lat. *mille* (tanquam à masc. *millis*; sicut *omnis* ab ὅμωνιος, de quo s. l.) & *millia*, Ital. *mille*, & *mila*, Hisp. *mil*, Gall. *mille*. Conf. §.347.

Et ab ἱμάλιος quoque ἱμαλὶς, Genius qui molendinis præerat, & apud Screv. ἱμαλιὰ, cumulata farinæ mensura; ab ejus plur. neutro ἱμάλια autem duco adv. μάλα, valde, multum, admodum, quod τοῖς μυρίοις apud Poëtas interd. additur, ut Od. ρ. ἦσαν δ' δμῶες μάλα μυρίοι.

5. Ab ἐπιτίτθιος, quod vid. §.415. est Græc. τίτις, avicula (Angl. *a tit*, i. parus) & h. τιτίζειν, quod dic. de voce quam edunt pulli avium. Est ab eod. quoque πίππος, pullus avis, unde πιπίζειν, & exinde Lat. *pipio*, & *pipire*, Ital. *piccione*, Hisp. *pichon*, Gall. *pigeon*, Angl. *a pidgeon*, seu *pigeon*.

6. Ab ἐπιγλωττὶς, quod & Latini dicunt *epiglottis*, i. caruncula palato annexa inferius juxta radicem linguæ, &c. puto esse Gall. *la luëtte*, seu *luëte*, i. gurgulio; nisi malis qs. à *l'uvette*, ad §.142.

7. Eodem modo fit κρίνον, lilium, ab ἐπίκρανον, quod capiti imponitur; nî rectius id ducatur ab ἐκρίνω, de quo s. l.

8. Πλάγιος (unde magis corruptum λαιὸς, Lat. *lævus*, Angl. *left*, Belg. *lufte hand*, & *luchte hand*, i. læva manus) obliquus, in latus versus, transversus, est ab ἐπιπλάγιος, de quo mox. Sicut in §.179. *liquus*, Germ. *linck*, ab *obliquus*.

9. Ἐπιφοιτάω, venio seu accedo ad, it. pervado, it. consuetudinem stupri habeo, abit in Lat. *fœto*: Conf. ἀποφοιτάω, §.413. Ab ejus verbali ἐπιφοίτητος, est Lat. *fœcundus*: Conf. *jucundus*, §.157. it. *cunque*, §.257. Ab ἐπίφοιτος autem est Lat. *fœtus*.

10. Huc quoque facit Hebr. SAM, i. aroma, à BÆSÆM, vel ἐπίσημος, §.473. 15.

476 Aliis compositis ἐπὶ contra præfigitur, ut:

1. A τορέω, perforo, penetro, est τορὸς, penetrans, acutus, it. validus, magnus, unde Lat. *torus*, pro musculo eminenti: cujus compos. εὔτορος, §. 162. exposuimus. Hic ab ἐκτορέω, tornando ejicio, est ἔκτορος, (unde nobis *Hectoris*, & exinde *Hector*, ἕκτωρ, Priami regis filius, Trojanorum omnium fortissimus) cui si præfixeris præp. ἐπὶ, habebis ἐπέκτορος, etymon *pectoris*, unde Lat. *pectus*, Ital. *petto*, Hisp. *pecho*, *pechuga*, Gall. *poictrine*, *poitrine*. Hinc *tripectorus*, Geryonis epith. corruptum fuit in *triquetrus*, unde *triquetra* * dicta fuit Sicilia, quæ & Trinacria. Idem vocab. sicuti sunt Itali dicendo *sequetra*, & per metath. *serqua*, eoque numerum intelligunt duodenarium de ovis, pyris, panibus, quæ res binariè distribuuntur & computantur. Ex quo iterum Hisp. *requa*, seu *recua*, i. armentum, unde ipsis *recuaje*, id.

id. & *recuero*, i. mulio: nisi hæc rectius putabis esse ab Ital. *greggia* ex §.177.

* Aldhelmus apud Dom. Magri hinc, uti reor, *triquadram* vocat mundi rotam, & *triquadrum* terrarum ambitum.

2. Eodem modo factum est ἐπένθεσις, figura grammaticis nota, quamvis in lexicis non inveniatur: noviter autem inventæ, vel potius olim amissæ, & nunc repertæ vocis auctoritatem subministrat Horatius, dum inquit:

——— *licuit, semperque licebit*

Signatum præsente notâ producere nomen.

3. Sic ab ἐπάπορος, pro ἄπορος, egenus, inops, §.411. erit Lat. *pauperis*, & exinde *pauper*, Ital. *povero*, Hisp. *pobre*, Gall. *pauvre*, & *povre*, Angl. *povre*, & *poor*, Belg. *pover*.

4. Particulam eandem adjunge τῷ ἐνεχύρῳ, & eveniet ἐπενέχυρος, unde per metath. Lat. *pignoris*, & h. *pignus*, ἐνέχυρος, Ital. *pegno*, Angl. *a pawn*, Belg. *pand*, Germ. *pfand*, id.

Præter alias figuras velim notes epenthesin liquidarum l, m, n, in seqq. 477

1. Ab ἐπαφάω, ῶ, contrecto, tango, it. demulceo, fortassis est Lat. *palpo*, & h. *palpito*; nisi cum Vossio rectius ab Æolico σπαλαφῶ, pro ψηλαφῶ, quod etiamnum tango, contrecto, & palpo significat.

2. Ab ἐπιφορὰ, humoris impetus in aliquam partem influentis, seu fluxio in aliquam partem veluti irruens, est Lat. *fibra*, & hinc (cum aliis) *fimbria*. Sic θύμβρις, τρόμβος, ἄμβροτος, *indulgeo*, & alia id genus. Conf. & *fibula* ex §.473. Fuit & *Fimbria* Romanus, homo longè audacissimus; Is diem Scævolæ dixit, quod non totum telum corpore excepisset.

Cæterùm dicitur & Lat. *epiphora*, morbus oculorum, quem vulgò lachrymam vocant, cum descensus humoris cujusdam mordacis oculos angit.

3. Ab ἐπάγω, induco, &c. est Græc. πήγω (unde *figo*) & Lat. *pango*; à πήγω iterum est πηγνύω, congelo, unde πάχνη, pruina, & παχὺς, de quo §.163. A Lat. *pangere* Itali non solum habent *paccare* (sicut à tangere, lingere, impingere habent *toccare*, *leccare*, & *peccare*) & usitatius *impaccare*, *impacco*, *pacchetto*, Hisp. *paca*, *empaquetar*, Gall. *pacquer*, *pacquet*, *empacqueter*, Angl. *a pacque*, seu *pack*, & *a packet*, *to pack up*, Belg. *pack*, *packsken*, *packet*, *packen*, Germ. *pack*, *packen*, *einpacken*. Sed & à *pactum*, & plur. *pacta*, Ital. *patta*, Hisp. *pata*, *pata es la traviessa*, Germ. *wette*, pro lege: pro aquario vid. §.46. sicut à *pattare*, *wetten*: Conf. & *patta* in alio sensu ab epacta, ex §.473.

Quarum etiam metathesin ne negligas in 478

1. Τὰ ἐπίπλευρα sc. μέρη, laterum superior pars, ab ἐπίπλευρον, costis superjacens, unde Græc. βλέφαρον, pellis tegens oculos, Lat. & Ital. *palpebra*, Hisp. *parpado*, Gall. *paupiere*, Angl. *a brow*, & *eye-brow*, Belg. *wyn-brauwen*, Germ. *wimper*, & *augbrauwen*.

A βλέφαρος iterum fit φᾶρος, & mediante epenth. φάρσος, εος, τὸ, velum capitis, tegmen, it. palla, pallium, & gener. integumentum, involucrum, unde demum Ital. *farsetto*.

2. *Paucus*, unde *pauculus*, per sync. *paullus*, est ab ἐπίκοπος, accisus, præcisus, brevis; Hinc Ital. *poco*, *pò*, & *piccolo* (Idem vid. §.179.) Hisp. *poco*, *poquillo*, *poquito*, Gall. *peu*, Angl. *few*.

3. Ab ἐπαυρέω, utilitatem & fructum percipio, est Lat. obsol. *fruo*, nunc *fruor*, unde *fructus*, & *frux*, *fruges*, *fruimentum*, & *frumentum*, Ital. *fruire*, *frutto*, & *frutta*, it. *fromento*, & *formento*, Hisp. *fruta*, & *frumento*, Gall. *fruit*, *fruict*, & *fruit*, it. *froment*, Angl. *fruit*, Belg. *vrucht*, & *vreught*, Germ. *frucht*, it. *freuen*, & *freude*, i. lætitia.

4. Ab ἐπικυέω, ῶ, superfœto, super uterum concipio, est Lat. *cubo*, cujus notionem melius exprimit compos. *incubo*, Ital. *covare*, Hisp. *cobijar*, Gall. *couver*. Conf. κυβερνάω ex ὑπερπινάω, §.444.

it. clementia, lenitas, quum quis demisse cum cive agit; redditur Ital. *epicheia*, & Gall. *epi-iquie*. Vid. & apud Dom. Magri, *epicæia*.

9. Ab ἐπιτήδειος, sive ἐπιτηδής, idoneus, aptus, ut: εἰς μάχην ἐπιτήδειοι, ad pugnam apti; it. ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος, canis ad ovium custodiam aptus &c. puto esse Gall. *bidet*, i. mannus, mannulus. Conf. *petit* ab ἐπιτήδειος, §.415. & 474.

10. Ab ἐπιστολή, literæ, quæ ad aliquem mittuntur, it. mandatum, jussum, præceptum, est Lat. *epistola*, Ital. *pistola*, Hisp. *epistola*, Gall. *epistre*, Angl. *an epistle*, Germ. *ein epistel*.

11. Ab ἐπιστύλιον, Lat. *epistylium*, sive capitellum, quod super columnam ponitur, est Ital. *pistóla*, & *pistoletto*, Hisp. *pistolete*, Gall. *pistole*, & *pistolet*, Angl. *a pistol*, & sic cæteris; i. e. sclopetum, it. duplio aureus, qui Belgis à Lat. *capitellum* dic. *Kapiteel*, i. capitulum, epistylium, modulus, id quod scapo, seu columnæ imponitur. it. exactio capitum, capitale tributum, unde Lat. *nummus capitatus*, Germ. *Kopfstuck*, Ital. *testone*, i. moneta ab impressa capitis figura ita nominata.

12. Ab ἐπιτελέω, pendo, solvo, non abludit Belg. *betale*, quod Germani efferunt *bezahle*, & sic plures aliæ voces, quæ ab insepar. præpos. *be* initium sumunt.

482 Græci præterea ἐποτὶ per apoc. contraxere in ἔπο, quod per metath. iterum conversum fuit in ὄπε, quæ quidem ambo in usu esse desierunt, relictis solummodo paucis derivatis, quæ sunt:

1. Ὀπίσω, poët. ὀπίσσω, in aversum, it. retro, retrorsum, cujus oppos. est à πρὸ, πρόσω, poët. πρόσσω, πόῤῥω, & πόρσω, ante, in anteriorem partem, quod videsis §.292. Conjunctim dicimus πρόσσω καὶ ὀπίσσω, i. *à fronte atque à tergo*; it. *præsentia & futura*. Proverbium pro eo, quod est diligenter inspicere & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Πρέσβυς λεύσσει τὰ πρόσω καὶ ὀπίσω. *Vidit senex ea, quæ ante & à tergo sunt*. Quod olim de Jano bifronte dicebatur.

2. Ὄπιθε, à tergo, pone, Lat *post*, quod in compositis aliquando integrum manet, ut: *Posthumus*, * Ital. *postumo*, Hisp. *posthumo*, Gall. *posthume*, Angl. *posthumous*, i. qui post humatum patrem natus erat, v. gr. *Sylvius Posthumus*, Æneæ filius. Blanditiva hujus vocis sunt, *Posthumius*, & *Posthumia*, consueta in Romanorum familiis nomina. Conf. syncopatio ad §. 168. Aliquando verò ultimas abjicit, ut fit in *pomœrium*, *pomeridianus*, *pocœnium*, & apud Ital. in *pusignare*; quippe qui *post* corruperunt in *poi*, ** v. gr. *poiche*, i. postquam; & in *pos*, ut: *posdomane*, i. perendie, qs. post cras. Ex eod. Hispani fecere *pues*, & *despues*, ut: *despues de mañana*, i. post crastinum diem. Gall. *puis*, ut: *puis apres*, i. postea, it. *puisné*, i. post alios natus, Angl. *punis*, & *punie*, i. junior, neophytus; unde Belg. *weynich*, i. parvus, modicus, & hinc Germ. *wenig*, i. parum.

Posterus autem est ab ὀπίσθερος, i. posterior, unde quoque suspicor esse Hebr. BATAR, i. post; nec non Lat. *opiteris*, & h. *opiter*, prænomen olim Virginij Tricosti, Consulis; accipiturque pro eo, qui post obitum patris, avo adhuc vivente, natus est. Dicitur etiam in fæm. *opitrix*. Conf. quæ ad §.342. *Opiteris* autem per sync. iterum contrahitur in *operis*, unde Lat. *opus*, & ab hujus plur. *opera*, Ital. quoque *opera*, & *ovra*, Hisp. *obra*, & *obrage*, Gall. *oeuvre*, & *ouvrage*, Angl. *work*, Belg. & Germ. *werck*, quod prope accedit ad Græc. ἔργον, i. opus.

A *posterus* præterea dicuntur *posteri*, quicunque ex nobis, & post nos etiam ex aliis nascentur.

* Diversum à *posthumus*, est *postumus*, quod contrahitur ex *postremus*, de quo suo loco.

** Sic *assai* Italorum, est à Latinorum *satis*; quomodo à magis, *mai*; à nos, vel nobis, *noi*; à vos, vel vobis, *voi*, & simil.

3. Ὀψὲ, serò, tandem, it. vesperi, cui oppon. πρωΐ, manè, §.205.

483 Ex eod. ὄπε ad Latinos pervenit præpositio *ob*, Angl. *if* (tanquam ab ἴπε pro ἐπὶ), Belg. *om*, Germ. *umb*. Conf. ex §. 368. 3. cujus varia παθήματα disce ex sequentibus, ut:

1. Ἐπι-

1. Ἐπιςάτης, qui præfectus est rei alicui, qui præest, curator, it. qui ad fores stat, supplex, &c. latinè redditur, *obstator*, & particulâ abjectâ, *stator*. Sic Jupiter dicitur *Stator* ad imitat. Græc. ςήσιος, pro ἐπιςάσιος ζεὺς, apud Plutarch. Plura hujus vocis etyma congessit Andreas Cirino de Urbe Roma, lib.1. cap.49.

Ab inusitato *obstator* adhuc in usu est *obstetrix*, Ital. *ostetrice* (sicut ab *adsessor*, *adsestrix*) Græc. ἐπιςάτις, quæ curandis & administrandis negotiis præest; Et quomodo ἐπιςασίας munus primariò Junoni olim competebat; ita pòst quævis fæmina, seu muliercula parturientium curam habens Græcis hinc ςῆτα, sive ςήτη fuit nuncupata. Conf. §.475.

2. *Obscurus*, Ital. *oscuro*, & *scuro*, Hisp. *escuro*, Gall. *obscur*, Angl. *obscure*, est Græc. ἐπισκίαρος, umbrosus, opacus.

3. *Opacus*, (Ital. *opaco*, Gall. *opaque*) autem est eorund. ἐπίσκιος, * pro ἀπόσκιος, itid. umbrosus, unde quoque *Opscus*, & *Oscus* ** qui Thuscorum rex, & cum eo *Oscorum* gens, Umbriæ *** olim populis contermina. Itali præterea exinde ducunt *bacío*, & *bacigno*: sicut ab abacus, *bacino*, §.409.

* Ἐπὶ aliquando cum alia ejusmodi præpositione commutatur, ut: ἐπιλαΐς, curruca, idem est quod ὑπολαΐς, cujus compositionem vid §.460. Sic ὑπόπαλος idem est cum ἐπίσαλος, submobilis, subinstabilis. Conf. *pergo* ex §. 443. 8. it. περκοπὴ cum προκοπὶς, §.399.

** Eadem ratione *Thuscus*, unde *Thuscia*, est à βαθύσκιος, itid. umbrosus, opacus.

*** *Vmbros* Plinius lib.3. cap.14. ἀπὸ τȢ̃ ὄμβρȣ ducit, quod inundationi terrarum, imbribusque superfuisse credantur. Nos cum aliis ab *umbra*, quod ea regio propter altitudinem montium, & vicinitatem Apennini umbrosa sit. Nec aliunde *Cumbria* (juxta §.173.) & *Northumbria*, septentrionales Angliæ regiones, nisi à concatenatorum montium, sive muri Pictici, qui ibi olim Romanæ provinciæ limes, umbrâ nomen sunt adeptæ. Sic §.456. *Samnites* quoque latino, sive in Latio magis recepto nomine *Sabini*, & *Sabelli* audiunt. Umbri tandem Gallis adjuncti *Gallubri* audiebant olim, nunc Romandioli vocantur.

4. Cum *Oscis* Campaniam incoluere & *Opici*, quorum illustre nomen adhuc claret in historiis, quique H. Stephano ἐπικοὶ, advenæ, coloni, plura vid. §.473.

5. Ab ἐποικος fit insuper Lat. *opicus*, quando sumitur pro immundo & *obscœno*, unde Belg. *uppich*, i. lascivus, Germ. *uppig*; sive ut apud Matth. Schenck. *ippig*, i. obscœnus.

6. *Obscœnus* autem est ab ἐπίκοινος, communis, promiscuus. Herodot. ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιȢ̃σι, i. promiscuè cum mulieribus coëunt. Et quoniam in deteriorem plerunque sumitur, distinctionis ergò in scholis denuò introductum est Græco-latinum *epicœnus*. Conf. *aula* ex §.47. it. *parastata*, §.382.

7. Ab ἐπίτραγος, vitium vitis cum carbunculatur, vel si mavis à *Venere Epitragia* nomen accepisse reor *Opitergium*, hod. *Ovederzo*, corruptius *Uderzo*, Venetiæ mediterraneæ oppidum.

8. *Obliquus*, Ital. *obliquo*, & *oblico*, corruptè *bieco*, it. *sbieco*, *sbiescio*, & apud Ferr. *sbecio*, Hisp. *obliquo*, & *oblico*, corr. *bivo*, Gall. *oblique*, & *biais*, it. *bigle*, i. strabo. Angl. *slope*, it. *a byas*, & *byaswise*, i. obliquè, Belg. *laegh*, & *leegh*, it. *linck*, & *slinck*, Germ. *linck*, & apud Schottel. *schlincks*, i. lævus; est ab ἐπίπλαγος, vel ἐπιπλάγιος, planitiei objacens. Conf. ex §.465. *subliquus*, ab ὑπόπλαγος, it. quæ ad §.179. Vid. & πλάγιος, §.475. 7.

9. Quomodo *obliquus*, §. 179. 6. abit in *liquus*, unde Germ. *linck*; & *obstipus*, ἐπίκυφος, iisdem redditur *steiff*: Sic *turare*, & *turato* dicunt Itali pro *obturatus*, & *obturare*.

10. Ἔφαλος, & ἐφάλιος, i. ad mare situs, maritimus, ab Indis prolatum fuit ὄπαλος, & ὀπάλιος, unde gemmæ nomen, quæ Latinis *opalus*, & *opalum*, Ital. *opalo*, Gall.

& cæt. *opale*, cujus India sola mater est, apud Plin. Eademque Orpheo dicitur libro περὶ λίθων, ὀπάλλιον, sive ὀπάλλιον. Conf. *opulus*, §. 223. *hypalus*, §. 463. 2. it. *perla*, §. 379. 7.

11. *Opinor* est ab ἐπινοέω, excogito, comminiscor, it. mente agito, cogito, it. animadverto, it. destino, in animum induco; unde Hebr. פון, i. hæsitare, dubitare, animi pendere.

12. *Omen* (αἶνος, Græcis) est ab *ominis*, hoc ab ἔπαινος, ου, ὁ, laus, it. oratio, quæ habetur in laudem alicujus. E mutatur in o, §. 150. & π in μ §. 179.

13. *Obedio*, Ital. *obbedire*, & *ubbidire*, Hisp. *obedecer*, Gall. *obeir*, Angl. *to obey*, est Græc. ἐπιπείθω, unde ἐπιπείθομαι, i. pareo, morem gero: quamvis nollem repugnare auctoritati eorum, qui id ducunt ex *ob* & *audio*.

14. *Oppidò*, pro statim, est Græc. ἐπὶ ποδῶν, pedibus insistendo, atque innitendo. Alius originis est *oppidum*, quam exhibet §. 91.

15. Ab ἐπιπροφέρω, profero, infero, est inusit. Lat. *oppropero*, unde olim *opproperium*, contr. *opprobrium*, Ital. *obbrobrio*, & *brobbio*, Hisp. *oprobrio*, Gall. *opprobre*, Angli *opprobrare* reddunt *to upbraid*, unde *an upbraiding*, i. opprobrium. Vid. & §. 395. 3.

16. Ab ἐπιποθέω, magno cum desiderio cupio, expeto, est Lat. *opto*, nisi malis à simpl. ποθῶ, ex §. 308.

17. A κτυπέω, pulsu sonitum cieo, strepo, ferio, percutio, tundo, est Lat. *stupeo*, (Belg. *stuypen*, & *stoepen*, Germ. *staupe*) unde *stupor*, Ital. *stupore*, Gall. *stupeur*, Belg. *stuype*, it. Lat. *stupidus*, Ital. *stupido*, & *stuffo*, Germ. *stümpff*. Hujus compositum *obstupesco* absque dubio erit ἐπικτυπέω, insono, perstrepo, vel strepitum excito.

484 Latinam compositionem & originem agnoscunt:

1. *Obsoletum*, ab *obs* & *oleo*.
2. Pro *obtrudo* etiam *obstrudo* dixere veteres.
3. *Ostendo* dicitur pro *obstendo*.
4. *Offendo* pro obfendo. Et *omitto* pro obmitto.
5. *Occino*, *occido*, *occîdo*, *occupo*, & sim. ex *ob* & *cano*, *cado*, *cædo*, *capio*, per se sunt nota.
6. *Obcæcare* dicitur & *occæcare*, quod etiam accipitur pro obscurare, unde *obcæcatrix* sc. ἕλκη, seu vola, & per aph. *cicatrix*, Ital. *cicatrice*, Conf. *stator*, pro obstator, & *liquus* pro obliquus ex §. 483. it. apud Ital. *cagione* pro occasione.
7. Ab *obquatio*, παρασείω, est *obquatere*, & h. *occare*, unde verbale *occatio*, & *occa*, Germ. *egge*.
8. Ex *obferre* fit Lat. *offerre*, Ital. *offerta*, Hisp. *offrecer*, Gall. *offrir*, *offerte*, Angl. *offr*, Belg. *offeren*, Germ. *opferen*, & *opfer*. Ab *offerenda* est Hisp. *ofrenda*, Belg. *offerande*; sicut à præbenda Germ. *pfründe*, §. 382.

Et ab *oblatum* dic. *oblata*, Ital. *obiata*, Hisp. *oblada*, & *oblea*, Gall. *oublie*, Belg. *oblaet*, it. *oblie*, & *ouWel*, Germ. *oblat*, & in Suevia *oflat*, i. crustulum, apud Schenck. p. 47.

9. Ex *ob* & *caput* compon. *occiput*, à cujus ablat. *occipite* est Ital. *coppa* (o clauso) unde Germ. *Kop*, & *Kopf*: sicut *coppa* (o aperto) pro cratere, Germ. *schrepf-kopf*, i. cucurbitula, est à *capide*, §. 413. Conf. & *capo* à capite, ad §. 390. 10.

485 *Ob* in compositione ponitur interdum pro *ad*, *circum*, *contra*, &c. ut:

1. *Obire mortem* dic. pro adire, sive ire ad mortem, quode Goclen. in Problem. Gramm. l. 3. c. 12.
2. *Obligo*, idem quod circumligo, redditur Italis *obbligare*, Hisp. *obligar*, Gall. *obliger*, Angl. *to oblige*, & (ab obligato) *to plicht*, unde Belg. *plechten*, & *plichten*, Germ. *pflichten*, & *pflicht*, i. officium.
3. *Officere* ex *ob*, i. contra, & *facere*, idem quod obesse, ex se non gignit *officium*, quando sum. pro beneficio: sed contrahitur ex *opificium*; quemadmodum ex opificina, *officina*, Ital. *fucina*. Conf. *cagione* ex §. anteced.

Offi-

Officium Ital. dic. *officio*, & *offitio*; Florentinis etiam *ufizio*, Hisp. *oficio*, Gall. & Angl. *office*. Atque præ aliis hujus vocis synonymis meretur huc adponi Lat. *debitum*, Ital. *debito*, & *il dovere*, Hisp. *dever*, *devido*, *devida*, & *deuda*, * Gall. *devoir*, *deu*, & *deüe*, Angl. *devoir*, & *duty*, unde Belg *deughd*, & hinc Germ. *tuget*, & *tugend*, i. e. καθῆκον. Conf. *barchet*, & *barchent*, ex §.361. 10.

* *Deuda*, & *deudo* ab Ital. *dovuto*, significat præterea sanguine vel affinitate junctum, junctamve, unde Germ. *doot*, in *tauf-doot*, i. susceptor, parens lustricus, vulgò patrinus. Hebræorum DOD autem, quod ipsis dilectum, amicum & patruum notat, est Græc. αἰτητὸς, i. petendus, qui peti debet, vel potest; corruptum pòst in eorund. ἄττα, & τέττα, i. pater, Germ. *ætæ*, it. τήθη, sive τηθὴ, aut τιθὴ, i. nutrix, unde Lat. & Ital. *tata*, de quo Magri. Hisp. *tata*, *tayta*, & *taita*, ex quo Gall. *tante*.

Latini qui ἀποτὶ in *absque*; ὑποτὶ in *susque*; etiam ἐποτὶ transmutavere in *sesqui*, cujus rei veritatem probant, quæ hic afferam exempla: 486

1. Ἐπίτριτος est Lat. *sesquitertius*; ἐπίπεμπτος, *sesquiquintus*; ἐπιόγδοος, *sesquioctavus*, & ἐφέβδομος, *sesquiseptimus*, apud Voss. in Denarius.

2. Ἐπιμόριος, q. d. superparticularis, dicitur numerus, qui ad alium relatus ipsum semel continet, & aliquam præterea ejus partem, tertiam puta vel quartam, aut deinceps, ut: ternarius est ἐπιμόριος binarij.

3. Itali eapropter *sequialtero* vocant unum cum dimidio, à Lat. *sesquialter*, quod Græcis ἡμίολος, seu ἡμιόλιος, i. totus cum dimidia sui parte.

4. Ab ἐπίχαρτος, ob quem vel apud quem lætamur, lætitiam sive gaudium nobis afferens, est *Guichartus*, Germ. *Suiccardus*, *Suitgerus*, it. Weichard: Quemadmodum ab ὑπόχαρτος, latenter & in sinu gaudens; nisi malis ab ἱππόχαρτος, equis gaudens, est *Bochartus*: Ambo auctores famigeratissimi.

5. Ab ἐπιμέλας, nigricans; vel etiam ab ὑπομέλας, quod idem, est Gall. *pomelée*, i. helleborus niger. Nec non *pommelé*, * quando dicitur de equo glauco, sive scutulato, qui Germ. *schimmel*, à Belg. *schemel*, i. umbra, tanquam per aph. à *sesquimelus*, i. subniger, nigricans.

* Ignorantià hujus etymi ducunt alii *pommelé*, seu Ital. *pomelato* apud Ferr. à pomulato, seu pomaceo colore, adeò ut Angli quoque hujus coloris equos ideò appellitent *Dapplegray*, Belgæ *appelgraeu*, Germani *apfelgrau*. Pari quidem seducuntur modo Galli, quibus mandragora dic. *main de gloire*; & avis diomedea, *un diable de mer*. Sic Ital. *alfio*, §.463. effertur à Gallis *le feu sauvage*. Ita Belgæ Anglorum *stavesagre* commutarunt in *duyvelsdreck*, §.432. Conf. Germ. *ochsenbrech* à resta bovis, ex βουφήσις, §.80. it. *bluthund* à plaudus, §.416. & *eich-born* à sciurus, §.358. Sic Ital. *barbastrigolo*, *piedestallo*, Gall. *vit de prestre*, Belg. *lickdorn*, & Germ. *schindten hengst*, & sim.

Observanda hic occurrit differentia inter *sesqui* & *semis*, v. gr. 487

1. Ἡμίμεσος, est semiplenus; ἐπίμεσος autem *sesquiplenus*, i. superplenus & redundans.

2. *Sesquiplus*, & *sesquiuncia* contrahuntur in *sescuplus*, & *sescuncia*.

3. Ita *semistertius*, sc. nummus, pes, locus, & simil. contrahitur in *sestertius*. De quo legendus Vossius suo loco, & in voc. Denarius. Et quoniam à rusticis etiam bipalium (apud Columellam libro de arboribus, cap. 1.) vocatur *sestertium*, suspicor hinc esse Belg. *steert*, seu *stert*, in *ploeghstertz*, & Germ. *stertz*, i. cauda, & *pflugstertz*, i. stiva, seu aratri manica.

4. *Semiannus* constat mensibus sex; *sesquiannus* verò octodecim. *Semihora* est tertia pars *sesquihoræ*, & sic de cæteris.

Ἐπὶ nonnunquam abit apud Lat. in sp, aut etiam in simplex s, ut: 488

1. Ἐπάρδω, irrigo, adaquo, est ipsissimum Lat. *spargo*, unde *expergo*, διαῤῥαίνω, & Germ. *sprenge*.

2. Ἐπὶ-

2. Ἐπίμηλος ab hortulanis corruptum suspicor in σπίμηλος, & per metath. (§.478.) in μέσπιλος, μεσπίλη, μέσπιλον, Lat. *mespilus*, & *mespilum*, Ital. *nespola*, Hisp. *mespero*, & *nispero*, it. *niespolo*, *niespola*, *niespero*, *niespera*, Gall. *mesple*, *nefle*, & *neffle*, Angl. *medlar*, Belg. *mispele*, Germ. *mespel*, *nespil*, & *mispel*. Siquidem ab ἐπιμήλω εἴδης est adhuc Græc. ἐπιμηλίδος, unde ἐπιμηλὶς, ἡ, mespili arboris quoddam genus.

3. Ἐπιτηδεύω, studio & datâ operâ aliquid facio, it. operam do, studiosè sector & colo, transit in Lat. *studeo*, unde *studium*, Ital. *studio*, Hisp. *estudio*, Gall. *estude*, *étude*, Angl. *study*.

489 Verùm inter ea quæ adduximus exempla omnium primas tenent ex ἔπειμι derivata; Nam ex eodem quatenus signif. supersum, supersto, venit ἐπιτὸς (sicut προσιτὸς à πρόσειμι) superstes, & exinde Lat. *sesquitis*, mutatum pòst in *sospitis*, unde *sospes*, quod Festo teste, olim efferebatur *sispes*.

Iterum ab ἐπιτὸς verbi ἔπειμι, pòst venio, succedo, sequor, fit Lat. *hospitis*, unde *hospes*, Ital. *ospite*, per sync. *oste*, Hisp. *huesped*, & *guesped*, it. *hostalero*, Gall. *hoste*, & *hôte*, Angl. *an host*, & *guest*, Belg. & Germ. *gast*. Huc quadrat illud Zenodoti: Ξένος ἔλθοι, ὅστις ὀνήσει. *Veniat hospes, quisquis profuturus est*.

Quando autem ἐπιτὸς derivatur ab ἔπειμι, invado, ingredior hostiliter, tum ex eod. non minus productum Lat. *hospitis* contrahitur in *hostis*, Ital. *oste*, Hisp. *hoste*, & *hueste*, Gall. *host*, & *ost*, Angl. *an hoast* sive *host*, i. exercitus.

Tandem ab ἐπίτητος (ex eod. ἔπειμι, succedo, sequor, sicut ἐξίτητος ab ἔξειμι) est ἐπιτηδὴς, aptus, idoneus, habilis, unde ducimus Lat. *obsidis*, * & h. *obses*, in eo videlicet sensu, quo pignoris loco datum significat; quando verò æquivocè notat eum, qui obsidet, omnino est ab obsidendo; sicut *præses*, qui dignitate præsidet, à præsidendo; *reses*, & *deses* à residendo & desidendo, de quibus plura s. l.

Robur addit etymo nostro ἐπιτήδειος (unde ἄχρηςον *obstadius*, Ital. *ostaggio*, *staggio*, it. *statico*, seu *stadico*, tanquam *obsidaticus*, vel ab *obsidaticum*, quod sicut & *obstagium* Ferr. ex Voss. in h. l. adducit, Gall. *hostage*, & *otage*, Angl. *hostage*, Belg. *ostagie*, & *stagie*) aptus, idoneus, habilis, it. commodus, opportunus, ἐπιτήδειος ἀτυχεῖν ἄνθρωπος, idoneus ad tolerandam infelicitatem, it. amicus, benevolus, studiosus, fautor, χρηςὸς καὶ τοῖς ξένοις ἐπιτήδειος, it. in plur. ἐπιτήδειοι, necessarij, amici, familiares.

* T facile mutatur in σ, ut patet in ναυτία, Jon. ναυσία, Lat. *nausea*; Sic à ῥετίνη, *resina*; & à κεντέω, *censeo*. Conf. & *vas*, *vasis*, ab ἔας, ατος, τὸ, §.45. à putus, *pusus*, §.415. & ὑποκάμισον, §.460. Earundemque literarum ἀντιστροφὴν exhibet §.104.

Tacit. Annal. XI.

Græca literatura non simul cœpta est, & absoluta.



RELIQVA DESIDERANTI.

TAntum liquoris ex tenellis hujus arboris philologicæ ramulis pro primo & exiguo haustu *Tibi Philologe*, & quisquis es, *Amice Lector!* ad sollicitandam sitim potius, quàm explendam propinare constitueram: Quod si ad palatum, edissere; simulac, dum fata sinunt, manum porrige, quâ juvante, si tanti æstimabitur, promere possim quicquid est residui. Sin verò, quod vereor, *Barbarus* aliquis *Potitius* vultus nostri sudorem primoribus, quod ajunt, labris attingere dedignabitur, nauteamque si necessum sit, bibere malit, quam Musas, quibus nos litamus, oscularier, sciat me operam illi meam non locasse; siquidem cum Theognide

> Ἀστοῖσιν δ' οὔπω πᾶσιν ἁδεῖν δύναμαι.
>
> *Civibus verò nondum omnibus placere possum.*

Fores autem aperire, modumque & viam studiosæ juventuti comiter monstrare, quâ celebriores linguas ex uno eodemque fonte manantes, figurarum grammaticalium adminiculo, inter sese conciliare, & abstrusas nominum imprimis propriorum, origines felicius indagare & reperire possit, ingenui hominis officium putavi; ideoque quos habui in hac re Autores eâ quâ par est observantiâ & laude sum prosecutus, propitiumque ab aliis mihi in eruditorum foro judicium spero. Ipse quidem fateor, me ubi probabiliora in mentem & ob oculos venerunt etyma, ea quæ antea posueram, ideò non expunxisse, sed ulteriori potius disquisitioni reservasse; in multis etiam enodandis adhuc conjectasse, & nonnunquam ob idoneorum librorum penuriam hæsitasse: Vbi verò plura in quibusdam dubiosæ originis vocibus concurrunt etyma, quod verius tibi L.B. videbitur, illud sis amplectere, quoniam nulla te hic cogit necessitas, imò

> ——— *si quid novisti rectius istis*
>
> *Candidus imperti:* ———

Cum cuilibet liberum, sine felle hac in re suam proferre sententiam.

> Ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.
>
> *Æquè enim omnes varia scimus.*

Effatum est supra citati Theognidis. Interim fac, ut æquanimitate tuâ nostra ad scribendum augeatur industria; Tu ipse autem quàm longissimè ἐν διὰ πάντων ut valeas cura.

F I N I S.

ERRATA.

		Error.	Correctio.
Pag. 2.	lin. 24.	ὀμαραγεῖ,	σμαραγεῖ.
5.	26.	consistit,	constitit.
ibid.	47.	Psalm. 8. v. 3.	adde: juxta versionem Santis Pagnini.
7.	29.	πόνος,	μόνος.
8.	14.	solummo-	solum-
10.	35.	εἴλη,	ἴλη.
ibid.	51.	v,	υ.
15.	46.	Ganti,	adde: Hisp. *Gante*.
18.	38.	ov,	ου.
20.	11.	κυκλωτὸς,	κυκλωτὸς.
23.	9.	sabugo,	sahugo.
ibid.	42.	ὕμηρος,	ἄμηρος.
31.	45.	ἀκτῖν,	ἀκτὶν,
32.	48.	Dor.	adde: pro ἀ.
37.	29.	ale,	male.
48.	22.	σφεῖς,	σφέες.
ibid.		σφὶς,	σφὶς.
58.	14.	olùm,	solùm.
59.	46.	ὕςακος,	ὕςακος.
60.	19.	(apud,	(1) apud.
61.	21.	δρόσο,	δρόσος,
80.	40.	Him,	adde: Si Calepino fides in voc. *cùm*.
105.	47.	fiffio,	fissio.
107.	40.	Herm,	Herrn,
117.	10.	Paracimeno,	8. *Paracimeno*.
128.	5.	meffis,	messis.
156.	26.	supervebo,	superveho.
172.	34.	est,	&.
173.	51.	'πινίκιος,	ἐπινίκιος.
176.	17.	Hedugus,	Heduus.

Cæterùm leviores quasdam interpunctiones, literarum etiam & accentuum inversiones, tædiosamque in primis pagellis repetitionem voc. *id est*; nec non thesium numeros, ceu sunt 5. 4, 5. 430. & 396. ad lineam proximè præcedentem reducendos; it. pag. 92. lin. 8. 330. lege 310. & si quæ alia corrigenda deprehendes, pro tuo candore L. A. ipse emendabis.